8.55.G.12

NAZIONALE
8
55 G
12
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

71
18
H
22

Digitized by Google

8-55-§-12

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. M. FRANCISCI
BORDONI
PARMENSIS THEOLOGI,
PROPVGNACVLVM
OPINIONIS PROBABILIS
In Concurſu Probabilioris.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. M. FRANCISCI

BORDONI

PARMENSIS THEOLOGI

Tertij Ordinis Regularis S. Franciſci,

PROPVGNACVLVM

OPINIONIS PROBABILIS

IN CONCVRSV PROBABILIORIS.

OPERVM TOMVS SEXTVS.

Cui accedit Additio ſex fundamentorum ad Propugnaculum eiuſdem opinionis: Concluſio de licito vſu opinionis verè probabilis : & Euerſio fundamentorum opinionis contrariæ.

ADVERSVS NONNVLLOS RECENTIORES, CANONISTAS, & Theologos opinantes ſe vſum probabilitatum ablegaſſe ab hominibus. Iuncto Indice duplici Capitum, & Materiarum ad hoc opus maximè neceſſario.

NVNC PRIMVM PRODIT IN LVCEM.



LVGDVNI,

Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN, & GVILLIELMI BARBIER.

M. DC. LXIX.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
CAPITVM ET QVÆSTIONVM
In hoc Volumine Contentorum.

Vltimus Numerus Paginam indicat.

De Conſcientia. pag. 1

CAPVT I. *QVID, & quotuplex ſit conſcientia?* ibid.
QVÆST. 1. *Ad quam potentiam pertineat conſcientia?* ibid.
2. *An conſcientia ſit habitus, vel actus?* ibid.
3. *Quomodo differat ſynderesis à conſcientia?* ibid.
4. *An conſcientia ſpectet ad virtutem prudentiæ?* 2
5. *Quid ſit conſcientia?* ibid.
6. *An iudicium practicum referatur immediatè ſuper electionem?* ibid.
7. *A quonam conſcientia dicatur bona, vel mala?* 4
8. *Quænam ſint officia conſcientiæ?* 5
9. *An operari contra conſcientiam ſit peccatum, & quale?* ibid.
10. *Quotuplex ſit conſcientia?* ibid.
CAP. II. *De conſcientia recta?* 8
QVÆST. 1. *An faciens contra conſcientiam rectam peccet?* ibid.
2. *An Deus diſpenſare poſſit, vt quis agat contra conſcientiam rectam?* ibid.
3. *An dabilis conſcientia recta in praxi, & falſa in ſpeculatiua?* 9
CAP. III. *De conſcientia erronea.* 10
QVÆST. 1. *Qualis ignorantia conſtituat conſcientiam erroneam?* ibid.
2. *Qualiter conſcientia erronea dicitur recta?* 11
3. *An errans teneatur operari ſecundùm conſcientiam?* ibid.
4. *An actus ab ea proueniens ſit bonus?* ibid.
5. *An faciens contra, vel ſecundùm conſcientiam erroneam peccet?* 12
6. *Quale peccatum ſit illud, quod fit contra conſcientiam erroneam?* ibid.

Digitized by Google

7. An grauius peccet faciens contra conſcientiam inuincibiliter errantem, quàm ſi faciat ſecundùm eius dictamen? ibidem.

8. An faciens aliquid, putans falſò eſſe peccatum, peccet mortaliter, vel venialiter, non præcognita eius grauitate? 13

9. An peccet mortaliter putans erroneè ſe peccare mortaliter? ibidem.

10. An peccet, qui putat vtramque partem eſſe peccatum, eligendo? ibid.

11. An conſcientia erronea obliget contra præceptum ſuperioris? pag. 14

12. An obliuio, & inaduertentia excuſent à peccato agentem contra conſcientiam errantem? ibid.

13. An conſcientia erronea deponenda ſit? ibid.

14. In quibuſnam caſibus faciens contra conſcientiam errantem non peccet? 15

15. An peccet inducens aliquem ad iurandum falſum, quando iuraturus inuincibiliter putet illud eſſe verum? ibidem.

CAP. IV. De Conſcientia dubia? 15

QVÆST. I. An ſit peccatum operari cum conſcientia dubia? ibid.

2. An qui ſpeculatiuè certus eſt, ſed practicando dubitat, peccet? ibidem.

3. An practicè dubitans in vtramque partem, agendo peccet? ibidem.

4. An debeat deponere conſcientiam, ne poſſet? ibid.

5. Quomodo dubium ſit deponendum? ibid.

6. An dubius de lege, teneatur obedire? ibid.

7. Dubius, an lex ſe extendat ad talem caſum, teneatur credere? ibid.

8. Dubius de receptione legis, debeat credere eius receptionem? ibidem.

9. An dubius de lege ſua priuata voti &c. debeat exequi? ibidem.

10. An quando dubium verſatur circa materiam promiſſionis, ſit licita, necne, quid reſoluendum? 20

11. Dubitans, an expleuerit 21. annum, teneatur ieiunare? ibidem.

12. Dubitans, an comederit poſt mediam noctem, quid reſoluendum? 21

13. An conſulens homicidium, &c. teneatur de damno in dubio? ibidem.

14. An

14. *An ſubditus in dubio teneatur obedire Prælato?* ibid.
15. *An dubitans de valore profeſsionis debeat religiosè viuere?* pagina 22
16. *Milites dubitantes de iuſtitia belli, an poßint militare?* ibidem.
17. *An dubitans de irregularitate, teneatur ſe abſtinere à celebratione?* ibid.
18. *An dubitans de ſua legitimitate debeat credere ſe illegitimum?* ibidem.
19. *Quid agendum in dubio reſeruationis?* ibid.
CAP. V. *De conſcientia probabili, & opinione.* 23
QVÆST. I. *Quid ſit conſcientia, & opinio.* ibid.
2. *Quid ſit opinio in genere moris.* ibid.
3. *Quid ſit opinio probabilis, & probabilior?* 28
4. *Quid requiratur, vt operans ſecundùm opinionem probabilem non peccet?* ibid.
5. *Quid ſit opinio tuta, & tutior?* 30
6. *An omnis opinio probabilior ſit etiam tutior?* ibid.
7. *Quid ſit opinio ſingularis?* ibid.
8. *Quid ſit opinio communis?* ibid.
9. *Vt opinio dicatur probabilis tractanda ſit ſcholaſticè?* ibid.
10. *An opinio, cuius argumenta reſoluuntur, perdat probabilitatem?* 32
11. *An opinio, quæ habet contra ſe rationem conuincentem, ſit facta improbabilis?* ibid.
12. *An liceat mutare opinionem?* ibid.
13. *Quænam motiua inducant mutationem opinionis?* ibid.
14. *An impreßio libri tribuat aliquid probabilitatis?* 33
15. *An reſponſa S. C. ſint leges, an opiniones?* ibid.
16. *An opinio poſt mortem remaneat in anima ſeparata?* 34
17. *An idem intellectus contraria opinari poßit?* ibid.
18. *An agens contra, vel ſecundùm conſcientiam opinantem peccet?* ibid.
19. *An opinans dubitando, vel ſcrupulizando poßit operari ſecundùm dictamen conſcientiæ?* ibid.
20. *An dictum Doctoris opinionem faciat probabilem?* 35
21. *An opinio ſpeculatiuè probabilis ſit etiam practicè talis?* ibidem.
22. *An illa opinio ſit æquior quæ eſt pro validitate actus?* ibidem.
23. *An opinio diſtinguens ſit melior non diſtinguente?* ibid.
24. *Quænam opinio ſequenda, quando Doctores ſunt diuerſarum profeßionum?* pag. 36
25. *An opinio Gloſſæ aliis ſit præferenda?* ibid.

¶ 4 26. *Doctor*

26. *Doctor plures referens quamnam præſumatur tenere?* ibidem.

27. *An opinio obliget ad ſui obſeruationem?* ibid.

28. *An opinio cedat veritati?* ibid.

29. *An Papa reſpondens contra aliquam opinionem dicatur illam reprobare?* ibid.

CAP. VI. *An quis ſequi poßit opinionem minus probabilem, relicta probabiliore?* 37

VII. *Proponuntur argumenta Candidi Philalecti de opinione probabiliore, & ſoluuntur.* 46

VIII. *Argumenta ſuadentia vſum opinionis minus probabilis reſtituuntur in ſuum priſtinum ſtatum, à quo remota fuerant à Candido.* 69

IX. *An ex duabus opinionibus contrariis æqualiter probabilibus liceat ſequi quamlibet ex illis?* 80

X. *Vtrùm teneamur eligere partem tutiorem? Negamus contra Candidum.* 94

XI. *Vtrùm vnus Doctor, vel etiam alter ſit ſufficiens fundamentum opinionis in praxi eligendæ?* 101

XII. *Corollaria tria Dom. Candidi examinantur.* 104

XIII. *Motiua ſexdecim pro opinione probabili impugnata à Dom. Merenda propugnantur?* 110

XIV. *An Regula?* In dubiis tutior pars eſt eligenda, *habeat locum in opinionibus ſecundùm D. Merendam?* 126

XV. *An D. Auguſtinus in ſententia Merendæ reprobarit vſum probabilem?* 135

XVI. *An Diuus Thomas reprobauerit opinionem probabilem?* pagina 144

XVII. *An Scotus repudiauerit opinionem probabilem ſecundùm D. Merendam?* 151

XVIII. *An opinio ſit ſpecies Prudentiæ?* 161

XIX. *An opiniones contradictoriæ ſint ambæ probabiles?* pagina 183

XX. *An intellectus poßit opinari de parte minus probabili relicta probabiliore? & è contra?* 193

XXI. *An voluntas imperare poßit intellectui, vt opinentur ad vtramque partem?* 198

XXII. *Impugnantur quinque rationes, quibus P. M. Mercorus probat eſſe peccatum ſequi opinionem minus probabilem relicto probabiliore?* 202

XXIII. *An hæc Regula?* In dubiis tutior pars eſt eligenda, *faueat opinioni probabiliori contra minus probabilem?* pag. 212

XXIV. *An opinio probabilis probetur, vel reprobetur ex ſacra ſcriptura?* 216

XXV.

Digitized by Google

Index Capitum.

XXV. *An doctrina de eligenda opinione minus probabili aduerſetur doctrinæ D. Thomæ?* 221

XXVI. *Quid ſenſerint Diui Auguſtinus, & Ioannes Chryſoſtomus de opinione probabili?* 225

XXVII. *An in controuerſiis fidei debeamus ſequi opinionem probabiliorem ſecundùm P. Mercorum?* 227

XXVIII. *An ſanctus Bernardus tenuerit eſſe peccatum operari ſecundùm opinionem minùs probabilem, aſſerit P. Mercorus?* 230

XXIX. *Referuntur reſponſa P. Mercori ad rationes opinionis probabilis, & ſoluuntur.* 231

XXX. *An Regula:* In dubiis eſt melior conditio poſſidentis: *faueat opinioni in omni genere virtutis?* pagina 245

ADDITIO

ADDITIO FVNDAMENTORVM ſex ad Propugnaculum Opinionis probabilis.

FVNDAM. I. *DE probabilitate opinionis.* pag. 249
II. *De aſſenſu vero, certo & prudenti in opinione probabili.* 256
III. *De formidine & ignorantia in opinione.* 262
IV. *De locis Topicis pro opinione.* 266
V. *De electione & mutatione opinionis.* 271
VI. *De prohibitione & condemnatione opinionum.* 272
CONCLVSIO *de licito vſu opinionis vere probabilis.* 278
Vſus opinionis probabilis eſt antiquiſſimus. 284
Vſus iſte eſt antiquiſſimus probatur ex veteri Teſtamento. 285
Idem probatur ex nouo Teſtamento. 286
Apoſtolorum auctoritas de opinione probabili. 287
Teſtimonia ex Iure Ciuili de vſu opinionis probabilis. 288
Teſtimonia ex Iure Canonico de vſu opinionis probabilis. ibid.
D. Thomas vſus fuit opinione probabili. 290
Ioannes Duns Scotus vſus fuit opinione probabili. 292
EVERSIO *Fundamentorum opinionis contrariæ.* 293

APPROBATIONES DOCTORVM.

TEſtificor ego Doctor Sorbonæ, & Eccleſiæ Lugdunenſis Theologus, me perlegiſſe librum, cui titulus eſt, *Propugnaculum Opinionis probabilis in concurſu probabilioris*, R.P. M. FRANCISCVM BORDONVM, Theologum Tertij Ordinis Regularis S. Franciſci; In quo ſubtilis de conſcientia & opinione, earumque affectionibus ab Auctore inſcripta eſt conſertatio, quæ cùm nec fidei contraria, nec bonis moribus diſſona mihi viſa ſit, librum ipſum Typis mandari poſſe exiſtimaui. Lugduni die 5. menſis Martij anni 1668.

ARROY.

EGo quoque eiuſdem Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus prædictum *Propugnaculum Opinionis probabilis in concurſu probabilioris*, per R. P. M. FRANCISCVM BORDONVM, Theologum Tertij Ordinis Regularis Sancti Franciſci, legi nihílque in eo deprehendi quod non ſit & fidei & probis moribus conſonum. Actum Lugduni die 13. Martij anni 1668.

F. MOREL.

CONSENSVS PROCVRATORIS REGIS.

NON intercedo Regis cauſa, nè liber cui titulus eſt, R.P. M. FRANCISCI BORDONI Parmenſis Theologi Tertij Ordinis Sancti Franciſci, *Propugnaculum Opinionis probabilis in concurſu probabilioris*, imprimatur à IOANNE-ANTONIO HVGVETAN, & G. BARBIER, huius

Digitized by Google

huius Ciuitatis Bibliopolis, cum prohibitionibus aliis omnibus huiuſce Ciuitatis Bibliopolis, in hoc caſu fieri ſolitis. Lugduni die vigeſima nona menſis Iulij anni 1668.

GAILLAT.

FIAT iuxta conſenſum Procuratoris Regis, die & anno ſupradicto.

DV LIEV.

PROPVG

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM

OPINIONIS PROBABILIS

IN CONCVRSV PROBABILIORIS.

DE CONSCIENTIA.

Antequam agamus de Opinione probabili in ordine ad Moralia, quod eſt principale intentum noſtrum, neceſſarium eſt prius explicare, quid, & quotuplex ſit Conſcientia, vt perfectam de Opinione notitiam conſequi poſſimus;Eſt enim Opinio ſpecies Conſcientiæ, vt infrà patebit cum de Conſcientiæ diuiſione agendum erit in ſuas ſpecies.

CAPVT I.

Quid, & quotuplex ſit Conſcientia?

1 CONSCIENTIA, quoad nominis appellationem, eſt ſcientia cum alio, quia eſt applicatio ad actum Moralem, ſecundùm Theologos *in 2. diſputat.* 39. vbi Scotus cum ſuis, D. Thomas *part.*1. *quæſt.* 79. *art.* 13. Faber *diſputat. 6. de benef. num.*25. vt clarè procedamus, quæſtiones per ordinem proponendas reſoluemus.

Quæres igitur primò, ad quam potentiam pertineat conſcientia, ad intellectúmne, an ad voluntatem? Ad hanc aſſerit Henricus,quem Scotus impugnat *q.*2.

2 Reſpondeo pertinere ad intellectum, non ad voluntatem; quia iudicare ſpectat ad intellectum, ſed conſcientia iudicat bonitatem, & malitiam humanorum actuum, vt infrà patebit, ergo ſpectat ad intellectum, non ad voluntatem. Confirmatur, quia eſt concluſio, cui conformari debet recta electio. Ita Scotus *in* 2.*diſt.*39. *quæſt.*.2. relatus à Vadingo *tom.6.part.2. & tom.*11. *part.*1. *ſuper eandem diſt.* D.Thom. *cit.& l.*2. *quæſt.*19.*art.*5.Paſqual.*diſp.*64.*de ſacra Morali doctr.ſect.*1.

Quæres ſecundò: An conſcientia ſit habitus, an actus intellectus. Scotiſtæ cum Scoto citato, & S. Bonauentura *ibid. art.* 1. *quæſt.* 1. dicunt eſſe habitum. S.Thomas *part.*1. *q.*79. *art.*13.*&* 1.2.*quæſt.*19.*art.*5.cum ſuis,& Paſqual. *diſp.*63. *ſacra Moralis doctrina,ſect.*2.ait eſſe actum rationis,Scotellus *quæſt.*1.

3 Reſpondeo eſſe habitum,& actum intellectus, illum quidem quatenus dicit Syndereſim, quæ eſt habitus primorum principiorum cum natura ipſa coæuorum;hunc verò quatenus iudicat de bonitate, & malitia humanorum actuum,vt mox patebit.

Quæres tertiò: Quomodo differat Syndereſis à Conſcientia?

4 Reſpondeo, Syndereſis eſt habitus principiorum operabilium ab homine, cui à natura eſt inſertus; homo enim lumine naturæ ſcit bonum eſſe proſequendum, malum verò fugiendum; & quod ſibi non vult,alteri ne faciat;& quod vnicuique ſuum eſt, reſtituendum, &c. Conſcientia verò importat concluſionem in particulari deductam ex illis principiis, Exem.gratia,Omne malum eſt à me fugiendum; adulterium eſt malum à Deo prohibitum in decalogo,

Digitized by Google

ergo à me eſt fugiendum; præmiſſæ ſpectant ad habitum ſynderesis, concluſio ad conſcientiam, quæ dictat adulterium à me eſſe fugiendum. Ita vtriuſque ſcholæ ſectatores *locis cit.* cum Sayro *l.1.c.2.*

Notandum autem, quod ſynderesis dat principia vniuerſaliſſima, quæ conſcientia iudicare debet in particulari; attentis, & conſideratis omnibus circumſtantiis in caſibus occurrentibus, Exem. gratia, Notum eſt principium de colendo Deo exterius in Miſſa videlicet audienda, & de ſeruitute facienda infirmo; quando hæc duo præcepta concurrunt, conſcientiæ partes ſunt inueſtigare quale ex his duobus alterum alteri præponderat, & ſic præſcribere voluntati electionem vnius cum omiſſione alterius. In Moralibus enim debemus deſcendere ad particularia, quia conſcientia ordinatur ad caſus occurrentes.

Quæres quartò: An conſcientia ſpectet ad virtutem prudentiæ?

6 Reſpondeo affirmatiuè, quia prudentia eſt virtus intellectualis diſponens hominem ad benè agendum in ſuis operationibus, præſcribendo illi modum, & formam operandi; ſed conſcientia dictat & præſcribit regulas benè operandi conformiter ad rectam rationem, ergo pertinet ad virtutem prudentiæ. Prudentia autem eſt virtus intellectualis quoad directionem, Moralis verò, & voluntatis virtus quoad executionem, & productionem operis Moralis boni.

Quæres quintò: Quid ſit conſcientia in re? Conſcientiæ eſt iudicare de bonitate & malitia humanorum actuum, ac proinde non ſolùm de futuris, ſed etiam de præteritis, non ſolum de faciendis, ſed etiam de factis, quia bonitas, & malitia reſpiciunt vtrumque; ideo definienda eſt conſcientia reſpectu vtriuſque temporis.

7 Reſpondeo conſcientia ad vtrumque ſic definitur, quod ſit dictamen rationis iudicantis bonitatem, & malitiam actuum humanorum. Reſpectu verò agibilium, & futurorum dicitur pariter dictamen rationis iudicantis aliquid eſſe ſequendum, vel fugiendum. Ita omnes Theologi Scotiſtæ *in 2. diſt.* 39. Thomiſtæ *part. 1. q.79. art.13.* Caſtropal. *part. 1. initio.* Layman *lib.1.initio.* Et alij vbi *de actibus humanis*, Bonac. *diſp. 2. in Decalog. quæſt.4. pag.6.* Eſt autem differentia inter iudicium circa præteritos actus humanos, & futuros, quod reſpectu illorum vocatur iudicium ſpeculatiuum; quia ſpeculatur qualitatem inhærentem actui facto, an ſcilicet ſit benè, vel malè factus, vt inde colligat, an peccauerit, necne qui tale opus fecit; eſt igitur iudicium intellectus ſpeculatiui, qui non intendit opus facere, ſed inueſtigare eius iam facti paſſiones, & qualitates. Reſpectu verò futurorum nuncupatur iudicium practicum, quia intellectus intendit per conſcientiam ſuam dictare modum benè operandi, & regulare voluntatem ad electionem boni, & fugam mali, eſt ergo hoc iudicium intellectus practici. Ita omnes præcitati.

Quæres ſextò: An iudicium practicum conſcientiæ referatur immediatè, ſuper electionem, & mediatè, ſuper actum humanum faciendum? Non loquor de iudicio ſpeculatiuo, quod nullum ordinem dicit ad electionem, quæ eſt tantum ad futura.

Reſpondeo immediatè cadit ſuper electionem, mediatè verò ſuper opus. Probatur, quia dictamen rationis reſpicit vtrumque, electionem ſcilicet, & opus; dum enim dirigit, & allicit voluntatem ad bonum faciendum, & malum fugiendum, & non faciendum, illi præſcribit electionem boni, & illius executionem, & fugam mali, quod non contingit ſine electione, quæ eſt aſſumptio vnius partis, altera parte omiſſa; non poteſt autem voluntas ſe applicare ad opus ante electionem, vt conſtat, ergo iudicium conſcientiæ practicum refertur immediatè in electionem, & mediatè in opus. Confirmatur, quia ſecundùm D. Thomam 1. 2. *quæſt.13. art.4.* Intentio, & electio differunt, 9
quia intentio refertur ad finem, & opus: electio verò eſt eorum, quæ ſunt ad finem; ſed ſecundum vulgatum Philoſophorum: Primum in intentione eſt vltimum in executione, & ea quæ ſunt ad finem, vt eſt electio, ordine executionis ſunt priora, licet poſteriora ſecundum intentionem: ergo neceſſe eſt dictamen, & iudicium

iudicium conſcientiæ referre primo ordine executionis ad electionem, ordine intentionis vero ad opus, & vice verſa ordine intentionis primo ad opus, ordine vero executionis ſecundario ad ipſum opus.

10 Reuerendiſſimus P. F. Iulius Mercorus Cremonenſis profeſſione Dominicanus, & officio Inquiſitor Mantuæ, Religioſus valde eruditus in ſuo opere in titul. *Baſis totius Moralis Theologiæ, &c.* Mantuæ impreſſo 1658. *part. 1. art. 1. §. Verùm*, refert P. Spinulam *in ſuo opere de libera, & prudenti elect. & c. diſputatione 1. ſectione 3.* tenere, iudicium conſcientiæ eſſe non de operatione ipſa, ſed de electione operationis, probando id ex Ariſtotel. *6. Magn. Moral. cap. 1. & 2. & Ethnic. cap. 2.* vbi Philoſophus videtur docere prudentiam eſſe vel de electione, vel de fuga obiecti.

11 P. Inquiſitor, ait P. Spinulam id aſſeruiſſe, vt ſibi ſterneret viam ad defendendum vſum opinionis probabilis, quæ cautela omnino ſibi ſuperflua videtur. *Primò*, quia Ariſtoteles id expreſsè non dicit. *Secundò*, quia ſtat, prudentiam dirigere electionem operis, vel fugam, & non eſſe conſcientiam, vt dixit in expoſitione primæ partis. *Tertiò*, quia iudicium vtriuſque coincidit, vt ſi vnum eſt rectum, rectum ſit & reliquum, ſi enim conſcientia mihi dictat, nunc licitum eſſe venari, etiam mihi dictat, nunc licitum eſſe eligere venationem, & è contra: *Quartò*, quia in iudicio conſcientiæ nunquam exprimitur electio, dicendo, mihi modò licet eligere venationem, ſed conſcientia potius concludit de opere ſic: Mihi modò licitum eſt venari.

12 Iudicium meum ſuper prædicta ſit hoc, cum reuerentia vtriuſque. Quod ait P. Spinula, iudicium conſcientiæ non eſſe de operatione ipſa, ſed de electione operis, mihi non probatur, ſi reuera excludit iudicium ab opere, loquor ſub conditione, quia opus eius non vidi. Nam ab omnibus Theologis, vt vidimus, conſcientia definitur iudicium agendorum, vel non agendorum, dictat enim hoc iudicium quid ſequi, quid fugere debeamus: ergo iudicium conſcientiæ eſt de operatione ipſa, in cuius gratiam factum fuit ab intellectu iudicium.

Quantum verò ad P. Inquiſitorem, 13
quatenus ea reſponſione P. Spinula ſibi parauit viam ad vſum probabilis opinionis, duo importat, & quod vſus opinionis probabilis non ſubſiſtit, ſi iudicium referatur ad operationem, & quod hæc cautela eſt ſuperflua. Hoc ſecundum diluitur per primum, nam ſuppoſito, quod reſponſio Spinulæ ſit cautela, non video eam vtilem ad ſaluandum vſum opinionis probabilis, quia vſus non iuſtificatur ex iudicio ſpecificato ab electione, ſed optimis rationibus firmato, vt inde operans ſecundum opinionem probabilem dicatur licitè vti ſua opinione. Cautela igitur eſt ſuperflua, ſi res ita ſe habet, vt præfertur.

Ad primum argumentum Inquiſitoris reſpondeo in electione neceſſario includi operationem, regulariter loquendo, quia voluntas regulata à iudicio conſcientiæ exequitur opus electum, conſequenter iudicium refertur ad vtrumque contra P. Spinulam, & contra P. Inquiſitorem, dum dicit Ariſtotelem hoc expreſsè non dicere, nam vt Auctor expreſsè dicatur loqui, ſufficit vt faciat mentionem de vno, ex quo ſequitur de neceſſitate regulata aliud in illo ex allegatis à Barboſa *diſtinctione 89. num. 5. & 6.* nam expreſſum dicitur, quod ſub expreſſo continetur, vel ex expreſſo infertur, & allegatis ibidem, ab electione autem ſequitur opus. 14

Ad ſecundum reſpondetur falſum eſſe, directionem electionis non eſſe conſcientiam, nam hæc appellatur iudicium, & regula directiua noſtrarum operationum, quæ non exequuntur niſi præmiſſa electione; ergo conſcientia eſt ad vtrumque. Dixit, ſe probaſſe, prudentiam dirigere electionem operis, vel fugam, & non eſſe conſcientiam, ad quod aſſignat tres actus prudentiæ ex Diuo Thoma, ſcilicet, conſiliari de mediis, iudicare de eiſdem, & præcipere opus; conſcientia ideo dicitur iudicium ad differentiam imperij, & conſilij; cum tamen ipſa aliquomodo ſit imperium. Non video per hæc conſcientiam excludi à directione electionis, nam ſecun- 15 16

ſecundum hunc auctorem hæc tria ſpectant ad conſcientiam, quam ipſe definit iudicium præconſultatiuum directiuum humanæ operationis: ergo conſcientia dirigit operationem humanam, quod tamen exequi non poteſt ſine electione, ex qua ſequitur applicatio voluntatis ad opus: ergo directio electionis eſt à iudicio conſcientiæ,quæ imperat modo indicatiuo electionem operis, & eiuſdem executionem.

17 Ad tertium argumentum nihil oppono, cum probet iudicium dirigere electionem, & opus, contra id quod in præcedenti dixerat, conſcientiam non dirigere electionem, hic autem ait vtrumque dirigere.

18 Ad quartum, falſum eſt, in iudicio conſcientiæ non exprimi electionem, nam quid eſt illud tuum iudicium indicatiuum: Hoc eſt faciendum › niſi expreſſio electionis, quod voluntas debet eligere hoc, non aliud, aut oppoſitum. Exem. gratia, Parochi conſcientia iudicando,quendam indoctum conſulentem illum debere potius audire Miſſam in die præcepti, quam ſeruire infirmo,quia illi aſſiſtunt alij, nonne per hoc iudicium indicatiuum dicendo: Audias Miſſam, eſt electiuum, & idem ac dicere; elige auditionem Miſſæ, relicta aliis cura infirmi. Confirmatur,
19 quia voluntas humana, cui ſoli competit audire conſcientiam, & exequi, quod ſibi ab illa proponitur, ſine electione non mouetur ad operandum ſine præſcriptione regulæ ab intellectu conſcientia dirigente, ergo conſcientia per ſuum iudicium allicit voluntatem ad electionem boni, & fugam mali, ſecundùm quam operatur: conſcientia ergo dirigit voluntatem in electionem, & executionem operis electi;non enim eſt neceſſarium nominare verbum electionis, cum reuera exprimatur in iudicio indicatiuo illius, quod fieri debet; cum enim conſcientia dictat: *Fac hoc*,idem formaliter eſt, ac dicere, eligas hoc: *Mihi modo licet venari.* Nonne hæc verba idem important,ac *Modo eligo venationem.* Igitur iudicium conſcientiæ eſt formaliter electiuum boni operis cum fuga mali.

20 Eius definitio, quod conſcientia ſit iudicium præconſultatiuum certum immediatè directiuum humanæ operationis, videtur manca & defectuoſa, vt colligitur ex hactenus dictis, non ſolum quia dirigat humanam operationem, & non præſcribat electionem, vt probauimus primo,& immediatè iudicare de electione,dum iudicat de ipſa operatione facienda. Verùm etiam, quia talis definitio nimis reſtricta, non poteſt applicari omnibus eius ſpeciebus, quia conſcientia opinatiua,dubia,& ſcrupuloſa non ſunt certum iudicium excludens formidinem, ideo melius cæteri Theologi deſcripſerunt conſcientiam eſſe dictamen rationis circa bonitatem, & malitiam humanorum actuum faciendo, vel non faciendo aliquid; licet enim omnis conſcientia dictet, & iudicet aliquid, non tamen certum facit iudicium de re, ſed aliquando anceps manet, & iudicat quandoque cum formidine oppoſiti.

Quæres ſeptimò: A quonam conſcientia dicatur bona,vel mala?

Reſpondeo dicitur potius à voluntate, quam ab intellectu, quia intellectus iudicium in conſcientia eſt conforme rectæ rationi de proſecutione boni, & fuga mali, ratione cuius iudicium ſemper dicitur verum, quia obiectum intellectus eſt ens ſub ratione veri,quod ſi aliquando errat conſcientia iudicando pro honeſto, quod ignorat eſſe turpe, & malum, conſcientia ex hoc non dicitur mala, ſed falſa materialiter ex ignorantia turpitudinis, quæ ineſt obiecto;conſcientia ergo,vt ſic,eſt ſemper dictamen rationis iudicantis malum eſſe fugiendum, & bonum proſequendum:ergo ex his non poteſt dici mala, ſed potius bona, ſeu recta, & non falſa. Reſtat ergo quod dicatur mala,ſeu bona:mala quidem cum voluntas non operatur conformiter ad dictamen rationis, bona verò cum ſequitur regulam conſcientiæ;voluntas ergo refundit malitiam, & bonitatem obiectorũ in conſcientiam. De bona conſcientia Paulus *Act.*22. initio: *Ego omni conſcientia bona conuerſatus ſum ante Deum vſque in hodiernum diem.* Idem 1.ad Timoth. 1.5. *Finis præcepti eſt charitas,de corde puro, & conſcientia bona.* De mala conſcientia, Sapient. 17.10. *Semper præſumit ſæua, & perturbata conſcientia.* 1. ad Timoth.42. 21

In

In hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conſcientiam. Quæ auctoritates referuntur potius ad voluntatem, quæ denominat conſcientiam bonam, vel malam.

Quæres octauò: Quænam ſint officia conſcientiæ?

22 Reſpondeo enumerantur ſequentes: Teſtificari, ligare, vel inſtigare, vel etiam accuſare, vel etiam remordere, vel reprehendere ſecundùm Diuum Thomam *part.* 1. *quæſtione* 79. *art.* 13. Scotus *in* 2. *diſtinct.* 39. *quæſt.* 2. §. *Ad oppoſitum*, addit iudicare, *& in Reportatis eadem quæſt.* addit, dirigere, & legere quaſi in libro. Becanus *tractat.* 1. *de Actibus hum. cap.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 2. adiungit, laudare, & conſolari. Quoniam autem, vt diximus ſub *quæſt.* 5. conſcientia iudicat non ſolum de bonitate, & malitia humanorum actuum ſequendorum, & fugiendorum, ſed etiam de præteritis, ideo videndum eſt quænam ſint officia conſcientiæ reſpectu vtriuſque. Ad conſcientiam igitur reſpectu vtriuſque ſpectat iudicare, reſpectu verò præteritorum conſcientiæ officia ſunt teſtificari, laudare, & conſolari ſuper benefacta; accuſare verò, reprehendere, & remordere ſuper malefacta. Reſpectu verò futurorum eius officia ſunt ligare, ſeu obligare, inſtigare, & dirigere voluntatem ad benè operandum. Exempla de his officiis habes ex Sacra Scriptura apud Becanum, & Layman.

Quæres nonò: An operari contra conſcientiam ſit peccatum, & quale?

23 Reſpondeo: Facere contra conſcientiam obligantem ad agendum, vel abſtinendum ab aliquo, ſine dubio peccat, eo genere peccati, quod opponitur illi virtuti, ſecundùm quam conſcientia dirigit voluntatem ad benè operandum, vnde non eſt ſpeciale peccatum contra ipſam conſcientiam.

24 Primum, quod peccet, conſtat ex illo Roman. 14. 15. *Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt*, id eſt, illud, quod facit homo contra dictamen propriæ conſcientiæ, eſt peccatum, hîc enim fides ſumitur pro conſcientia, D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 5. Ratio eſt, quia facere contra conſcientiam eſt legem tranſgredi, quam conſcientia dictat eſſe obſeruandam.

Secundum peccatum contra conſcientiam non eſt ſpeciale, ſed illius præcepti violati malitiam habet, quia licet conſcientia liget, & obliget, ex hoc tamen officio non obligat ſpeciali obligatione, ſed ea, quæ eſt legis violatæ; obligat ergo eodem genere obligationis, quo ipſum præceptum, eſt enim vnica communis obligatio ſequendi conſcientiam, & obediendi præcepto. Et ex his patet ad argumentum Ioannis Medinæ, qui *in Codice de Confer. quæſt.* 8. *verſicul. Deinde fornicari*, ait: Facere contra conſcientiam certam eſſe duplex peccatum, vnum contra præceptum, alterum contra generalem regulam ſequendi conſcientiam certam. 25

Dixi, eſſe peccatum agere contra conſcientiam certo obligantem, quia de conſcientia dubia, opinatiua, & ſcrupuloſa dicam infrà ſuis locis. Quamquam reſponſio hæc applicari poſſet conſcientiis dubiæ, & opinatiuæ, quatenus reſpectu dubiæ debeo abſtinere ab actu, qui dubitatur futurus peccaminoſus, quia peccat, qui ſe exponit periculo peccandi. In opinione verò dum probabiliter teneo talem actum eſſe bonum, debeo operari ſecundum conſcientiam, aliter pecco opinione non depoſita, quia ago contra conſcientiam, vnde in mutatione opinionum violatio conſcientiæ tollitur, ſed de hac re infrà ſuo loco. 26

Quæres decimò: Quotuplex ſit conſcientia?

Reſpondeo quinque ſunt ſpecies conſcientiæ. Recta, ſeu vera; Erronea, ſeu falſa; Dubia, ſeu incerta; Probabilis, ſeu opinatiua; & Scrupuloſa. Ita omnes cum Sayro *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. Caſtro Pal. *part.* 1. *initio.* Layman *lib.* 1. *cap.* 2. Baſſæus 11. *Conſcientia, num.* 5. Paſqual. *diſputat.* 63. *de ſacra Moral. Doctr. ſect.* 3. Bonacina *ſuper Decalog. diſputat.* 2. *quæſt.* 4. *part.* 6. Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 9. Vaſquez *in* 1. 2. *diſputat.* 59. *cap.* 1. *in fine.* 27

Nonnulli alij hanc diuiſionem non ſequuntur, nam Poſuanienſis *libro quarto deciſ. Theol. ſpecul. & Moral. cap.* 3. *quæſt.* 1. *concluſione* 3. diuidit 28

conſcientiam in Rectam, Erroneam, Dubiam, & Scrupuloſam, nihil dicendo de probabili. P.Mercorus *parte 1. art. 2.* eam diuidit in Rectam, & Erroneam. Probat ſuam diuiſionem, nam dixit, conſcientiam eſſe iudicium præconſultatum, & certum; cùm igitur conſcientia dubia, & probabilis careant certitudine, & inſuper ſcrupuloſa,& laxa reducantur ad erroneam, ſequitur, conſcientiam adæquatè diuidi in Rectam, & Erroneam. Hanc reductionem probauerat ante hoc modo. Nam ſi error, quo creditur opus non eſſe honeſtum, deriuetur ex aliquo in ordinato timore, vel quauis alia animi perturbatione, erroneum iudicium dicitur conſcientia Scrupuloſa. Si verò error, quo creditur opus eſſe honeſtum, cauſetur ex aliqua paſſione, vel ignorantia culpabili, tunc iudicium erroneum appellatur conſcientia Laxa.

29 Pro reſponſione contra diuiſionem conſcientiæ reſtrictam ad Rectam, & Erroneam, prius oſtendendum eſt, noſtram diuiſionem conſcientiæ in quinque ſpecies communem omnium ferè Doctorum eſſe legitimam, hoc fundamento. Tot ſunt ſpecies alicuius generis, quot ſunt differentiæ formales illud diuidentes, & cum eo conſtituentes ſpecies. Ita docent omnes Logici, & id eſt extra controuerſiam, atque in Moralibus locum habet hæc doctrina. Sed quinque ſunt differentiæ formales diuidentes genus conſcientiæ, & cum eo conſtituentes quinque eius ſpecies, ergo conſcientia rectè diuiſa eſt in quinque ſpecies prædictas. Recenſeo differentias, nam veritas ſeu rectitudo, quæ conſiſtit in conformitate conſcientiæ cum vniuerſaliſſimis principiis, & cum voluntate recta circa ea, quæ ſunt ad finem, eſt ratio formalis, per quam cōſcientia recta differt ab aliis, quæ talem conformitatem non participant, per quam conſtituitur in ſuo eſſe ſpecifico. Deinde falſitas intellectus apprehendentis, & iudicantis principia aliter, quam reuera ſunt, conſtituit ſecundam ſpeciem conſcientiæ, quæ dicitur Erronea; quia errat, dum iudicat de obiecto aliter, quam eſt à parte rei, credendo obiectum eſſe honeſtum, quod reuera non eſt, vel non eſſe honeſtum, quod in re honeſtum eſt; Bonitas igitur, ſeu malitia ſunt tantum apparenter in ratione & voluntate, non in re, quæ aliter ſe habet in ſeipſa; Falſitas igitur opprehenſa pro veritate cōnſtituit conſcientiam erroneam ex diametro oppoſitam conſcientiæ rectæ, quæ conſiſtit in veritate conformi ipſi obiecto. Præterea ambiguitas, qua intellectus remanet ſuſpenſus neutri parti adhærens, conſtituit conſcientiam Dubiam tertiam ſpeciem, quæ à prædictis omnino diuerſa eſt, cùm ambiguitas non dicat veritatem, aut falſitatem, nec conformitatem, aut difformitatem cum obiectis, dum ſuſpendit iudicium à conformitate, & difformitate. Vlterius, aſſenſus vnius partis cum formidine oppoſitæ conſtituit conſcientiam Probabilem, & Opinatiuam: in prædictis aſſenſus in conſcientia recta, & erronea nullam habet admixtam formidinem, & dubia caret aſſenſu vtriuſque partis, conſequenter differunt inter ſe. Demum conſcientia Scrupuloſa quinta ſpecies conſtituitur per ſuam differentiam expreſſam nomine ſuſpicionis ſeu timoris, quibus conſcientia mouetur magis ad vnum, quam ad oppoſitum ex leuibus fundamentis, & per hoc differt ab aliis ſpeciebus, in quibus ſuſpicio locum non habet, nec timor ex vanis rationibus conceptus. Ex his, quæ nec ab aduerſariis negantur, reſpondetur ad argumenta probantia duas tantum eſſe ſpecies conſcientiæ.

30 Primum Mercori argumentum eſt definitio Conſcientiæ: quod ſit Iudicium præconſultatum, & certum directiuum humanæ operationis; ſed dubia, & probabilis carent certo iudicio, ergo non pertinent ad conſcientiam.

31 Reſpondeo *primò*, apud alios Theologos de conſcientia agentes non inueni eam certitudinis limitationem, ſed omnes dicunt, conſcientiam eſſe iudicium de eo, quod ſequendum eſt, vel fugiendum eſt: vel eſt iudicium, quo aliquid iudicamus bonum, vel malum, non limitantes, quale ſit illud iudicium; nam definitiones generum generaliter dandæ ſunt, nec in eis reſtringenda eſt aliqua differentia

rentia

Digitized by Google

rentia inferiorum, contra regulas Logicæ; nam omne quodcumque
32 definitur, ſub ratione ſpeciei definitur, ergo per differentiam ſibi conuenientem definiendum eſt, quæ ſcilicet illud conſtituat in eſſe ſpecifico, non quæ ipſum diuidat, & limitet. *Secundò*, S. Doctor *ea quæſt.* 79. *art.* 13. dum loquitur de iudicio conſcientiæ non facit mentionem certitudinis in iudicio conſcientiæ, ſed ſolùm ait: *Tertio modo applicatur, ſecundum quod per conſcientiam iudicamus, quod aliquid, quod factum eſt, ſit benefactum, vel non benefactum:* Et cum ibi non ſe reſtringat ad conſcientiam rectam, applicari ea verba poſſunt ad factum non ſolum certum, ſed etiam probabile, quod ſit benè, vel malè factum; iudicantur enim non ſolum recta, ſed etiam probabilia per conſcientiam: ſufficit ergo conſcientiæ in communi, quod ſit
33 iudicium in genere. *Tertiò*, opinio eſt actus intellectus declinantis in vnam partem contradictionis cum formidine alterius ex D. Thoma *part.* 1. *quæſtione* 79. *art.* 9. *ad* 4. *& alibi*, verſans circa agibilia, & humanas actiones præſcribens voluntati, quomodo ſe debeat prudenter gerere in ſuis operationibus: ergo opinio pertinet ad conſcientiam, ac proinde eius ſpecies eſt, nam conſcientiæ proprium eſt dirigere operationes voluntatis,
34 vt benè, & non malè fiant. *Quartò*, opinio non caret ſua certitudine; nam duplex eſt Certitudo, Demõſtratiua, ſeu Euidentiæ & Moralis, ea autem eſt conformitas intellectus cum re intellecta; prout eſt talis, qualiter apprehenditur: vt, *homo eſt rationalis.* Certitudo verò Moralis & conformitas intellectus cum re intellecta prudenter putata talis in re, qualiter in mente, licet forſan aliter ſit in ſeipſa,
35 & in re. Quod iudicium moraliter ſit certum, & prudens oritur ex pluribus, ex ſolidis rationibus, ex auctoritate Doctorum, ex conſuetudine, ex tolerantia, ex præſcriptione, & aliis, de quibus ipſemet Mercorus *part.* 1. *art.* 8. *&* 14. §. *Reſpondetur, &* §. *Et quidem*, vbi non negat certitudinem Moralem in opinione, de qua meliùs loquitur *art.* 10. quam vocat communem ſententiam. Vide *infrà cap.* 5. *num.* 8.

Dubia conſcientia ſua non caret 36
certitudine, nam in ea ſpectari poſſunt duæ certitudines, prima refertur ad ſuſpenſionem, & ambiguitatem bonitatis, vel malitiæ actus humani; nam conſcientia penſatis hinc inde rationibus ad concludendum, & nihil inueniens pro concluſione, facit hoc certum iudicium, quod ignorat veritatem eius, quod quærit, ex quo ſequitur ſecundum iudicium, & quidem certum, quod abſtinendum eſt ab actu; quia non licet operari ſecundum conſcientiam dubiam, eo quod cum ea agens peccat, dum ſe exponit periculo peccandi, vt dicam ſuo loco. Dubia ergo conſcientia habet ſuum iudicium ſibi proportionatum, & certum, dum cognoſcit obiectum eſſe ambiguum, & nihil operandum eſſe circa illud, ergo dubium vti ſpecies conſcientiæ habendum eſt.

Secundum argumentum de con- 37
ſcientia ſcrupuloſa, & laxa reductis ad erroneam, ea ratione, quod ſi error, quoad opus non ſit honeſtum deriuatur ex inordinatis timore, vel animi perturbatione, conſcientia ſcrupuloſa eſt ſub erronea. Si oritur ex aliqua paſſione, vel ignorantia culpabili, tunc iudicium erroneum appellatur conſcientia laxa.

Reſpondetur *Primò*, huiuſmodi re- 38
ductionem eſſe falſam, quia reductio ſupponit reducibilia eſſe partes illius, ad quod reducuntur; ideo enim materia, & forma corporis ſubſtantialis ſunt reductiuè in prædicamento ſubſtantiæ, in quo eſt ipſum corpus directè, quia eius ſunt partes; conſtat autem ſcrupulum, & laxitudinem non eſſe partes conſcientiæ
erroneæ; quia hæc conſtituitur, & 39
cognoſcitur ſine vllo ordine ad timorem, perturbationem, paſſionem, aut ignorantiam culpabilem; erronea enim conſcientia conſiſtit in iudicio falſo, ſed putato inuincibiliter vero, quæ omnia contingere poſſunt ſine prædictis paſſionibus: ergo hæ conſtituunt aliam ſpeciem conſcientiæ. *Secundò*, laxa conſcientia non meretur nomen conſcientiæ, quatenus iudicium rationis eſt; nam conſcientia, vt conſcientia eſt regula directiua noſtrarum actionum, quæ nos docet ſequi bonum, & euitare malum, vnde

Digitized by Google

bene dixit Apoſtolus, quod omne, quod non eſt ex fide, id eſt, ſecundum conſcientiam, peccatum eſt, ergo conſcientia ex ſe eſt directiua, & regulatiua operationum humanarum, non ergo meretur nomen conſcientiæ, ſed malæ conſcientiæ ex
40 prauis operationibus voluntatis. Deinde cum intellectus ſit potentia neceſſariò agens, non poteſt intendere in ſuum obiectum, niſi ſub ratione veri, ergo per conſcientiam non poteſt præſcribere voluntati, vt ſequatur malum, quod habet rationem falſi, dum putauit illud eſſe verum, licet ex parte rei eſſet falſum, & malum; dum ergo intellectus proponit aliquid ſub ratione mali, quod cognouit vt tale, non agit vt conſcientia, cuius obiectum eſt ſub ratione boni veri, vel inuincibiliter pu-
41 tati. *Tertiò*, inuincibilis error, & vincibilis ſimul eſſe non poſſunt, nec ideo vnus ad alterum reduci, quia ſunt ad inuicem contraria; ſed error inuincibilis ſpectat ad conſcientiam erroneam, & vincibilis ad laxam, ergo vnus ad alium reduci non poteſt; ſed potius ſunt duæ ſpecies erroneæ. Et hæc ſatis.

Aliam conſcientiæ ſpeciem Suarez *in* 1. 2. *diſputat.* 12. *ſect.* 2. *num.* 6. nominat Temerariam, quàm Paſqual. *ea diſputat.* 63. *ſect.* 3. *num.* 32. expungit à prædictis, quia cum illa iudicet abſque aliquo fundamento aliquid eſſe licitum, vel illicitum, non eſt iudicium relatum ad principia vniuerſalia Syndereſis, conſequenter nulla ratione dici poteſt conſcientia, aut illius ſpecies; quia conſcientia nititur ſemper aliquo fundamento habente aliqualiter conformitatem cum Syndereſi. Itaque conſcientia temeraria, & laxa accipiendæ non pro iudicio irrationali, & mala conſcientia ex parte mali operis reſpectu voluntatis.

CAPVT II.

De Conſcientia recta.

1 CONſcientia recta, vt differt ab opinione, eſt iudicium de bonitate, & malitia obiectorum, provt ſunt talia à parte rei, qualis ab intellectu prudenti iudicantur, regulatiuum voluntatis ad proſequendum bonum, & præceptum ſeruandum, & fugiendum malum, & quod eſt prohibitum. Ita omnes ſine vlla contradictione. Iudicium ergo conſcientiæ, & rationis conformatur obiecto, quod cognoſcitur in genere moris tale, quale eſt à parte rei, & ſic conforme eſt Syndereſi, id eſt, principiis moralibus, ſecundum quæ voluntas debet operari.

Quæres primò: An faciens contra conſcientiam rectam peccet?

Reſpondeo affirmatiuè, eodem genere peccati, quod committit tranſgrediendo legem Dei, quia eadem obligatione, qua tenetur ſeruare præceptum, debet obedire conſcientiæ præſcribenti opus fugiendum. Confirmatur eo communi diuino axiomate: Quod non eſt ex fide, id eſt, quod eſt contra conſcientiam, peccatum eſt. Ita omnes cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 5. & 6. Paſqual. *diſp.* 63. *num.* 33. 2

Quæres ſecundò: An Deus diſpenſare poſſit, vt quis agat contra conſcientiam rectam? Affirmat Almaric. *tractatu* 3. *Moral. capit.* 15. Lorca 1. 2. *diſputat.* 37. *de actib. hum. dub. vlt.*

Reſpondeo non poteſt, quia id eſt diſpenſare, quod quis poſſit peccare, quod implicat in terminis, cum Deus ſit impeccabilis in ſe, & reſpectu aliorum. Confirmatur, quia agere contra conſcientiam rectam eſt peccatum, vt probaui, ergo Deus diſpenſare non poteſt, vt quis peccet, & non peccet ſuppoſita diſpenſatione. Ita Vaſq. Corneius cum aliis Paſqual. *diſputat.* 63. *num.* 38. Sublato vero præcepto, vel prohibitione, agens, vel deſiſtens ab operatione non dicitur facere contra conſcientiam, quæ tunc nihil dictat. 3

An autem Deus poſſit diſpenſare in præceptis decalogi? Negant plerique Thomiſtæ cum Suarez *lib.* 2. *de legibus, cap.* 14. *num.* 5. cum aliis Caſtropal. *part.* 1. *tractat.* 3. *diſputat.* 6. *part.* 3. *num.* 5. Quia quæ ſunt de iure naturæ habent intrinſecam honeſtatem, & debitam decentiam per conformationem ad rectam rationem. Affirmant verò Scotiſtæ cum Scoto *in* 3. *diſtin.* 37. *quæſt. vnic.* D. Bonauent. *in* 1. *diſt.* 47. 4

Digitized by Google

diſt. 47. Occham. *in* 3. *quæſt.* 19. cum aliis Ioannes Poncius Hibernus *ad diſtinct.* 37. *num.* 2. *& num.* 104. *part.* 2. *tom.* 7. *operum Scoti*; in quibus locis multa congerit pro Scoto, qui aſſerit Deum poſſe diſpenſare propriè in aliquibus præceptis decalogi. Vide tu citatos, quia non eſt huius loci ita altè ſpeculari.

Quæres tertiò: An poſſit dari conſcientia certa in praxi, quæ in ſpeculatiua ſit falſa, aut probabilis? Et è contra, quod iudicium conſcientiæ ſit ſpeculatiuè falſum, vel probabile; practicè verò certum, & rectum, ſeu verum? Ante reſponſionem
5 præmitto; dupliciter conſcientiam ſpectari poſſe ſpeculatiuè, & practicè. Conſcientia ſpeculatiua eſt illa, quæ in communi, & extra operationem, dictat quid faciendum ſit, vel non faciendum; vt diebus Dominicis, & Feſtiuis Miſſa eſt audienda, abſtinendum eſt ab operibus ſeruilibus. Conſcientia verò practica eſt illa, quæ in particularibus caſibus, omnibus circumſtantiis penſatis dictat, quid agendum, vel non agendum ſit, & ſic refertur ad exercitium; vt debeo hodie audire Miſſam, quia nullum habeo legitimum impedimentum. Altero die feſto ob legitimum impedimentum ſum liber ab auditione Miſſæ. Hæc doctrina applicari poteſt aliis ſpeciebus conſcientiæ, nam datur dubium, & opinio ſpeculatiua, & practica. Sanch. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 3.

6 Reſpondeo conſcientiam ſpeculatiuam conformari ſemper practicæ, & practicam ſpeculatiuæ. Probatur, de conſcientia practica vera, & certa conformi ſpeculatiuæ veræ, quia conſcientia practica ſe habet vt concluſio deducta ex conſcientia ſpeculatiua principiorum Moralium in communi, quæ ſunt vera, & certa, nuncupata Syndereſis, ex dictis *præced. cap.* 9. *n.* 3. ergo talis & concluſio, quale eſt principium illius, vt patet ex doctrina Logicorum; ſed principium eſt verum, & certum, vt ſupponimus de conſcientia recta, quæ conformatur obiecto ſicuti eſt, ergò & concluſio deducta vera, & certa eſt; ſed conſcientia practica eſt concluſio, & ſpeculatiua ſunt principia vera, & certa, ergo talis quoque eſt conſcientia practica, qualis eſt ſpeculatiua. De ſpeculatiua quoque falſa ſequitur practica falſa, non recta, nec probabilis, aut falſa, quia ex falſo nonniſi falſum infertur, & qualitatem, quam habet iudicium ſpeculatiuum communicat practico; quod enim ſeminatum eſt in præmiſſis colligitur in concluſione. Ita communior Theologorum. Ita Vaſq. 1. 2. *diſp.* 62. *cap.* 5. Paſqual. *diſp.* 63. *n.* 24.

Dices, Iacob bona fide acceſſit ad 7
Liam & recta conſcientia practica, tamen ſpeculatiuè falſa, quia reuera non erat ſua: ergo hæc duo iudicia non ſemper conformantur. Deinde Syndereſis conſcientia ſpeculatiua dictat diebus Dominicis eſſe Miſſam audiendam, practica verò hic, & nunc iudicat non eſſe Miſſam audiendam tali die Dominico, ergo non ſunt conformia.

Reſpondeo iudicium Iacob fuiſſe 8
erroneum, & falſum, ſicut erat illud principium accedendi ad ſuam, quæ reuera non erat ſua, non tamen peccauit, quia eius conſcientia vti erronea inuincibiliter fuit recta quoad rationem, licet falſa, quoad obiectum, ac proinde cum non egerit in copula contra conſcientiam, ſed iuxta conſcientiam, non peccauit. Ad aliud de exemplo Miſſæ, dico principium illud ſpeculatiuum, & practicum de Miſſa audienda, vel non audienda conformari in eo, quod Præceptum eſt audiendi Miſſam diebus Dominicis; quando nullum adeſt impedimentum; non audiendi verò, cum ſubeſt impedimentum legitimum, non ſolum in practica, ſed etiam in ſpeculatiua interpretatur illud principium à Theologis. Caſus ergo particulares regulantur ex ſuis principiis, à quibus circumſtantiæ non ſunt alienæ, cum Moralia non poſſint benè, & adæquatè intelligi ſine circumſtantiis, quæ edocentur per Moraliſtas abſque vllo ordine ad conſcientiam practicam. Nec ab his in re diſcordat Sanchez *lib.* 2. *diſputat.* 41. *num.* 5. *& lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. dum dicit iudicia hæc conſcientiæ ſpeculatiuæ, & practicæ non poſſe licitè diſcordare, niſi aliqua ratio ſpecialis, ſufficienti adhibita diligentia ad veritatem aſſequendum, iudicium practicum cogat variare à ſpeculatiuo,

Digitized by Google

culatiuo, iudicando hic & nunc licitum, quod in communi iudicatur illicitum; nam in communi illicitum eſt non audire Miſſam, in particulari non eſt illicitum, nec peccatum illam omittere, vt dixi, ratione legitimi impedimenti, quæ circumſtantia afficit etiam præceptum illud in communi; aliter non dicitur benè intellectum, nec benè explicatum, cum quælibet lex habeat ſuas exceptiones, & limitationes, ſecundum quas explicanda eſt; Nec quicquam refert has circumſtantias referri ad ſingulares caſus, quia id verum eſt, quoad applicationem, & exercitium, non quoad cognitionem perfectam principiorum ipſorum, quæ ſine illis circumſtantiis intelligi perfectè non poſſunt, nec applicari cum illis ſingularibus. Poteſt dici, adeſſe aliqualem differentiam accidentalem, in eo, quod circumſtantiæ in iudicio practico exprimuntur, & in ſpeculatiuo ſubticentur, in quo tacitè inſunt; quod tamen non tollit concordiam, & conformitatem eſſentialem inter iudicium vtrumque, quorum vnum ſi eſt ex conſcientia recta, alterum quoque procedit ab illa, & non à falſa, aut probabili. De qua re plura *infrà cap.12.§.Contra primum mot tuum.*

CAPVT III.

De Conſcientia erronea?

1 Conſcientia erronea eſt illa, quæ iudicat bonum, licitum: non peccatum: quod eſt malum, illicitum, & peccatum: vel eſſe præceptum, quod non eſt præceptum, & è contra. Ac proinde cum falſa ſit, appellatur erronea, quia errat in iudicando, ignorando veritatem eius quod iudicat.

Quæres primò: Qualis ignorantia conſtituat conſcientiam errantem?

2 Duplex eſt ignorantia quatenus facit ad cognitionem huius affectionis, inuincibilis, & vincibilis. Ignorantia inuincibilis eſt illa, qua ignoramus ea, de quibus nunquam cogitauimus, nec occurrerunt memoriæ, nec vnquam præuidimus, quod ſi occurrerunt, debitam adhibuimus diligentiam, & non potuimus ſcire veritatem. Ita omnes cum Sanchez *lib.1.cap.16. num.4.* Bonacina *diſp. 2. Decalogi, quaſt.8.part.3.num.3.* Caſtropal. *part.1. tractat.2. diſput.1. part.15. num.2.* Faber *diſput.7. de Pœnit.num.3.* Corduba *lib. 2. quaſt. 1. §. Quarta diuiſio.* Et alij communiter apud præcitatos. Vincibilis verò ea eſt, quæ adhibito ſtudio, vel conſilio docti vinci poteſt. Illa excuſat à peccato, 3
quia non eſt vitioſa in ignorante, ſicut vincibilis arguens negligentiam, ac proinde peccatum, cum poſſit diſcere excutiendo ignorantiam, & acquirendo ſcientiam, per quam poſſit benè operari diſcernendo bonum à malo. Eſt communis ſententia ignorantiam inuincibilem excuſare à peccato. Ita S. Auguſt. *lib.1. retract. cap.18.& lib.3. de libero arbitrio, capite 18.* D.Thom. *1. 2. quaſt. 76. art. 3.* Sanchez *lib.1.cap.16.num.9.* Bonacina *cit. num. 12.* Quod verum eſt, ſiue 4
ignorantia inuincibilis ſit iuris, aut facti, ſiue ius ſit humanum, ſiue diuinum, ſiue naturale. Ita præcitati, loquendo de aliquo iure naturæ, nam aliqui idiotæ inuincibiliter credunt, non eſſe peccatum dicere mendacium ad liberandum innocentem à morte. Aliqui pueri ignorant probabiliter, pollutionem eſſe peccatum. Ita Corduba *lib. 2. quaſt. 4.* Faber *diſputat. 7. de Pœnit. num. 52.* Vaſquez *1. 2. diſputat.122.* Bonacina *part. 3. num. 8. ad 12.* Sanchez *lib. 1. cap.16. num. 33.* Eſt communis. His præmiſſis.

Reſpondeo ignorantia inuincibilis conſtituit conſcientiam errantem 5
propriè, & ſimpliciter dictam erroneam; ratio eſt, quia hîc conſcientia ſumitur pro iudicio directiuo operationum voluntatis: mala autem conſcientia vti ea, quæ coniuncta eſt cum ignorantia vincibili, & peccaminoſa, non dicitur regulare, & dirigere voluntatem in ſuam operationem, ſed potius eam deuiare à rectitudine ſuæ operationis.

Nihilominus, quia Theologi com- 6
muniter conſcientiam errantem diuidunt in errantem inuincibiliter, & vincibiliter, hæc conſtituitur ab ignorantia improbabili, & vincibili: illa verò ab ignorantia probabili, & inuincibili.

uincibili. Hæc autem diſtinctio neceſſariò obſeruanda eſt pro reſolutione diuerſarum difficultatum, quæ ſubiiciuntur de vtraque conſcientia.

Quæres ſecundò: Qualiter conſcientia erronea dicitur recta?

7 Reſpondeo, ſolum conſcientia inuincibiliter errans dicitur recta, non rectitudine obiectiua, quia illi non eſt conformis, dum errat, putando eſſe licitum, quod eſt illicitum, vel è contra, ex quo appellatur erronea. Sed nuncupatur recta rectitudine formali, & rationis, in quantum homo vult, & intendit operari bonum virtutis, probabiliter, & inculpabiliter exiſtimans tale eſſe obiectum, quale ab ipſo iudicatur. Iudicium ergo eſt rectum quoad mentem iudicantis, non vero quoad obiectum, cui eſt difforme. Ita colligitur ex D.Th. 1.2.*q.*19.*a.*5. Mercorus *art.*3.

Quæres tertiò: An conſcientiam habens erroneam teneatur ſecundum illam operari?

8 Reſpondeo, voluntas tenetur obedire, & ſequi iudicium conſcientiæ erroneæ, ſiue erret inuincibiliter; ſiue vincibiliter, niſi deponat errorem de illo edoctus intellectus.

9 Probatur vtrumque ſimul, quia voluntas cum ſit cæca, non habet aliud adiutorium ad ſui inſtructionem, & illuminationem, quam ipſum intellectum: ergo ne cadat, debet obedire, & ſequi id, quod ſibi dictat conſcientia quamuis erronea exiſtimans eſſe rectam; dum aliam cognitionem de veritate obiecti habere non poſſit, niſi eam, quam ſibi intellectus ſubminiſtrat, qui per ſuum iudicium practicum eſt illi proxima regula benè operandi. Confirmatur, quia voluntas debet ſequi bonum, & fugere malum; bonum autem ſequi iudicium rationis illuminantis, & malum ab eo diſcordare: ergo debet ſequi iudicium rationis. Radix huius obligationis eſt ipſamet Synderesis, quæ docet malum fugiendum, & bonum ſequendum; ratio autem dictat malum apprehenſum vti bonum ignoratum, eſſe ſequendum à voluntate, cuius obiectum eſt bonum: ergo hoc ſequi debet ſiue verum ex ſe, ſiue apparens & tale in mente iudi-

10 cantis. Ita omnes loquentes de conſcientia inuincibiliter errante cum Vaſquez 1.2.*diſputat.*59. *cap.*2. *num.*6. qui ait, contrarium ſentiendum eſſe temerarium, Caſtropal. *part.*2. *tractatu* 1. *punct.*2. *num.*2. Layman *l.*1. *cap.*4. *aſſert.*3. Paſqual. *diſp.*63. *num.*74. vbi ait, quoſdam tenere, eſſe de fide. Bonac *q.*4. *part.*6. *n.*8.

Procedit reſponſio, licet conſcientia errans dictet eſſe faciendum, quod eſt intrinſecè malum, putans eſſe inuincibiliter bonum, & præceptum, quia rectè operatur voluntas, dum ſe conformat illi iudicio intellectus, qui non poteſt deponere illud iudicium, niſi edoctus de veritate, aliter illud imprudenter deponit. Ita Becan. *de Bonit. act. inter. cap.*4. *quæſt.*7. *num.*6. 11

Quod voluntas teneatur ſequi iudicium conſcientiæ vincibiliter errantis, docent Malderus *l.*2. *diſp.*84. *concluſ.*3. Medina *quæſt.* 19. *articul.* 5. Lorca *diſp.*37. *de actibus hum. memb.*2. cum illis Paſqual. *diſput.* 63. *num.* 84. Bonacina *quæſt.* 4. *part.* 6. *num.* 8. vbi ait *num.* 9. quamuis voluntas non obligetur ad faciendum malum, quia nemo tenetur peccare, tamen obligatur ad malum, non quatenus tale, ſed vt conceptum ſub ratione boni ſibi ab intellectu propoſiti, in eo quod tenetur ſequi illius iudicium. 12

Quæres quartò: An actus proueniens à voluntate ſequente conſcientiam erroneam ſit bonus?

Reſpondeo eſt bonus, quando procedit à voluntate ſequente conſcientiam inuincibiliter errantem, malus verò ſi conſcientia errat vincibiliter. Primum probatur, quia voluntas ſequendo dictamen rationis benè operatur, ergo actum licitum, honeſtum, & bonum; Nec obſtat, quod bonum eſt ex integra cauſa, quia licet deficiat bonitas obiectiua, ſufficit tamen formalis quoad apprehenſionem mentis, licet enim intellectus erret, non tamen voluntas, dum ſequitur dictamen rationis. Secundum probatur, quia ignorantia vincibilis non excuſat à peccato; actus autem qui fit cum peccato ſemper eſt malus, ergo & in hoc caſu. Itaque actus proueniens ex conſcientia inuincibiliter errante eſt bonus, & illius virtutis, cuius putatur. Ita Sanchez *lib.*1. *cap.*12. *num.*17. Corneius, Malderus, Lorca citati à Paſqual. *diſput.*63. 13 14

Digitized by Google

diſput. 63. *num.* 109. vbi *num.* 110. ait D. Thomam 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 9. *ad primum*, tenere contrarium, vbi *numero* 111. ex D. Bernardino, aſſerit, eſſe bonum tantum putatiuè, & in exiſtimatione; nobiſcum ſentit Caſtropal. *part.* 2. *num.* 6. vbi exemplificat in mendacio, & furto ad ſubueniendum proximo, actus boni virtutis miſericordiæ, reſpectu eius, qui vincibiliter putat, illa licere ex dicto fine. Bonacina *quæſt.* 4. *parte ſexta, num.* 23.

Quæres quintò: An faciens ſecundum, vel contra conſcientiam errantem peccet, & qualiter?

15 Reſpondeo, faciens ſecundum conſcientiam inuincibiliter errantem non peccat, vtique verò, ſi contra eius dictamen operatur. Faciens vero ſecundum, vel contra conſcientiam errantem vincibiliter non effugit peccatum, quando dictat aliquid eſſe præceptum, vel prohibitum, quod reuera non eſt.

Primum de non peccante, dum agit conformiter ad dictamen conſcientiæ vincibiliter errantis, probatur, quia ſe conformat regulæ rectè operandi, & id patet *ex quæſt.* 3. ergo cum benè agat, non peccat; ita omnes ibi citati.

16 Secundum, quod peccet agens contra conſcientiam inuincibiliter errantem, probatur, tum quia omne, quod non eſt ex fide, id eſt, ſecundum conſcientiam, peccatum eſt. Tùm quia tunc voluntas peccat, quando non ſe conformat recto dictamini conſcientiæ, vt contingit in hoc caſu, ergo peccat. Ita D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 5. Paſqual. *diſputatione* 63. *num.* 74. Caſtropal. *part.* 3. Et alij omnes.

17 Tertium, quod agens ſecundum, vel contra conſcientiam vincibiliter errantem peccet, probatur peccare in vtroque, quia ignorantia in neutro caſu excuſat, non quidem agendo ſecundum conſcientiam, propter ignorantiam culpabilem, quam vincere debuiſſet, quia potuiſſet; nec agendo contra conſcientiam, quia voluntas cæca ſine peccato non poteſt deuiare à regula ſibi ab intellectu propoſita. Nec hinc ſequitur, voluntatem cogi ad peccatum, quia poteſt deponere conſcientiam errantem, dum eius ignorantia dicitur vincibilis, & ſuperabilis. Ita omnes cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. Becan. *cap.* 4. *de Bonit. act. intern. q.* 7. *num.* 12. Paſqual. *diſp.* 63. *n.* 86. Bonac. *q.* 4. *part.* 6. *n.* 14.

Quæres ſextò: Quale peccatum ſit illud, quod fit agendo contra conſcientiam errantem?

Reſpondeo, eſſe mortale, vel veniale attenta qualitate actionis, quæ exercetur, & illius ſpeciei, cuius eſt obiectum, circa quod conſcientia iudicat agendum, vel non agendum. Exempli gratia, Conſcientia errando dictat mihi hodie eſſe ieiunandum, nullo reuera extante præcepto. Si non ieiuno, pecco mortaliter contra virtutem temperantiæ. Alia duo exempla habes ſub *quæſt.* 4. *de mendacio, & furto contra miſericordiam.* Ratio eſt, quia conſcientia non obligat ſpecialiter, ſed tantum obligatione veri præcepti, ſeu prohibitionis. Ita D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 5. *ad* 3. Vaſquez *diſputat.* 59. *cap.* 3. Paſqual. *diſputat.* 63. *num.* 52. Caſtropal. *part.* 3. *num.* 1. Bonacina *quæſt.* 4. *parte ſexta, num.* 18. 18

Quæres ſeptimò: An grauius peccet faciens aliquid contra conſcientiam erroneam vincibilem, quam ſi faciat id, quod ipſa dictat?

Reſpondeo, eſt grauius peccatum 19
facere contra conſcientiam culpabiliter errantem, quando proponit præceptum maius, aliter non, ſi proponat minus. Cæterum grauius eſt peccare contra conſcientiam, quam illam ſequi.

Primum probatur, quia maior, 20
vel minor grauitas deſuomitur ex qualitate præcepti magis, vel minus obligantis. Quare qui mentitur ſine iuramento putans erroneè ſibi licere ad liberandum hominem à morte, peccat ſolum venialiter, vtique verò mortaliter, ſi faciat contra conſcientiam obligantem illum ad mentiendum, vt ſaluet hominem, quia hoc præceptum magis vrget, quam illud de non mentiendo. Ita Durand. *in* 2. *diſtinct.* 39. *quæſt.* 9. Vaſquez 1. 2. *diſputat.* 60. *cap.* 3. Paſqual. *diſp.* 63. *n.* 99. Bonacina *quæſt.* 4. *part.* 6. *num.* 15. Caſtropal. *part.* 6.

Secundum probatur eſſe grauius 21
peccatum cæteris paribus facere contra

tra conſcientiam, quam illam ſequi, quia ſequi conſcientiam vincibiliter errantem eſt peccatum ignorantiæ; facere verò contra conſcientiam eſt peccatum malitiæ: eſt autem maius peccatum illud, quod oritur ex malitia quam quod procedit ex ignorantia. Ita ſubtiliter Paſq. *cit. n.* 100.

Quæres octauò: An faciens aliquid falsò putans eſſe peccatum non præcognita grauitate, vel leuitate peccati, an peccet mortaliter? Exempli gratia, puto eſſe peccatum expuere in Eccleſia, in confuſo, non conſiderando vlterius an ſit peccatum mortale, an veniale.

22 Reſpondeo eſſe ſolum veniale, niſi ex obiecto cenſendum ſit mortale iuxta dicta præcedenti quæſtione. Probatur, quia non videtur magis affectus ad mortale, quam veniale, ergo peccatum hoc cenſendum eſt veniale, quia de duobus malis, minus præſumitur. Confirmatur, quia non ita facile iudicandum eſt de mortali, Gerſ. *p. 3. lect. 4. de vita ſpirit.* S. Th. *quolib. 9.*
23 *art.* 15. hæc, & alia refert Ioan. Sanch. *in ſuis ſelect. ad Lector.* Ita Vericell. latè *tr. 2. q. 7. à n. 4.* Nau. *Prælud. 9. n. 9.* Regin. Valent, & Lopez, quos contra ſe citat Bonac. *q. 4. p. 6. num.* 22. vbi oppoſitum putat probabilius, cum Vaſquez 1. 2. *diſp. 59. cap.* 3. Sayr. Sanchez, Rodriq. & aliis, cum Caſtropal. *p. 3. n. 6.* qui noſtram putat probabilem, pro qua alios
24 citat. Probat, quia tunc voluntas quantum eſt ex ſe approbat mortale, cum ad vtrumque ſit indifferens. Neque obſtat ex parte obiecti malitiam in communi maiorem non eſſe malitia veniali determinatè, quia ſufficit, quod indeterminatè maior ſit, ſiquidem mortalem comprehendit, & ratione huius indeterminationis voluntas illam malitiam amplectens, debet cenſeri mortalem amplecti. Quod ſi voluntas in obiectum venialiter malum feratur, neque cognoſcens eius modicam malitiam, ſed ſolum cognoſcens eſſe malum abſque diſtinctione malitiæ mortalis, vel venialis, etiam probabilius exiſtimat fore mortale, quia illa voluntas ſe exponit amplecti peccatum mortale; per accidens enim fuit, quod obiectum veniale ſolum eſſet, illud enim eodem modo amplecteretur, ſi mortale fuiſſet. Et confirmat, cum amplecteris obiectum venialiter malū, dubitans an ſit mortale, peccas mortaliter, ſecundum omnium ſententiam, quia te exponis periculo committendi mortale. Sed quando tibi repræſentatur obiectum malum, & prohibitum, neque diſtinguens an ſit mortale, vel veniale, illud amplecteris, iam quantum eſt ex tua voluntate, periculo mortale committendi te exponis. Hæc Caſtropalaus.

Contra eſt, quia hæc ratiocinatio 25
ſupponit potius id, quod eſt in quæſtione, quam probet ſuam concluſionem, nam debebat probare, voluntatem amplecti mortale, & non veniale; indifferentia enim non magis dat intelligere vnum, quam aliud, vnde aliunde deſumendum eſt, quod dicatur amplexum fuiſſe mortale, non veniale, cum non maiorem affectum habeat ad vnum, quam ad alterum, ſi eſt indifferens, immò homo regulariter intentionem minus peccandi; ergo ex actu ſecuto deſumenda eſt qualitas culpæ. In confirmatione vero mutat caſum; nam ſupponit dubitari de peccato mortali, in quo caſu committens actum alias ſolum venialiter peccaminoſum, peccat mortaliter ob illum affectum ad peccatum mortale præcognitum. In præſenti vero caſu nihil ſupponitur præmeditatum de mortali, neque veniali, ſed tantum, quod eſt malum in confuſo, ideo actus ſequens tantum venialis eſt.

Quæres nonò: An putans ex conſcientia erronea ſe peccare mortaliter, qui detentus in carcere non audit Miſſam, vel non recitat officium, carens ſine culpa Breuiario, reuera peccet mortaliter illa omittens?

Reſp. non peccare, licet videatur 26
facere contra conſcientiam, quia ad peccatum vti voluntarium requiritur poteſtas operandi ſecundum conſcientiam; non enim eſt in libertate exeundi è carcere, vt ſatisfaciat ſuæ obligationi; E contra domi exiſtens infirmus, qui reuera excuſatur à Miſſa, peccat mortaliter non audiendo Miſſam, quia facit contra conſcientiam erroneam, cui poteſt obedire. Ita Bonac. *q. 4. p. 6. n. 24. & 25.*

Quæres 10. An peccet, qui ex conſcientia errante, putat vtramque contradictionis partem, eligendo alteram partem? Exemplum in vetula, cui

Digitized by Google

commiſſa eſt cura infirmi, putat enim ſe peccare deſerendo infirmum, vt Miſſam audiat, & pariter peccare omittendo Miſſam vt ſeruiat infirmo.

27 Reſpondeo quamcunque partem eligat etiamſi inuincibiliter erret, peccat, quia facit contra dictamen rationis reſpectu vtriuſque partis. Ita reſpectu conſcientiæ vincibiliter errantis D.Thom.1.2.*q.*19 *art.6.ad* 3.& reſpectu inuincibiliter errantis, Medina *ibid dub.*1.Granad.*contr.*2.*tract.*12. *diſp.*6.*ſect.*2. cum illis Paſqual.*diſp.*63. *n.*94 contra Sanch.*l.*1.*c.*11.*n.*14. Vericellum *tr.*2.*q.*8.Caſpenſem *p.*1.*diſp.*2. *ſect.*2. *num.*11. Rodriquez *part.*1.*c.*53. *num.* 6. Aſſerentes, poſſe quamlibet partem ſequi ſine peccato, quia ibi non eſt peccatum, vbi non eſt libertas Moralis, in eo autem caſu libertas abeſſet ad vitandum peccatum, ergo nullum peccatum, quod non contingit ſine libertate. Sed huic argumento reſpondetur, in hoc caſu adeſſe libertatem non ſolum naturalem, ſed etiam Moralem, quia libertas Moralis non tollitur ab aliquo præcepto, vel prohibitione, quæ ſolum obligant ad ſui obſeruationem, quod ſi non fiat, attribuitur libertati voluntatis potentis obedire, & non obedire legi conſcientiæ. Vide Bonacin. *p.* 6. *n.* 27. ſequentem hanc poſteriorem cum multis aliis.

Quæres vndecimò: An conſcientia erronea obliget contra præceptum ſuperioris?

28 Reſpondeo magis obligat conſcientia erronea etiam culpabiliter errans, quam præceptum ſuperioris humanum. Ratio eſt, quia præponderat præceptum naturale humano; præceptum autem conſcientiæ faciendi quod ipſa dictat, eſt naturale, ergo hoc magis obligat, quam illud: Ita Sanch. *l.*1.*c.*11.*n.*16. Paſq.*diſp.*63. *n.*105. vbi citatur D.Thom. Durand. Lorca cum aliis contra D. Bonauent. *in* 3.*diſt.*39.*art*,1.*q.*3. *ad vlt.* D.Antoninum *p.*1.*tit.*3.*c.*10.§.4.Alenſem *p.*1. *q.*120. *membr.*3. *art.*2. aſſerentes conſcientiam erroneam debere cedere ſuperiori in iis, quæ ſunt indifferentia. Sed hæc limitatio non prodeſt, quia conſcientia ſemper præualet præcepto humano reſpectu cuiuſcumque obiecti, quatenus poteſtate humana præſcribitur. Contra Fabr. *de Pœnit.diſp.*6.*n.*36. Bonac. *p.*6.*n.*17. vbi ait præualere præceptum conſcientiæ vincibiliter erranti, quia ſubditus à præcepto ſuperioris non excuſatur per ignorantiam vincibilem, cum ſit culpabilis proueniens ex leuibus fundamentis. Dico culpabilitatem illius ignorantiæ non prouenire ex leuibus fundamentis, quæ ab eo putantur grauiora, ſed ex negligentia non vincendi ignorantiam deponendo erroneam conſcientiam, ideo conſcientia errans vrget adhuc in ſuo iure cogendi ſubditum ad obediendũ ſibi, non ſuperiori.

Quæres duodecimò: An obliuio, & inaduertentia excuſent à peccato, quando quis facit contra conſcientiam id non aduertendo. Quod Caſtropal.*p.*4. ſic proponit. An ſit peccatum agere contra conſcientiam habitu errantem, non actu?

Reſpondeo excuſare, quia ſicut excuſat reſpectu aliorum præceptorum, ita & reſpectu huius de conſciẽtia ſequenda. Et eo magis excuſat, qua in re hic nulla eſt culpa, errante conſcientia. Ita Sanch *l.*1.*c.*11.*n.*7. Bonac. *p.*6.*n.*28. Caſtrop.*p.*4. Paſqual.*diſp.*63. *n.* 108. quia conſcientia obligat non vt habitus, ſed vt actus, cum non ſit habitus, ſed actus, & iudicium rationis, *c.*1.*q.*2. ergo debet eſſe in actu, vt afficiat conſcientiatum. 29

30

Quæres decimo tertiò: An conſcientia erronea deponenda ſit?

Reſpondeo certum eſt conſcientiam erroneam ſiue vincibiliter, ſiue inuincibiliter errantem eſſe deponendam non pro libito, & imprudenter, ſed ex rationibus illuminantibus, vel perſuadentibus conſcientiam errare, præſertim ex inſtructione virorum Doctorum; nam conſcientia erronea prouenit ex ignorantia perſonarum rudium, quibus quandoque malum, vel indifferens apparet bonum, & quod eſt illicitum de ſe illis apparet licitum. Si ergo quis dicitur cum aliqua ratione, & prudentia acquiſiuiſſe conſcientiam erroneam ignorans ſe errare, ita rationabiliter, & prudenter illam deponere debet. Ita ferè omnes cum Sanch. *l.*1.*c.*11.*n.*10. Bon.*p.*6.*n.*30. Caſtro.*p.*6.*n.*5. Paſq.*diſp.*63.*n.*122. Ad deponendam ergo conſcientiam requiritur ratio, ſeu auctoritas perſonæ doctæ perſuadens depoſitionem erroris. Neque motiuum debet magis vrgere, 31

Digitized by Google

gere, quam illud oppoſitum, quod conſcientiam fecit errantem, ſed ſufficit quod moueat intellectum ad eius depoſitionem, ex Sanchez cum Paſq. *n.*129. contra Vaſq. 1.2. *diſp.* 67. *c.* 1. *n.* 4. Quia poteſt quis deponere opinionem probabiliorem, ſequendo oppoſitam probabilem, ergo.

Quæres decimo quartò: In quibus caſibus agens contra conſcientiam non peccat?

32 Reſpondeo in duobus caſibus. *Primò*, cum legitimè impeditur factus impotens ad illi obediendum, vt detentus in carcere erroneè credens teneri audire Miſſam, excuſatur non audiens Miſſam contra dictamen conſcientiæ, vt dixi *ſub q.* 9. *Secundò*, ex obliuione, & inaduertentia, quia conſcientia provt in actu ſolum obligat *ex q.* 12. *Tertiò*, addunt alij, cum ſcilicet quis errans putat ſe teneri ad vtramque partem, caſus enim iſte vt impoſſibilis non obligat, & tunc poteſt fieri contra conſcientiam ſine peccato. Sed id reieci *ſuprà ſub q.* 10.

Quæres decimo quintò: An peccet inducens aliquem ad iurandum, quod eſt falſum, quando iuraturus inuincibiliter putat eſſe verum?

33 Reſpondeo non peccare, quia hic nullum eſt ſcandalum, non paſſiuum quia ſic errans inuincibiliter, vt ſuppono, non peccat, ſed actum facit bonum ex probatis *q.* 4. nec actiuum, quia non intendit errantem inducere niſi in id, quod ſibi bonum apparet. Ita Hurtadus de Mendoza cum Diana *part.* 5. *reſol.* 14. *de ſcandalo*, contra Azorium, Suarez, Pontium, & Paſqualig. *q.* 5. quem pro ſe citat Mercorus *art.* 5. Ea ratione, quia non licet inducere aliquem ad actum, quem ſcit eſſe peccatum, licet inductus non ſit in ipſo peccaturus ratione ignorantiæ, ſic non licet inducere ad fornicandum, etiam ſi fornicaturus putet, non eſſe peccatum, quia præceptum prohibens aliquid, etiam prohibet inducere alium ad illud peccatum, quod inducens ſcit eſſe peccatum.

34 Reſpondeo, hoc argumentum ſupponere hic ſcandalum, vbi non probatur, quia ſcandalum eſſentialiter, & formaliter eſt occaſio ſpiritualis ruinæ proximi, qui non ruit in caſu præſenti; non eſt ergo illicitum inducere ad malum, quod putatur bonum, quia inducit ad bonum formaliter, licet ſit malum materialiter. Nec exemplum fornicationis facit ad rem, quia ea nulli eſt vtilis, ſicut illud iuramentum, quod proximo prodeſt.

CAPVT IV.

De Conſcientia dubia?

Conſcientia dubia eſt illa, quæ non aſſentitur, neque diſſentitur illi, ſuper quod dubium verſatur, quia nullum illi recurrit motiuum, per quod determinetur præſtare ſuum aſſenſum vni parti magis, quam alteri, ſed anceps, & dubia manet, & in hoc conſiſtit ſuum iudicium, vt neutri parti adhæreat, reflectendo ſe ſuper rem dubiam, an ſit, vel non ſit, iudicat illam incertam in ſuis prædicatis, ſuper quibus dubitat. Et per id patet ad rationem Mercori negantis rationem iudicij in conſcientia dubia, vt eam excludat à ratione conſcientiæ, cui reſpondimus *ſub c.* 1. *q.* 10. *verſ. Dubia.* 1

Notandum eſt quod conſcientia dubia alia eſt ſpeculatiua, quæ anceps eſt, an aliquid ſit licitum, necne in genere ſine vllo ordine ad exercitium. Practica verò, quæ dubitat circa id quod hic, & nunc exercendum eſt, quærendo circa eius conditiones, & circumſtantias, an liceat, nec ne illud, quod faciendum eſt. Vide dicta *ſub c.* 2. *q.* 3. vbi diximus practicum iudicium conformari ſpeculatiuo, dum illud tanquam concluſio deducitur ex hoc tanquam præmiſſis. 2

De conſcientia dubia Faber cum Scoto *de Pœnit. diſp.* 6. *c.* 3. *n.* 38. Cordu. *l.* 3. *q.* 5. Becan. *cap.* 4. *de bonit. act. intern. q.* 8. Caſtrop. *p.* 1. *diſp.* 3. *p.* 1. Laym. *l.* 1. *cap.* 5. Sayr. *l.* 1. *c.* 13. Paſq. *de ſacra moral. doct. di p.* 63. *ſect.* 7. *&* 8. Bonac, *ſuper Decal. diſp.* 2. *q.* 4. *p.* 2. & alij communiter. 3

Quæres primò: An ſit peccatum operari cum conſcientia dubia? Et quale peccatum?

Reſpondeo, eſt peccatum eiuſdem rationis, & ſpeciei, cuius eſt peccatum de quo dubitatur. Probatur, quia ſe proximè exponit euidenti periculo peccandi, ergo peccat, iuxta illud 4

Eccli. 3. 27. *Qui amat periculum, in illo peribit.* Et id Caſtropalao vocat intrinſecè malum *p.* 1. *num.* 5. Facit etiam illud commune axioma: Omne quod non eſt ex fide, id eſt, ſecundum conſcientiam, peccatum eſt; ſed cum dubio operans facit contra conſcientiam dubiam, quæ voluntatem ſuſpendit ab operatione. Peccatum autem eſt illius ſpeciei, cuius eſt res de qua dubitatur, vnde dubitans de obligatione ieiunij, & illud frangens, peccat peccato contra virtutem temperantiæ. Et in his omnes conueniunt: Procedit hoc, vt peccet, licet poſtea deueniat in cognitionem certam in illo die non fuiſſe ieiunium de præcepto; ratio eſt, quia peccatum illud formaliter non eſt tranſgreſſio præcepti de ieiunio, ſed præcepti conſcientiæ dubiæ, quæ dictat non eſſe operandum cum dubio, ſed operatio ſuſpendenda eſt, donec dubium vincatur, ſicut conſcientia ſuſpendit aſſenſum, & diſſenſum erga obiectum incertum.

Quæres ſecundò: An qui ſpeculatiuè certus eſt licere aliquid, & illud aggreditur cum conſcientia dubia, nunquid peccet?

5 Reſpondeo: Affirmatiuè, quia etiam in hoc caſu agit contra conſcientiam dubiam practicam, cum debeat ſuſpendere actionem, ſicut ſuſpendit aſſenſum, & diſſenſum reſpectu dubij; nec ſcientia ſpeculatiua de certitudine rei licitæ excuſat, quia ſequendum eſt dictamen conſcientiæ practicæ dubiæ, quæ iudicat eſſe abſtinendum ab operatione durante in actu dubio; Voluntas ergo debet ſequi proximam regulam directionis, quæ eſt conſcientia dubia iudicans rem eſſe ancipitem, ac proinde abſtinendum ab operatione. Ita Sanchez *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 2 Bonac. *p.* 7. *n.* 6.

Quæres tertiò: An dubitans practicè in vtramque partem peccet agendo, dum v.g. timet peccare ſiue agat, ſiue non agat?

6 Reſpondeo: Peccat, quodcumque eligat cum ea dubitatione practica, quia facit contra conſcientiam dubiam practicam, quæ ſuſpendit rem quoad dubium, & quoad exercitium. Iuxta dicta *præced. cap. q.* 10. Ita Bonac. *p.* 7. *num.* 8. Vnde *præced. cap. num.* 27. vbi de ſimili caſu.

Quæres quartò: Quid agere debeat dubitans, ne peccet operando cum conſcientia dubia?

Reſpondeo: Qui neſcit deponere conſcientiam dubiam, quia caret motiuo ad eam deponendam, debet ſequi partem tutiorem, tunc enim non peccat, iuxta illam Regulam. In dubiis tutior pars eſt eligenda, *c. Ad audientiam*, 12. *cap. Significaſti*, 18. *c. Petitio tua*, 24. *de homicid. c. Iuuenis*, 3. *de ſponſal.* De qua Caſtropal. *diſp.* 3. *p.* 1. *n.* 6. Sanchez *l.* 1. *de matrim. diſp.* 41. *n.* 9. vbi, quod eſt de præcepto, & non de conſilio in materia dubia conſcientiæ practicæ, cum aliis quos pro ſe citat Bona. *n.* 21. §. *Reſpondeo primo.* Illa autem pars dicitur tutior, in qua nullum poteſt eſſe peccatum, ſi exequatur, vt ſi dubitans an teneatur ieiunare, audire Miſſam, &c. electio tutioris partis eſt ieiunare, & miſſari. Ita omnes cum Sayr. *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 9. Sanch *l.* 1. *c.* 10. *n.* 16. Caſtrop. *n.* 7. Procedit propriè in caſu noſtro, in quo agitur de peccato vitando. 7 8

Quæres quintò: Quomodo ſit deponendum dubium?

Reſpondeo: Deponitur ſtudio, electione, & poſſeſſione. Qui dubitat an aliquid facere, vel non facere ſit licitum, vel non licitum, ne euidenti periculo peccandi ſe exponat diligenter debet ſtudere per ſe, ſi eſt doctus, vel per doctos viros timoratæ conſcientiæ, vt ea diligentia euincat dubium, perquirendo veritatem facti. Tanta autem diligentia adhibenda eſt, quantum poſtulat dubium examinatis circumſtantiis temporis, loci, & rei, ſuper qua dubium verſatur. In hoc ergo conſiſtit diligens ſtudium, quod eſt regulatiuum electionis, & poſſeſſionis; ex quo videtur colligi dubium ab initio tranſire in opinionem, vt agere valeat ſine peccato, vnde *in cap. Inquiſitioni*, 44. *de ſent. excom.* dicitur, quod coniux depoſita conſcientia dubia, poteſt reddere, & petere debitum non alia ratione, niſi quia per adhibitam diligentiam dubio ſucceſſit opinio. 9 10

Electio autem in eo conſiſtit *Primò*, vt de duobus tutiorem partem eligat, in qua exercenda nullum reperitur peccatum, vt ſi dubitem, an tenear dare eleemoſynam, ieiunare, abſtinere à ſeruilibus, &c. in his durante dubio, 11

debeo

Digitized by Google

debeo eleemoſynam dare, ieiuna-
re, &c. quia non pecco, dum benè
ago, ſi verò oppoſitum facio, pecco
contra conſcientiam dubiam, quæ
me obligat ad abſtinendum à malo.
Vide *q* 4. *Secundò*, de duobus malis
exequendis, minus malum eſt eli-
gendum, quando neceſſitas compu-
lit ad alterum *cap.* 1. *diſtinct.* 13. *cap. Iu-*
12 *rauit*, 4. *cap. Non ſolum* 7. 22. *q.* 4. Pro-
cedit ergo regula, quando neceſſe
eſt, alterum eligere; nam ſi vtrum-
que eſt in optione, neutrum facien-
dum eſt, vt dicit primus textus ex
citatis, Graſſ. *part.* 2. *deciſ. lib.* 3. *c. fin.*
num. 24. Bonacina *q.* 4. *de peccat. p.* 4.
num. 18. Limitatur, vt locum non ha-
beat in iis, quæ ſunt intrinſecè ma-
13 la, in quibus non datur electio, quan-
do non poſſunt denudari ſua malitia,
vt mendacium, fornicatio, idololatria,
periurium, ex Corduba *lib.* 1. *q.* 29.
§. *Ad fundamenta*, Sanchez *lib.* 2. *diſ-*
14 *putat.* 39. §. *Ad quartum*. Eſt autem dif-
ferentia in electione propria, vel in
alio, nam ego non poſſum eligere
minus malum intrinſecè tale, quia
quilibet poteſt ſuam voluntatem im-
pedire à malo, ſubeundo pœnam,
cogor, exempli gratia, metu mortis
fornicari, aut adorare idolum, debeo
potius mori, quam vnum illorum
eligere, hac ratione remouendo ma-
lum; poſſum verò conſulere minus
malum, vt parato occidere inimicum
verberet, quia malum non ſuadeo,
ſed abſtinentiam maioris mali, non
enim poſſum, vt ſuppono, remoue-
re hunc hominem à toto malo, à quo
meipſum remouere poſſum, ideo
conſulo de percuſſione, vt ex parte
15 remoueam illum à malo. Hæc igitur
eſt differentia, cur non poſſum eli-
gere malum intrinſecè tale, ſed tan-
tum conſulere alteri. Dico *intrinſecè*
malum, quia malum eo quod eſt pro-
hibitum poſſum eligere in caſu ne-
ceſſitatis, & non pecco, quia tunc præ-
ceptum non obligat. Ita Lopez *part.* 2.
ſui inſtr. c. 84. Conradus *part.* 1. *caſu* 1. *in*
Addit. & caſu 237. quos pro ſe citat
Floron. *caſu vnic.* §. 1. *n.* 5. Sanchez *l.* 7.
16 *diſput.* 11. *à n.* 15. Demum electio *Ter-*
tiò locum habet reſpectu duorum
præceptorum concurrentium, quod-
nam eorum in dubio ſit eligendum,
nam regula eſt, quod eligatur, & ob-
ſeruetur, quod magis vrget, vt euite-
tur maius peccatum, vt cum dubitas,
an tenearis ſeruire infirmo, an audire
Miſſam, eligas primum, quia magis
vrget; ſimiliter magis vrget præce- 17
ptum maioris Prælati, quam minoris,
c. Non ſemper, 92. *& ſeq.* 11. *q.* 3. *in c.* 97.
dicitur: *Non vtique contemnis poteſta-*
tem, ſed eligis maiori ſeruire: Nec hinc de-
bet minor iraſci, ſi maior Prælatus. Magis 18
autem vrget præceptum naturale,
quam diuinum poſitiuum, & vtrum-
que quam humanum, vt docet San-
chez *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 17. Intellige, debere
obſeruari quod maius eſt, & vrget,
quando ambo obſeruari non poſſunt;
& locum id habet etiam in concur-
rentia ſuperiorum, vt obediatur illi
ſuperiori, licet minori, qui maius præ-
ceptum præſcribit exequendum. Vi- 19
de Nauar. *conſ.* 46. *de Pœnit. n.* 7. §. *Ter-*
tio, in cap. Conſideret, n. 95. Sanchez *l.* 1.
c. 10. *à n.* 17. *ad* 21. Patet ergo in depo-
ſitione dubij per electionem adhiben-
dum eſſe ſtudium virorum Docto-
rum, vt cognoſcatur quænam pars
eligenda ſit tutior, in qua euitetur
peccatum.

Poſſeſſio verò alterum motiuum de- 20
ponendi dubium debet eſſe legitima,
& rationabilis fundata in bona fide, vt
poſſidens credat rem à ſe poſſeſſam
eſſe ſuam, non vſurpatam furto, vel
alio modo illicito retentam. Poſito
ergo diligenti ſtudio ſuper veritate
inquirenda, ſi adhuc dubitat, poteſt
ſine peccato deponere dubium, &
credere rem eſſe ſuam, quia intelle-
ctus ita perſuadet voluntati hac cer-
ta regula: *In dubiis melior eſt conditio*
poſſidentis. Reg. 65. in 6. alia iura con- 21
gerit Barboſa *Axiomat.* 182. *num.* 5.
Procedit non ſolum in materia iuſti-
tiæ, vt omnes docent relati ab eo-
dem Barboſa ſuper dictam regulam, 22
ſed etiam in materia aliarum virtu-
tum. Ita Suarez *de cenſur. diſputa-*
tione 40. *ſect.* 5. *num.* 15. *tom.* 2. *de*
Relig. tractatu 4. *lib.* 2. *cap* 33. *num.* 2.
Sanchez *lib.* 2. *diſputatione* 41. *nume-*
ro 32. *& lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. alter
Sanchez *diſputatione* 42. *num.* 2. Vil-
lalobos *tractatu* 1. *de conſ. Difficult.*
21. cum illis Caſtropal. *diſputat.* 3.
p. 6. contra Sayrum *lib.* 1. *cap.* 13.
num. 36. Salas *tractatu* 8. *diſputat. vnic.*
ſect. 17. *num.* 161. *& ſect.* 25. *num.* 252.
Azor. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *q.* 10.
Vaſquez 1.2 *diſput.* 65. *cap.* 3. *num.* 13.

Digitized by Google

relatos ab eodem Caſtropalao, & à
Diana *reſolut.2. de conſc.dubia.*
23 Eſt ergo certum dictam Regulam
habere locum in materiâ iuſtitiæ,
cum de illa manifeſta ſint iura, vt
poſſeſſor dubius poſt adhibitum dili-
gentiam poſſit proſequi ſine peccato
retinendo rem pro ſe. Et quamuis
non detur legitima poſſeſſio ſine bo-
24 na fide, *ex Reg.2.* quia poſſeſſor malæ
fidei, qualis videtur eſſe in dubi-
tante, nunquam præſcribit, inci-
pienda enim eſt poſſeſſio cum bona
fide, quæ tollitur dubitatione: Ni-
hilominus reſpondetur, dubitatio-
nem ſuperuenientem non deſtruere
bonam fidem transferendo poſſeſſo-
25 rem in malam fidem, quia dubitatio
non poteſt operari vltra ſuas vires, ac
proinde bonam fidem in totum de-
ſtruere non poteſt, licet eam debili-
tet. Caſtropal. *punct.2. num.6.* ait, ſuf-
ficere, quod incœperit poſſidere bo-
na fide, de qua inceptione *cap. Si di-
ligenti*, 17. *iuncta Gloſſ.* 11. *Bona fide,
de præſcript.* Confirmatur id pro foro
conſcientiæ, quod ſequitur forum
externum, quando non fundatur in
26 præſumptione, ex communi cum
Sanchez *l.1.cap.10.num.9.& 11.& l.2.
cap.23. num.40. fine.* Suarez *de cenſ.
diſputat.* 40. *num.4. fine*, cum eis Ca-
ſtropal. *dict. p.* 2. *num.* 4. Ea autem
nititur veritate, non præſumptione,
ergo ea ſimpliciter vera eſt pro vtro-
que foro.
27 Supradicta ſententia, quod Regu-
la de poſſeſſore locum habeat etiam
reſpectu aliarum virtutum, multum
probabilis eſt, quia licet ex iuribus
vtriuſque legis referatur ad res pre-
tio æſtimabiles, & ad iuriſdictionis
exercitium, quia caſus extra prædi-
cta legiſlatoribus propoſitus non
fuit; tamen ex ſuo formali ſenſu ap-
plicari poteſt aliis rebus, nimirum
legibus, votis, iuramentis, & aliis,
quia ſicut poſſidentur temporalia, &
ſpiritualia beneficia, & iuriſdictio-
nes, ita dicuntur poſſideri poteſta-
tes, libertates, & alia huius generis
ſpiritualia.
28 Vrget contra hanc opinionem illa
Regula: *In dubiis tutior pars eſt eli-
genda.* Quæ habetur *cap. Ad audien-
tiam*, 12.*cap. Significaſti*, 18.*cap.Petitio
tua*, 24. *de homicid. cap. Illud* 5.*de Cler.
Min.cap.Iuuenis*, 3.*de ſponſal.* Ergo Re-
gula de poſſeſſione non videtur ſuf-
fragari in aliis.
Ad hæc reſpondet Caſtropal.*pun- 29
cto 6. num.4.* dicta ibi à Pontifice non
conuincere, nam quoad tria *cap. de
homicidio*, loquitur, quod in du-
bio, quis debet ſe tenere irregu-
larem, ob reuerentiam, qua mi-
niſterium altaris ſine vlla ſuſpicio-
ne peccati tractandum eſt. Ad ca-
ſum de Epiſcopo miniſtrante reſpon-
detur, illum nullam adhibuiſſe dili-
gentiam, ac proinde debuiſſet elige-
re tunc tutiorem partem, & non te-
mere agere. Vide Sanchez *lib.1. capi-
te* 10.*num.*15.
Reſponſio igitur in ſubiecta mate- 30
ria eſt, quod: *In dubiis tutior pars eſt
ſequenda*, quando nulla fuit adhibita
diligentia ad vincendum dubium, ne-
que enim homo temerè agere debet.
Secundò, illa Regula locum habet in
caſibus à iure expreſſis, vt in dubio
quis debet ſe tenere irregularem, in
aliis non, poſita debita diligentia.
Tertiò, illa Regula non eſt de præce- 31
pto, ſed tantum de conſilio in opinio-
nibus, Nauar. *tom.3.in cap.Si quid au-
tem, de Pœnit. diſt.7. num.*35. Sanchez
lib.1.cap.10.num.11.& 15. ad 4.argum.
Caſtropal. *punct.6.num.4.*Paſqual.*diſ-
putat.63.num.65.* Nulla ergo eſt obli-
gatio in dubiis ſequendi tutiorem
partem, niſi in caſibus à iure expreſ-
ſis, ita præter illos Sotus *lib.* 4. *de
iuſt. quæſt.5. art. vlt.* iterum Sanchez
lib.2. diſput.41. num.22. & 46. Suarez
*diſputat.1. de cenſ. ſect. 3. num. 7. &
diſput.40. ſect.5. num.13.* Malderus 1.
2. *diſput.87. concluſ.8.* Dicas tu, cum
iam ſit depoſitum dubium, & ſucceſ-
ſerit in eius locum opinio probabilis,
eam Regulam locum non habere in
opinionibus, vt infrà probabo *cap.6.
§.Ad primum argumentum.*
Quæres ſextò: An dubius de lege,
vel præcepto an exiſtant, teneatur
obedire?
Reſpondeo negatiuè ac ſi non exi- 32
ſtant, poſt adhibitam ſufficientem
diligentiam, nam homo poſſidet ſuam
libertatem, per quam quiſque habet
dominium ſuarum actionum, quas
pro ſuo libito operari poteſt, quando
lege ligatus non eſt. Ita Sanchez *l.2.
diſput.41. num.36.lib.1.cap.10.num.32.*
Villalobos *tom.1. ſummæ, tract.1. diffi-
cult.21.num.4.* Suarez *diſputat.40. de
cenſ.*

Digitized by Google

cenſ. ſect. 5. *num.* 15. Henriquez *lib.* 8. *de Euchariſt. cap.* 45. *num.* 3. *in comment. lit. P*, ex illis Caſtropal. *p.* 7. *num.* 1. contra Vaſquez 1. 2. *diſput.* 64. *cap.* 3. *& diſp.* 66. *cap.* 1.

Quæres ſeptimò: An dubitans, vtrum lex ſe extendat ad aliquem caſum teneatur credere, ſe extendere?

33 Reſpondeo poſt adhibitam diligentiam, non tenetur, ſed vti poteſt ſua libertate, quia perinde eſt ac de exiſtentia legis dubitare. Sanchez *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 33. Salas *tract.* 8. *diſputat. vnic. ſect.* 25. *num.* 258. Caſtropal. *p.* 7. *num.* 2. Nam diligentia adhibita habet rationem opinionis probabilis, cum ea determinet intellectum ad iudicandum non exiſtere legem, nec caſum ſub ea exiſtente.

Quæres octauò: An dubitans de receptione legis, teneatur iudicare de eius receptione?

34 Reſpondeo obligare, quia poſſeſſio eſt pro lege, ergo obligat, multi enim docent receptionem non eſſe neceſſariam, vt lex obliget, ſed ſufficit, quod ſit promulgata. Vide Dianam *part.* 1. *tract.* 10. *reſolut.* 1. Ita Sanchez *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 35. Bonacina *quæſt.* 1. *de legibus, part.* 4. *num.* 44. *& de peccatis, quæſt.* 4. *part.* 7. contra nonnullos, quos pro ſe citat Caſtropal. *p.* 7. *num.* 4.

Quæres nonò: An dubius de priuata promiſſione ratione voti, vel iuramenti teneatur adimplere promiſſum? Dubitatio autem cadere poteſt *Primò*, ſuper ipſam obligationem dubioſam. *Secundò*, ſuper animum obligandi? *Tertiò*, ſuper deliberationem promiſſionis.

35 Reſpondeo ad primum: dubius de exiſtentia voti, iuramenti, & cuiuſlibet alterius obligationis factæne ſit, poſt adhibitam diligentiam remanens adhuc dubius poteſt iudicare ſe non teneri, quia pro ipſo ſtat poſſeſſio ſuæ libertatis, vt non obligetur

36 ſoluere; ſicut enim in foro externo nullus condemnatur ad ſolutionem debiti, niſi clarè de eo conſtet, vt in confeſſo eſt apud omnes, ita neque in foro animæ, cum non ſit magis rigoroſus forus conſcientiæ, quam ex-

37 ternus. Confirmatur, quia vbi obligatio controuertitur interpretatio ſtrictè facienda eſt, *l. Quidquid*, 99. *de verb. obligat.* vt nulla extet obligatio. Ita ferè omnes cum Regin. *tom.* 2. *lib.* 18. *num.* 176. Sanchez *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 36. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 16. Suarez *de cenſ. diſputat.* 40. *ſect.* 5. *num.* 15. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de voto, cap.* 5. *num.* 7. cum aliis Caſtropal. *p.* 9. *num.* 2. contra Sayrum *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 36. Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. *quæſt.* 10. cum nonnullis aliis. Eo fundamento, quod in dubiis tutior pars ſit ſequenda, ſed iam reſponſum fuit *ſub quæſt.* 5. §. *Reſponſio*, quod ea regula intelligitur, quando nullam præmiſit diligentiam, & præterea non eſt de præcepto, ſed tantum de conſilio, ex dictis *numero* 30. *&* 31.

Reſpondeo ad ſecundum: Quando dubium verſatur circa ſenſum verborum, dubitans non tenetur, quia dubium tunc cadit ſuper exiſtentiam voti, vnde adhuc poſſidet ſuam libertatem ab obligatione. Ita Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 2. *de iuram. cap.* 33. *num.* 3. *& lib.* 4. *de voto, cap.* 6. *num.* 2. ex eo Caſtropal. *p.* 10. *num.* 2. Si vero verba ſunt clara, & dubitatur an habuerit intentionem ſe obligandi, iudicandum eſt pro promiſſione contra promiſſorem; Ratio eſt, 38

tùm quia ex verbis claris conſtat de exiſtentia promiſſionis, ergo de intentione ſe obligandi, nam hæc ſequitur ad promiſſionem, ſicut madefactio terræ ad pluuiam, & fumus ab igne comburente ligna viridia, niſi excludatur expreſsè, Sanchez *lib.* 1. *diſputat.* 9. *num.* 4. *&* 7. ait enim, obligationem eſſe effectum naturalem promiſſionis, ſicut ignis calefactio. Tùm quia in dubio delicta non præſumuntur, *cap.* 2. *de regul. iur. l. Merito*, 51. *ff. pro ſoc.* allegant Doctores Paſqual. *quæſt.* 123. *num.* 3. Iulius Cæſar Caluinus Derthonenſis *in ſuo opuſc. inſcr. Communes in dubio iuris concluſiones, &c. concluſ.* 201. ergo neque hic præſumendum eſt, ſtante dubio, conſequenter ad illud euitandum, aſſerenda eſt obligatio. Ita Suarez *de iurament. cap.* 33. *num.* 4. *de voto, cap.* 6. *num.* 4. Sanchez *lib.* 1. *diſputat.* 9. *num.* 13. Nauar. *conſ.* 4. *de voto fine.* Corduba *quæſt.* 147. Sylueſter *de iuram.* 4. *quæſt.* 7. ex illis Caſtropal. *puncto* 10. *num.* 4.

Ad tertium reſpondetur: Quando dubium fundatur ſuper ætate, vt qui 40

Digitized by Google

promiſit ante ſeptennium expletum, non habuiſſe deliberationem neceſſariam ad valorem promiſſionis, quia ante id tempus impubes non habet perfectum rationis vſum, ideo nec perfectè deliberare poteſt. Ita Suarez *lib. 4 de voto, cap. 6. num. 6.* Sanchez *lib. 1. diſput. 9. num. 12. & lib. 4. de voto, cap. 1. num. 14.* cum illis Caſtropal. *p. 11. num. 2.* In dubio ætatis ſeptennij abſoluti fauendum eſt promiſſioni, quæ eſt in poſſeſſione ſuæ exiſtentiæ, aiunt præcitati; tamen Caſtropal. *num. 4.* cum Soto *lib. 7. de iuſt. q. 3. art. 7. docum. 2. §. Sed & eſt hic.* Quia dum controuertitur ætas non conſtat de perfecto vſu rationis neceſſario ad valorem promiſſionis, ergo iudicandum non eſt pro promiſſione, cum de ea non conſtet. Quando dubium fundatur ſuper tempus, an promiſſio facta fuerit tempore ebrietatis, amentiæ, ſeu phrænesis, an verò cum promiſſor eſſet ſanæ mentis? Reſoluitur fauore promiſſionis contra promiſſorem; Tùm quia conſtat de promiſſione, & dubitatio eſt circa eius qualitates, ergo reſponſio ſtat pro promiſſione. Tùm quia promiſſiones regulariter fiunt, dum vſus rationis viget, ergo non præſumuntur factæ in amentia. Sanchez *lib. 4. de voto, cap. 1. num. 15.* Contrarium tenet Suarez *lib. 4. de voto, cap. 6. num. 9.* cum quo eſt Caſtropal. *p. 11. num. 8.* quia dubium verſatur circa exiſtentiam promiſſionis, dum dubitatur, an deſit aliquid illi eſſentiale, vt eſt libertas. Placet magis prior reſponſio, quia ſupponitur promiſſio facta, & deinde dubitatur, an facta fuerit tempore amentiæ, an ſanæ mentis; prius eſt enim aliquid eſſe ſimpliciter, quam hoc vel illo modo, ſupponitur factum votum, deinde quæritur quo tempore, ergo poſſeſ-
41 ſio ſtat pro voto. Quando conſtat, promiſſionem factam fuiſſe in amentia, reſpondendum eſt pro promiſſore contra promiſſionem, quia præſumendum eſt, non habuiſſe perfectum vſum rationis, cum ebrietas, phrænesis, & dementia aduerſentur vſui rationis, & intellectum perturbent. Ita omnes cum eodem Sanchez *lib. 4. de voto, cap. 1. num. 18.* Caſtropal. *p. 11. num. 7.* Demum dubium eſſe poteſt de valore promiſſionis factæ calore iracundiæ, & ſubita animi paſſione, in quo caſu reſpondendum eſt pro promiſſione, quæ poſſidet ſuam exiſtentiam, quæ ſupponitur ad eam qualitatem. Ita Sanchez *lib. 1. diſput. 8. num. 10.* Pontius *lib. 4. de matrimonio, cap. 1. num. 2.* Caſtropal. *p. 11. n. 10.* Nec illa pœnitentia poſt iram, quod promiſſionem non feciſſet, ſuffragatur, cum ſit ſolum ſignum; quod non promiſiſſet, & voluntatis inefficax retractatio.

Quæres decimò: Quando dubium verſatur circa materiam promiſſionis voti, iuramenti, &c an ſit licita necne, cui fauendum eſt?

Reſpondeo promiſſor debet conſulere ſuperiorem, aut viros doctos, 41
& remanente dubio, reſoluendum eſt pro promiſſione, de qua conſtat, contra promiſſorem. Contrarium tenent Suarez, & Sanchez quos pro ſe citat Caſtropal. *p. 12. num. 2.* Tùm quia non placent Deo ea, in quibus periculum prauitatis imminet. Tùm quia perinde eſt, ac dubitare de lege, & voto, cum dubitetur de eſſentiali requiſito. Reſpondetur, & non placere Deo, de quorum prauitate manifeſtè conſtat, non ea, quæ poſſunt eſſe indifferentia, & quorum prauitas ex circumſtantia cohoneſtatur. Non eſt verum, quod legis exiſtentia controuertatur ſimpliciter, cum ſupponatur factum, & poſtea controuertatur de modo eius; nam quod dictum eſt de legibus *ſub q. 6. &*
p. 7. ipſius Caſtropalao aliud eſt dubi- 43
tare ſimpliciter ſuper exiſtentia legis, aliud ſuper eius qualitate ex ſuppoſitione exiſtentiæ eiuſdem; nam ſi promiſi Deo caſtitatem, & poſtea dubito de intentione, & deliberatione, ſine quibus non conſiſtit valor promiſſionis, teneor ſtare promiſſis, niſi probem defectum intentionis, ex ipſo Caſtropal. *p. 10. num. 4. de defectu intentionis.*

Quæres vndecimò: Dubitans an expleuerit 21. annum teneatur ieiunare?

Reſpondeo negatiuè, quia ante 44
dubitationem erat in poſſeſſione ſuæ libertatis, qua priuandus non eſt ex præcepto dubio. Ita Sanchez *lib. 2. diſputat. 41. num. 38.* alter Sanchez *diſputat. 43. num. 6.* Layman *lib. 1. cap. 5. §. 4.* Intellige ſemper facta diligentia,

&

Digitized by Google

& dubio euacuato per diligentiam.

Quæres duodecimò: Dubitans an comederit poſt mediam noctem poſſit celebrare,& recipere ſacram communionem?

45 Reſpondeo: Non poteſt, durante dubio: Tùm quia præceptum ſumendi Euchariſtiam ſemper obligat, ergo poſſeſſio ſemper ſtat pro præcepto, quod ſola dubitatione euacuari non poteſt. Tùm quia acceſſurus ad ſacram communionem debet eſſe certus, quod accedat cum debitis requiſitis, inter quæ eſt non come-
46 diſſe poſt mediam noctem; hæc autem qualitas non præſumitur, ſed probanda eſt ab eo, à quo aſſeritur, vt docent Legiſtæ *in l. Non ignorat, 9. Cod. de iis, qui accuſ.* Ciarlin. *cap.2. num.33.cap.10.num.77.* Gratian. *capite 90.num.25.* ſed dum dubitat de ea, non probat, ergo accedere non poteſt ad ſacram communionem. Ita Sanchez *lib. 2. diſputat. 41. num. 40.* Salas *de conſcient. ſect. 25. num. 264.* Villalobos *tractatu 1. diſputat. 21. num.7.* cum illis Caſtropal. *p.8.num.9.* contra alterum Sanchez *diſputat. 42.* qui multis probat reſolutis ab eodem Caſtropalao.

Quæres decimo tertiò: An conſulens homicidium, furtum, ſeu furem, aut homicidam, aut alio modo adiuuans, teneatur de damno ſecuto, quando dubitat, an fur, vel homicida abſque ſuo conſilio occiderit, vel furatus fuerit?

47 Reſpondeo: Tenetur, niſi concludenter probet, non fuiſſe cauſam verè influentem in furtum, vel homicidium, euacuando dubium, & conuertendo illud in opinionem probabilem, vt ſi probet, occiſorem iam fuiſſe inimicum, vel fuiſſe paratum ad perpetrandum delictum, præparando neceſſaria, his enim argumentis infertur, conſulentem non fuiſſe cauſam damni, ac proinde non teneri ad reſtitutionem. Ita Sanchez *lib.2. diſputat.41. num.17.& lib.1.capite 10. num. 44.* alter Sanchez *diſp.42. num. 14.* Caſtropal. *p. 4.* vbi refert vtramque ſententiam, & concludit, affirmatiuam intelligi, quando dubium liquidari non poteſt; negatiuam verò, quando probatur, conſulentem non fuiſſe cauſam efficacem.
48 Confirmantur prædicta, quia eſt commune axioma, quod conſulens tenetur de malo conſilio, *Reg. 48. ff. de reg. iur. & 62. eod. in 6.* Nam forum externum præſumit eius cauſam fuiſſe efficacem; debet ergo eam præſumptionem elidere, ne teneatur ad damna.

Quæres decimo quartò: An ſubditus in dubio teneatur obedire ſuperiori?

Reſpondeo: Affirmatiuè, niſi ſubditus edoceat de inhoneſtate rei præceptæ, vel præceptum excedere eius poteſtatem, quia ſuperior eſt in poſſeſſione ſui officij, quod eſt præcipere, & ſubditi obedire, & ſicut conſtat de poſſeſſione poteſtatis, ita & de obedientia præſtanda à ſubdito, qui debet deponere dubium, id dictante poteſtate ſuperioris, cui debetur obedientia. Quod autem ſubdito incumbat probatio, quod præceptum non ſit licitum, aut excedat limites eius poteſtatis, patet ex eo, quod id eſt fundamentum ſuæ intentionis eximendi ſe à ſuperiore. Intentio autem probanda eſt 50
ab eo, qui in ea ſe fundat, ex communi Doctor. *l. Actor, l. Fruſtra, C. de probat. l. Qui accuſare, C. de edend. cap. Sciant cuncti, 2.q.8.* Oſaſch. *deciſ.108. num.8.* Ludouiſ. *deciſ.288. num.8* ex illis Sperellus *deciſ.88. num.5.* Ergo deficiente probatione, tenetur omnino obedire, quia præſumptio eſt fauore ſuperioris, quod iuſtè præcipiat; quilibet enim officialis præſu- 51
mitur rectè ſuum exercere officium, *l.1. Cod. de ſuſcept. præpoſit.* Barboſa *in l. Damni, §. Sabinus, fin. ff. de damno infecto, num.8.* Alciatus *de præſumpt. 15. Regula 3.* alios citans Paſqual. *q. 59. num. 4.* Eſt communis ſententia apud Sayr. *lib.1.cap.13.num.4.* Sanchez *l.6. cap.3. num.3. fine*, alter Sanchez *diſputat. 33. num. 37.* Nauar. *de reſtitut. cap.3.dub.12.num.252. lib.2.* cum aliis Caſtropal. *p.13. num.2.* Nonnulli relati à Caſtropalao tenent, ſic dubitantem poſſe non obedire; ſed eorum aſſertio, vel intelligitur quando probarint ita eſſe, ſicut dubitant, & benè loquuntur, vel intelligitur durante dubio, & ſic malè ſentiunt; quia dubitatio tantam vim non habet, vt valeat impedire iuriſdictionem ſuperioris, pro quo præſumitur iuſtum ſuæ poteſtatis exercitium.

Quæres

Digitized by Google

Quæres decimo quintò : An dubitans de valore ſuæ profeſſionis teneatur religioſe viuere ?

52 Reſpondeo : Obligatur ſuæ Regulæ, niſi euacuet dubium in opinionem probabilem, quia poſſeſſio ſtat pro Religione, quæ illius profeſſionem admittit. Ita Sanchez *lib.*4. *capite* 3. *num.*27. Bonacina *de voto*, *p.*3. §.1. *num.*11. ex illis Vecchius *diſp.*13. *dubit.*12. *num.*22. Gratianus *cap.*413. *num.* 17. iterum Sanchez *lib.*7. *diſputatione* 37. *num.*12. Diana *part.*4. *tractatu* 3. *reſolut.*55. Sanct. *variarum reſolut. tom.*1. *q.*48. *n.*48. ex illis Promptuarium Regulare Petri Bellaſij 11. *Profeſſio*, *n.*27.

Quæres decimo ſextò : An milites dubitantes de iuſtitia belli poſſint, immò debeant deponere dubium, & pugnare ?

53 Reſpondeo : Non ſolum ſubditi, ſed etiam extranei poſſunt bellum agere obediendo ſuo Principi, cuius præceptum eſt ſufficiens cauſa deponendi dubium, non ſolum ſubditis, ſed etiam alienigenis ſe ſubiicientes eius imperio. Ita de ſubditis tantum Sanchez *lib.*6. *cap.*3. *num.*15. Azor. *tom.*1. *lib.*2. *cap.*19. *q.*9. Valent. 2. 2. *q.*16. *p.*2. §. *Si autem miles*, cum aliis Caſtropal. *p.*14. *num.*1. qui *num.*3. §. *Hac ratio*, dicit nullam eſſe diſtinctionem inter ſubditos, & non ſubditos, quia nemo debet ſpoliare Principem iure ſuo in dubio, niſi habeat certum fundamentum de iniuſtitia. Refert ad hoc Vaſquez 1.2. *diſput.*66. *cap.*9. *num.*51. Salas *q* 21. *tract.*8. *diſp. vnic. ſect.* 27. *num.*272. Suarez *de Charitate*, *dub.*13. *de bello*, *ſect.*6. *numero* 12. Petrus Nauar. *l.*2. *cap.*3. *dub.*12. *num.*260.

Quæres decimo ſeptimò : An dubitans ſe reum irregularitatis, teneatur ſe abſtinere à celebratione ?

54 Reſpondeo: In dubio iuris non tenetur credere ſe irregularem, ſed tantum in dubio facti, & quidem reſpectu homicidij, reſpectu vero aliorum debitorum, ſi poteſt vincere dubium per aliquam probabilem rationem, non eſt reus irregularitatis. Conſulens dubitando an efficaciter influxerit in homicidium debet ſe tenere irregularem, niſi probet inefficacitatem conſilij. In his autem mutilatio tantum non venit ſub nomine homicidij.

Primum de dubio iuris habetur 55
expreſsè *cap.*15. *cui* 18. *de ſent. excom. in* 6. vbi dicitur, quod non incurritur irregularitas, niſi ea ſit expreſſa in iure. Ibi Barboſa Doctores citat.

Secundum in dubio facti homici- 56
dij quis debet ſe tenere irregularem, expreſsè habetur *cap.*12. 18. & 24. *de homicidio*. Ita Sanchez *lib.* 1. *cap.* 16. *num.*48. Layman. *lib.*1. *cap.*5. §.4. *n.*3. cum aliis Diana *part.*4. *tract.*2. *reſolutione* 52. Barboſa *ſuper cap.* 12. *de homicid.* Cùm igitur dubium ſuperari non poteſt euidenti ratione, debet dubitans teneri irregularis, ne agat contra conſcientiam dubiam.

Tertium, quod dubium non ha- 57
beat locum in aliis irregularitatibus, docent mox præcitati, quod intelligitur, depoſito dubio, poſſeſſione ſuæ libertatis.

Quartum de dubio conſilij effica- 58
cis probatur, quia pari ratione currit cum homicida dubio. Ita Sanchez *lib.*1. *cap.*10. *num.*44. Sayr. *de conſ. lib.*7. *cap.*3. *num.* 2. cum aliis Diana *part.*4. *reſol* 25. *de irregular.* Niſi dubium vincat, iuxta dicta *q.*13.

Quæres decimo octauò : An dubitans de ſua legitimitate debeat ſe tenere irregularem ex defectu natalium ?

Reſpondeo : Negatiuè, quia cum 59
ſit in poſſeſſione ſuæ ingenuitatis, & legitimitatis titulo matrimonij, euacuatur dubium, ac proinde tollitur
dubium irregularitatis. Confirmatur, 60
quia præſumptio non oritur ex præſumptione, Menochius *lib.* 3. *præſumpt.*132. Farinacius *tom.*1. *conſil.*55. *num.*25. ergo nec dubium ex dubio. Quod in dubio filius iudicandus ſit legitimus exiſtens poſſeſſor, & reus, docent Vaſquez *diſput.*66. *cap.*8. Sayr. *lib.*1. *cap.*11. *num.*19. cum aliis Diana *reſolut.*59. *de irregular.* & *reſolut.*6. *de conſc. dubia*. Caſtropal. *diſputat.*3. *p.*5. Niſi probetur contrarium ab actore. Vide ibidem, vbi refert plura ſigna ad cognoſcendum filium eſſe legitimum. Ac proinde non eſſe reum irregularitatis ſuſtinent Petrus Corneius, Coninchus, & Auila, quos pro ſe citat Diana *dict. reſol.*59.

Quæres decimo nonò : An in du-
bio

Digitized by Google

bio reſeruationis iudicandum ſit pro lege reſeruationis?

61 Reſpondeo cenſendum eſt, non eſſe reſeruatum, quia proinde eſt, ac dubitare de exiſtentia legis reſeruationis iuxta dicta *q.7.* ergo confeſſarius eſt in poſſeſſione exercendi ſuam iuriſdictionem. Confirmatur, quia cum reſeruatio ſit quid odioſum, reſtringenda eſt eius obligatio. Ita Floron. *part.1. cap.5. num.*30. plures refert pro ſe Diana *part.4. tract.3. reſolut.* 4.

CAPVT V.

De Conſcientia probabili, & Opinione.

1 DVbium præcedit opinionem, quia contingit hominem de aliqua re prius dubitare ſine alio labore, deinde vt ſe liberet à difficultate, incipit inueſtigare veritatem ſuper re de qua dubitat, vel per ſe ſtudendo, ſi eſt doctus, vel quærendo ab aliis reſolutionem difficultatis, & ſi euidenter venit in cognitionem veritatis, quæ ſit conformis obiecto in ſe, prout eſt à parte rei, & non ſecundum apparentiam, & veriſimilitudinem, dicitur ſcire; ſi verò nequit inuenire veritatem rei, prout res eſt in ſe, quia contingens eſt, ſed tantum illud attingit ſecundum apparentiam, & veriſimilitudinem, ſic dictantibus motiuis, & rationibus de eo inuentis mouentibus intellectum ad aſſentiendum vni parti cum formidine oppoſitæ, ſiue ſine tali formidine ſaltem actuali, dicitur opinari, & non ſcire, quia ſcire eſt ad vnum, quod eſt obiectum neceſſarium, quod non poteſt aliter ſe habere; vt, *homo eſt animal.* Obiectum verò opinionis, cum ſit contingens, non poteſt determinare intellectum ad vnum, ſed liberum relinquit opi-
2 nari vtrumque, & ſic opinio eſt libera, vt dixit P. Ioannes Poncius Hybernenſis Corcagienſis Ordinis Minor. de Obſeru. *in ſuo curſu Philoſoph. in Logica, diſputat.22. de ſcientia, numero* 22. Dubium ergo facilè occurrere poteſt, ſed eius depoſitio, & conuerſio in opinionem non ita facilè accidit. Vnde in præcedenti capite probatum fuit, non eſſe agendum contra conſcientiam dubiam, nihilominus homo optans facere aliquid ſine peccato, neceſſe eſt, quod prius deponat dubium ex legitima cauſa, nimirum inueniendo firmas rationes, per quas intellectus determinetur ad credendam rem illam, de qua erat dubium, an liceret, necne? eſſe licitam, ac proinde fieri poſſe ſine
peccato. Quare cum opinio excludat 3
dubium illud deſtruendo, non videntur aliqui tùm ex Antiquis, tùm Modernis congruenter loqui, aſſerentes opinantem dubitare an licitè cogat, quia ſi reuera opinatur rem licere, non poteſt dubitare de eius licitate, ad quam intellectus fuit determinatus per rationes probabiles; præterquam quod opinio docet aſſenſum, & dubium ſuſpendit illum, quomodo ergo opinans ſimul poteſt dubitare, an aliquid liceat, ſi præbuit aſſenſum ad id, quod eſt licitum. Per dubitationem ergo intelligere debent quandam ſuſpicionem, & ſcrupulum, cum quibus operari poteſt opinans probabiliter.

Quæres primò: Quid ſit conſcientia probabilis, ſeu opinatiua, ſeu opinans?

Reſpondeo eſt illa, quæ iudicat 4
aliquid eſſe licitum, vel illicitum, fieri poſſe, vel non poſſe fieri, ſi licet, homo operari poteſt ſecundum hanc conſcientiam dictantem licere; ſi non licet, non poteſt operari, quia nemo agere poteſt contra conſcientiam, quæ dictat bonum eſſe amplectendum, & malum fugiendum. Id totum melius intelligetur per explicationem definitionis Opinionis, quæ ſpectat ad conſcientiam probabilem, ideo opinio vocatur probabilis, aliter verè opinio non eſt in Moralibus, niſi ſit probabilis, id eſt, fulta firmis rationibus.

Quæres ſecundò: Quid ſit opinio probabilis in genere moris.

Reſpondeo opinio probabilis eſt 5
cognitio practica vera, & certa moraliter, de licitate, vel illicitate obiecti contingentis proueniens, ex motiuis rationabilibus intellectum determinantibus ad aſſenſum, & proſecutionem vnius partis exiſtimatæ licitæ, vel diſſenſum, & fugam vnius partis

exiſtimatæ

Digitized by Google

exiſtimatæ illicitæ, cum formidine alterius partis. Singulæ particulæ huius definitionis ſunt explicandæ, vt clarius intelligatur quid ſit opinio.

Dixi primò, quod opinio eſt cognitio practica, quia ipſa eſt actus intellectûs opinantis, quo potentia intellectiua voluntatem dirigit ad benè, & rectè operandum iuxta regulas conſcientiæ probabilis, quando dictat faciendum eſſe licitum, & ſine peccato fieri poſſe, vel non eſſe faciendum, quia eſt illicitum.

6 Dixi ſecundò, hanc cognitionem practicam, quæ ad opus ordinatur eſſe veram veritate morali, quia per hanc intellectus moraliter certificatur eſſe licitum id, quod opinatur eſſe tale, & proinde determinatur ad præſcribendum voluntati opus bonum, & licitum amplexandum, vel illicitum, & fugiendum. Pro cu-
7 ius intelligentia obſeruandum eſt, quod veritas eſt duplex, vna naturalis, altera moralis, illa eſt conformitas intellectus cum re intellecta, quæ aliter haberi non poteſt, quia eius obiectum eſt neceſſarium, & tale quale apprehenditur ex parte rei, vnde veritas obiectiua communicatur veritati formali in intellectu ſicuti eſt ex parte rei, quia euidenter conſtat tale eſſe obiectum, quale apprehenſum, & iudicatum fuit. Veritas autem moralis, quæ tribuitur opinioni, eſt pariter conformitas intellectus practici cum re intellecta, non prout eſt in ſe, ſed prout apprehenditur ſecundum motiua rationabilia; propter verò contingentiam obiecti, quod poteſt aliter ſe habere, non poteſt intellectus opinans attingere veritatem obiecti in ſe, prout eſt in ſe tale à parte rei, quia id ſpectat ad intellectum ſcientem, qui verſatur circa obiectum neceſſarium, & euidens tale, vt ab intellectu attingatur ſecundum veritatem prout eſt; attingere verò veritatem apparentem prout eſt in nobis, qui ex motiuis, & bonis rationibus arbitratur obiectum eſſe tale quale apprehenditur, & iudicatur, quamuis in ſe non eſſet tale, ſufficit enim hæc cognitio, cum aliam ſcientiæ habere non poſſumus, impoſſibilium enim nulla eſt obligatio, & hoc modo ſcit, & credit id, quod iudicat, eſſe verum.

Quod opinio participet rationem veritatis analogicè ad veritatem ſcientiæ, nemo negare debet, quia omnes illi dant hanc proprietatem cum Ariſt. 3. *Anima, text.* 152. Opinio dicitur habere ſuam veritatem, quæ ſcilicet, ſi non eſt in re niſi apparenter, ad minus eſt in nobis, qui rem iudicatam à nobis licitam, pro tali habemus. Et ſi veritatem hanc negaremus opinioni, eius naturam, & eſſentiam deſtrueremus; ac proinde noſtrum ſcire, quod magis opinionibus abundat, quam ſcientia, continuo fluctuaret in incertum, adeo quod efficeremur ſimiles belluis, & iumentis inſipientibus; Ne igitur dentur hæc abſurda, quiſque ſanæ mentis veritatem ſuo modo opinioni negare non debet, nec poteſt, niſi inſipiens.

Dixi tertiò, quod opinio eſt co- 8
gnitio non ſolum vera veritate morali ſecundum nos, & apparentiam proximam veritati rei, verum etiam certam certitudine morali, & apparentiam rationabilem; nam ex veritate infertur certitudo, ex quo enim cognitio aliqua eſt vera ei adhæremus firmiter, hoc enim importat certitudo, vt ex veritate adhæreamus rei, quam iudicamus veram. Pro cuius intelligentia, obſeruandum eſt, vt ſuprà, duplicem eſſe certitudinem, vna dicitur naturalis, altera moralis, ſicut dictum fuit ſupra de duplici veritate. Certitudo naturalis 9
eſt determinatio intellectus ad obiectum in ſe cognitum, cui adhæret, quia euidenter cognouit illud eſſe verum, quod aliter eſſe non poteſt. Certitudo verò moralis eſt pariter determinatio intellectus ad obiectum cognitum non prout eſt in ſe, ſed prout apparet in nobis rationabiliter exiſtimantibus eſſe ita, ſicut exiſtimamus; vnde opinio dicitur aſſenſus intellectus, qui ex motiuis rationalibus certificatus adhæret rei exiſtimatæ licitæ ad operandum. De hac certitudine morali neceſſaria ad rectè operandum agunt omnes cum Medina *l.* 2. *q.* 19. *art.* 5. Suarez *de Actibus, diſputat.* 2. *ſect.* 12. cum aliis Mercorus *parte prima, articul.* 10. Caramuël *de hac certitudine in Theo*

logia

logia Fundam. num.445. de veritate, num.320.

10 Dico quartò, quod opinio verſatur circa licitatem, vel illicitatem obiecti moraliter contingentis (ne mireris vocabula pedagoge) nam opinans vt benè, & rectè operari valeat ſine peccato, aut illius periculo, debet habere veram, & certam cognitionem de ſua opinione, quod licitum ſit illud opus, quod vult aggredi, ideo debet eſſe moraliter certus de probabilitate ſuæ opinionis, vt rectè poſſit operari, ita docent omnes.

11 Dixi quintò, opinionem eſſe probabilem, quæ firmatur motiuis rationabilibus, ſine his non contingit opinio, quæ fulcienda eſt optimis, & firmis rationibus, quæ moueant intellectum ad credendum eſſe verum & certum, quod licet agere ſecundum opinionis probabilitatem, & ad præſcribendum voluntati poſſe operari, quia obiectum opinatum reuera eſt licitum, & amplecti poteſt ſine peccato. Motiua ergo rationabilia determinant intellectum ad aſſenſum, quod obiectum eſt licitum, ac proinde poſſe à voluntate amplecti.

12 Modo videndum eſt, an formido ſit de ratione opinionis, & quid importet? Quamuis nonnulli Scotiſtæ, & alij doceant, formidinem non eſſe de ratione opinionis, quia per accidens eſt, formidinem aliquando comitari opinionem, nimirum vel ex diſpoſitione recipientis medium, cui non vult formiter adhærere, ſed de illo formidare; vel ex æqualitate rationum ad partes oppoſitas, vt refert Meldul. *diſputatione decima quarta Logicæ, numero quarto*, cum quo.

13 Dicendum eſt, formidinem eſſe de ratione opinionis ſolum aptitudinaliter, & radicaliter, quia talis eſt aſſenſus opinionis, vt nunquam attingere valeat certo, & euidenter veritatem obiecti prout eſt in ſe, ratione cuius excludatur omnino formido, non enim eſſet opinio, ſi omnino excluderet formidinem radicalem, ſed eſſet verè ſcientia, quæ ſola ſtat ſine formidine etiam radicali, ob differentiam obiectorum vtriuſque; nam obiectum ſcientiæ eſt ita neceſſarium, quod aliter ſe habere non poteſt, & propter euidentiam eius intellectus omnino certus ipſum attingit ſicut eſt in ſe. Obiectum verò opinionis eſt contingens, quod aliter ſe habere poteſt, ideo intellectus propter eius ineuidentiam, & variabilitatem non poteſt illud attingere prout eſt in ſe, ſed tantum in nobis ſecundum exiſtimationem, quam in nobis generant motiua rationabilia ad opinandum, & credendum vnum cum formidine alterius ſaltem radicali, ſi non actuali.

Contingit autem quandoque nos 14
opinari aliquid eſſe licitum ſine vlla formidine illiciti, quod contingit tribus modis. *Primò*, apud rudes, qui à viro docto inſtructi de licitate rei opinatæ, abſolutè firmiter credunt ſine vlla actuali formidine. *Secundò*, aliquis ita tenaciter adhæret ſuæ opinioni ob rationes, quæ ſibi efficaciſſimæ videntur, vt nullam concipiat formidinem de oppoſito, licet ex natura rei fundamentum aſſenſus ſit opinabile radicaliter, ac proinde formidabile propter eius contingentiam. Sic contingit Scotiſtis contra Thomiſtas, ſinguli enim ita ſunt firmati in ſuis opinionibus, vt nullam formidinem habeant de oppoſita, tenentes ſe ſecuros de ſua, vt notat Meldul. *eadem diſputatione decima quarta, nu-*
mero ſexto. *Tertiò*, ita aliqui ſunt 15
obſtinati in ſua opinione, vt oppoſitum iudicent impoſſibile, ac proinde tollunt ab opinione de facto formidinem etiam radicalem, quam de iure auferre non poſſunt; huius generis ſunt hæretici in ſuis ſectis, & falſis opinionibus, qui non merentur nomine opinantium, ſed tantum temere iudicantium, vt ibidem luculenter docet Prælatus Meldulen-
ſis. Operans igitur ſecundum opi- 16
nionem ſibi ab intellectu propoſitam ſine actuali memoria huius formidinis benè operatur, quam ſi actu habet, vt accidit ignorantibus quid ſit opinio probabilis, debet excludere, cum non ſit de eſſentia

nec proprietate opinionis, quod bonum eſt, vt opus fiat ſine vlla hæſitatione, & ſcrupulo; radicalem vero, quæ conſiſtit in radice opinionis eam vti propriam paſſionem exigentis, dum memoriæ non occurrit, nullatenus excludere poſſumus, cum non ſit in noſtra libertate, ſicut eſt actualis illius memoria, de qua iterum *num.* 13.

17 Poſita ergo hac duplici ratione formidinis, radicalis ſcilicet, ſeu aptitudinalis, & actualis, quæ ſcilicet hæret memoriæ opinantis; videndum eſt an homo poſſit opinari, & ſecundum opinionem probabilem operari abſque formidine ſaltem actuali, dico ſaltem actuali, quia radicalis remoueri non poteſt ab opinione vt opinio eſt ex ſupradictis; ſola igitur difficultas remanet pro actuali formidine, an hæc ex neceſſitate, & exigentia naturæ opinionis comitetur ipſam opinionem probabilem, & probabiliorem.

18 Ego dico, opinionem quamcunque probabilem omnino excludere formidinem actualem ab opinante, & ſi quis opinatur cum actuali formidine, hunc penitus ignorare quid ſit opinio probabilis, & eius vim omnino neſcire.
19 Probatur, quia opinio ex quo reuera eſt probabilis ſecurum, & certum facit opinantem, qui operatur ſecundum conſcientiam probabilem, licet non probabiliorem, & à fortiori ſecundum probabiliorem, nullatenus peccare, dum opinio probabilis per ſua motiua rationabilia perſuadet licere illam rem aggredi, & facere. Ita communiter omnes agentes de conſcientia probabili, & magis patebit in ſequenti capite, vbi conſtabit, opinionem etiam minus probabilem iudicare aliquid licitum, ac proinde nullum eſſe peccatum, nec periculum peccandi operando ſecundum opinionem etiam minus probabilem; ergo ſequitur, quod nulla ſit formido in opinione probabili, dum per eam opinans certus, & ſecurus redditur, quod licet ita operari, ergo ei repugnat formido, & timor quod contradictorium ſit verum, cum duo contradictoria non poſſint eſſe ſimul vera, ſed vnum debet eſſe verum, alterum falſum. Pono exemplum, licitum eſt emere chyrographum minori pretio; illicitum eſt emere chyrographum minori pretio. Sunt contradictoriæ illæ duæ opiniones, prima minus probabilis, ſecunda magis probabilis, adeo quod vtramque amplecti poſſumus, ſecundum Auctores allegatos à Diana *p.* 1. *tract.* 8. *de contract. reſolut.* 49. Qui ſequitur priorem vir doctus, prudens, & inſtructus aliàs ignorans, nullam poteſt, nec debet de iure habere formidinem de contradictoria illicitatis, hoc ipſo, quod ſequitur, & operatur ſecundum illam, quæ illum certum facit de veritate illius, quod nempe vera eſt, id eſt, licita illa negotiatio emendi chyrographum minori pretio, quia in eodem intellectu ſimul & ſemel non poſſunt verificari duæ contradictoriæ.

Dices ex prædictis ſequitur, opinantem minus probabiliter non poſſe à ſua opinione tranſire ad magis probabilem, & probabiliorem, quæ eſt alia pars contradictionis, quæ cum ſit falſa, aut tunc euaderet vera, vt poſſet operari, vel tunc duæ contradictoriæ eſſent ſimul veræ, quod implicat.

Reſpondeo non negari tranſitum ab opinione minus probabili ad probabiliorem, cum id ſit proficere, ſed in hoc caſu opinans debet deponere practicè opinionem minus probabilem, eam ſolum retinendo ſpeculatiuè, & in actu ſignato, quo poſito, poſterior opinio in caſu propoſito habetur pro vera, quæ reputabatur falſa in opinante minus probabiliter, & ſic duæ contradictoriæ non ſunt ſimul veræ, neque ſimul falſæ, ſed ſemper vna vera, altera falſa, reſpectu diuerſorum intellectuum, temporum, & modorum operandi; nam qui emit chyrographum æquali pretio, putat eſſe illicitum emere minori pretio, & ſic eſt vera reſpectu intellectus probabilius opinantis, falſa verò reſpectu intellectus opinantis minus probabiliter. Quilibet ergo opinans ſine formidine actuali poteſt, & debet de iure probabilitatis tenere ſuam opinionem eſſe veram conceptam de licitate rei ſine vllo timore, quod ſit illicita, niſi velit ſibi imprudenter aduerſari ignorando in quo conſiſtat virtus, & potentia opinionis probabilis.

Inſtabis,

Digitized by Google

Inſtabis, ſi quis poteſt tuta conſcientia ſequi opiniones contradictorias, ergo duo contradictoria ſimul eſſe vera poſſunt, nam in tantum emo chyrographum minori pretio, in quantum id eſt licitum, & in tantum illud non emo, in quantum eſt illicitum, & ex his ſequitur manifeſtè vtrumque contradictorium licitum, & illicitum eſſe vera, quod implicat.

21 Reſpondeo eſſe quidem ambas veras, ſed ex diuerſis reſpectibus. *Primò*, in modo opinandi, nam intellectus ſpeculatiuus vnam ſpeculatur veram, & alteram falſam, vel etiam ambas veras, ſed ex diuerſis motiuis: practicus vnam veram, quam vult practicari alteram falſam, quam non vult ſequi; *Secundò*, ex diuerſitate motiuorum vna eſt vera, & altera falſa, & ex his tollitur quod ambæ non poſſunt eſſe veræ ex prędictis diuerſis reſpectibus. *Tertiò*, etiam ex auctoritate DD. reſpectu rudium, qui modo vnum ſequuntur, modo alterum. Demum non eſt difficile ſoluere contradictiones in moralibus veritatibus, quæ ſecundùm apparentiam tales reputantur non reſpectu obiecti liciti, vel illiciti in ſeipſo, ſed in nobis ſic iudicantibus ex motiuorum diuerſitate.

22 Et ex his deſtruitur argumentum aduerſariorum, qui conantur probare in opinione minus probabili reperiri periculũ euidens peccandi, cauſatum ab illa formidine, quæ ineſt opinioni; vnde qui ſequitur opinionem minus probabilem, ſecundum illos peccat, fultos illo axiomate Eccli.3. 27. *Qui amat periculum, in illo peribit*, qualis cenſetur ille, qui relicta opinione probabiliore, ſequitur minus probabilem.

Nam ex ſupradictis patet, abeſſe periculum peccandi, cum ea formido ſtare de iure non poſſit cum opinante, qui ſecurus eſt de licitate ſuæ opinionis cum excluſione formidinis quod ſit illicita, ac proinde cum excluſione periculi peccandi, vbi enim non eſt formido, nec periculum peccandi, quod ab ea pendet.

23 Nec quidquam prodeſt aduerſariis contra nos aptitudinalis, ſeu radicalis formido, quia hæc ſe tenet ex parte rei ſpectatæ naturaliter, non ex parte rei in eſſe moris, ideo non facit ad rem; immò ea formido ſe habet ſicut ignorantia inuincibilis, quæ nulla diligentia ſuperari poteſt, ideo ſicut ignorantia huiuſmodi peccatum non eſt, nec peccandi periculum arguit, ita neque ipſa formido in aliquo perturbare poteſt conſcientiam opinantem, cum reſpiciat veritatem, & falſitatem vtriuſque opinionis in genere naturæ, quæ nos conſequi non poſſumus.

Formido, cui in aliorum ſententia continuo immiſcetur opinio, explicatur, quod ſit timor, ne contraria opinio ſit vera, ac proinde ne propria ſit falſa, & inde concipitur in propria periculum peccandi. Tres hic ſpectari 24
poſſunt conceptus formidinis. Primus de veritate contrariæ opinionis, nam is conceptus primo exprimitur in definitione opinionis, quæ eſt aſſenſus vnius partis contradictionis cum formidine alterius, ſecundum omnes cum D.Th. *p.1.q.79.art.9.ad* 4. Scoto *in 3.dub.23.q.vnic.§.Et ex iſtis*. Primus ergo conceptus terminatur ad veritatem alienæ opinionis. Secundus verò conceptus ex priori ortus, eſt quod propria opinio timeatur falſa ex ea formidine. Tertius conceptus eſt de periculo peccandi ortus ex ſecundo de falſitate propriæ opinionis, non autem ex primo, qui eſt de veritate & bonitate alienæ opinionis, ex qua non niſi bonum oritur, quia bonum non generat malum. Ita explicant formidinem, quod timeat veritatem in aliena opinione, falſitatem, & periculum in propria. Lazar. *de opin. delig. num.*7. Nauar. *cap.*27.*n.*279. Sayr. *l.*1.*c.*5.*n.*1. Corduba *lib.*3.*q.*2.§. *Et ſi quæratur*, & alij communiter. 25

Vnde ad ſupradictum argumentum de periculo peccandi reſpondent illud axioma intelligendum eſſe de periculo proximo, non de remoto. Ita Caramuel *diſput.*70. *Regul. initio*, & Ceſpedes *dub.*2. *Militari*. Conſtat autem ex ſupradictis, periculum aſſertum ex formidine eſſe minus probabile formidine ipſa, quæ eſt timor, & trepidatio de veritate oppoſitæ opinionis, non habet ergo ſpeciem periculi, & vix appellari poteſt periculum imaginarium, ſeu materiale, vt vocat Sanchez *lib.*1.*c.*9.*n.*14. 26

Adde periculum hoc eſſe omnino vanum, & imaginarium contra opinionem minùs probabilem, cum 27

quia quælibet opinio habet in ſe
hanc formidinem ſaltem radicaliter;
ergo etiam opinio probabilior; ergo
in ea arguitur idem periculum,quod
in minus probabili. Nec dicas, ſe-
quentem probabiliorem non expo-
ni periculo peccandi, quia vti pro-
babilior, eſt etiam verior. Quia
reſpondeo, periculum non pendere
à veritate, ſed à formidine falſita-
tis, vt dictum fuit. Tùm quia in
opinando quovis modo poteſt ex-
cludi formido ab ipſo operante, im-
mò excludere debet, ſi verè eſt opi-
nans, quia opinio probabilis facit
operantem ſecurum de licitate ſui
operis. Parum verò refert, quod ad-
uerſarius ſentiat, & iudicet tuam
opinionem falſam, dum ex parte
tua habes legitima motiua pro tuæ
probabilitate.

Quæres tertiò: Quid ſit opinio
probabilis diuiſa in minus probabi-
lem, & probabiliorem.

28 Reſpondeo,opinio probabilior eſt
illa, quæ conſtat rationibus firmio-
ribus, fortioribus, efficacioribus, &
vrgentioribus, intellectum mouenti-
bus ad credendum rem eſſe licitam,
ac proinde voluntatem ſine peccato
operari poſſe. Illa verò dicitur mi-
nus probabilis, quæ in eius compa-
ratione conſtituitur ex rationibus
quidem veris, & certis moraliter;
ſed tamen non ita firmioribus, &
fortioribus, ſicut ſunt rationes, &
argumenta generantia opinionem
probabiliorem. Vtraque ergo opinio
probabilior, & minus probabilis
conueniunt in ratione veritatis, &
certitudinis, cauſata ab eorum argu-
mentis, & motiuis inducentibus in
eis rationem probabilitatis; ſed dif-
ferentia in eo ſtat ſecundum magis,
29 & minus fortiora argumenta. Nec
maioritas, & exceſſus probabilitatis
deſtruit rationem veritatis, & cer-
30 titudinis moralium, quæ ineſt ipſi
opinioni, quia notum eſt, compara-
tiuum ſupponere poſitiuum in ſuis
extremis, & illud non deſtruere,
ſed cum eo ſtare, Iaſon *in leg. Stipula-
tionem, ff. de verb. ſignif. n.*2. Farinacius
*q.*105. *num.*173. Sanchez *l.*7. *diſp.*11.
*n.*15. *arg.*2. *De opinione probabili, & pro-
babiliore, in cap. Cùm Martha, 6. §. Verùm
cum, de celebr. Miſſar.*

Dices, quomodo poteſt ſubſiſtere
opinio minus probabilis, cum in ea
non poſſit dari aſſenſus,nam cum in-
tellectus determinetur à motiuo vr-
gentiore,& fortiore, cogitur iudicare
ſecundum opinionem probabiliorem,
& non ſecundum minus probabilem,
quia eius motiua cum ſint minus for-
tia, & non ita vrgeant ſicut motiua
opinionis probabilioris, intellectus
non poteſt ab illis determinari, nec
vinci, quia debilis non vincit fortio-
rem. Confirmatur ex Ariſt. *l.* 3. *de Ani-
ma, text.*153. vbi dicit, quod non eſt
liberum opinari, ergo intellectus
etiam opinatiuus neceſſitatur ab ob-
iecto, & quo fortius illud eſt, magis
vrget, & neceſſitat potentiam ad ſe
illi conformandam. Hoc argumento
Candidus Philalectus, contra quem
ago *infrà ſub cap.* 7. tanquam proprio
ſæpè vtitur ad abolendam opinionem
minus probabilem.

Reſp. quod notum eſt apud om- 31
nes, obiectum intellectus eſſe omne
ens intelligibile ſub ratione veri ſe-
cundum ipſius rationem in eſſe poſi-
tiuo,& non ſecundum eſſe compara-
tiuum;quia alias non intelligeret om-
ne intelligibile, ſed tantum illud,
quod eſſet magis verum, quam aliud
minus verum, & ſic non omne ens
verum eſſet intelligibile, quod vt ab-
ſurdum non eſt dicendum, ideo cum
omne ens verum ſit intelligibile, ne-
ceſſario concludendum eſt,obiectum 32
opinionis minus probabilis eſſe intel-
ligibile, ſicut eſt verum ſuo modo,ac
proinde determinare poſſe intelle-
ctum ad ſui aſſenſum,non obſtante il-
lud magis,nec illud minus,quia intel-
lectus mouetur, & moueri poteſt ab
vtroque,quia eſt veritas, quæ mouet,
& cum reperiatur in vtroque obiecto,
ab vtroque potentia opinans moueri
poteſt quaſi pro ſuo libito;vnde benè
dixit Poncius initio huius capitis cita-
tus *diſp.*22. *in Logicam, n.*21. opinio-
nem eſſe liberam,ea ratione,quia in- 33
quit: *Si propoſitio quam opinamur veram,
non determinat neceſſario intellectum,
voluntas poterit impedire, quo minus in-
tellectus aſſentiatur, non obſtante, quod
propoſitio proponatur cum motiuo aſſentien-
di, quod confirmatur experientia, qua con-
ſtat, nos aſſentiri, vel diſſentiri, prout
volumus, rebus, quæ non ſunt euidentes.*
Hæc Poncius.

Ex his reſpondetur ad auctorita-
tem

Digitized by Google

tem Ariſtotelis, qui non negat ſimpliciter libertatem in opinando, ſed dum opinionem comparat cum imaginatione, ait non eſſe liberum opinari, ſicut imaginari; quia imaginans ſibi fingere aliquid poteſt, vt montem aureum, qui non eſt niſi obiectiuè in imaginatione, non ſic liberum eſt opinanti fingere ſibi aliquid quod non eſt, ſed ab obiecto vero ſecundum apparentiam, & argumentum mouens determinatur intellectus opinans, & id probaui etiam *infrà ſub cap.7.* reſpondendo argumentis Candidi.

Inſtabis ex dictis ſupponitur, dari magis & minus in veritate, & ſic intendi, & remitti ſecundum qualitates probabilitatis in opinione, ſed vnica, & indiuiſibilis eſt veritas non recipiens magis, & minus.

35 Contra eſt, quia veritas recipit inæqualitatem, non ſolum ſecundum excellentiam rerum, ſed etiam ſecundum intenſionem graduum, quod vna eſt maior alia, tùm quia veritas eſt paſſio entis, & ideo ſequitur eſſe entis, quod in vno eſt excellentius, quàm in alio; ergo excellentior veritas, & inæqualis in eis inæqualibus. Vide Meldul. *in Metaph. tom.1. diſputatione quinta, num.* 189. vbi id rectè probat. Ad propoſitum noſtrum, motiuum vrgentius, & fortius magis manifeſtat veritatem probabilioris opinionis, quam minus argumentum opinionem minus probabilem; ergo maior eſt veritas opinionis probabilioris, quam probabilis. Itaque in vtraque ſpecie opinionis reperitur veritas ſecundum magis, & minus, vt verior ſit opinio probabilior, & minus vera, licet ſimpliciter vera opinio minus probabilis.

36 Dices, formidinis obiectum eſt aliquod malum, non enim timemus bonum, ſed illud amamus, & amplectimur; ergo primarius conceptus non eſt ad veritatem opinionis alienæ, ſed ad falſitatem, & periculum propriæ; igitur ratio formidinis importat primariò poſteriores dúos conceptus, & poſtremò, quem tu primum appellas.

Reſpondeo in moralibus, nos concipere id quod aliis eſt bonum, nobis eſſe malum, & incommodum, qui enim ſequitur propriam opinionem, formidat in aliena veritatem tanquam aliquid ſibi incommodum, quia vellet propriam non fieri deteriorem per veritatem contrariæ. Sed melior eſt noſter primus actus dicendi, excludendo ſcilicet formidinem, qua ratione certant huiuſmodi argumenta de periculo peccandi ſequendo opinionem probabilem.

Quæres quartò: Quid requiratur vt opinio dicatur probabilis, vt operans ſecundum illam non peccet?

Reſpondeo tres requiruntur conditiones. 37 *Prima*, vt opinio ſit fulta firmis rationibus, hæ enim dant probabilitatem opinioni; ſufficit etiam vnica ratio ad fundandam probabilitatem opinionis, quæ ſit firma, fortis, & vrgens veritatem, & certitudinem morales in opinione. *Secunda*, ne contineat errorem, quia opinio erronea vti improbabilis nullo modo eſt ſuſtinenda, quia ſecundum illam nemo benè, nec tutò operari poteſt, quia non poteſt inducere actum prudentiæ, & rectitudinis in operantem; & deducitur ex prima conditione, quia ſi eſt erronea, non conſtat ſolidis, & firmis rationibus, ſed infirmis, & falſis. *Tertia*, demum ne ſit abolita, & condemnata, quia per abolitionem declarantur rationes, quæ illam ſuſtinebant vti probabilem, eſſe prorſus falſas, & opinionem reprobatam conuinci improbabilitatis, quæ in ea latebat, manifeſtata per condemnationem. Et in prædictis conueniunt omnes cum Sanchez *lib.* 1. *cap.9. num.* 11. Bonacina *diſputat.* 2. *ſuper Decalog. q.4. p.9. num.* 1. Caramuel *in Theologia Fundament. à numero* 296. *ad* 304. vbi refert duas opiniones olim probabiles, vnica ſcilicet Miſſa ſatisfaciendi pluribus obligationibus, & abſoluendi ſacramentaliter abſentem.

Alij addunt, quod opinio vt ſit probabilis, exigere claſſicos Doctores doctos, prudentes, & timoratæ conſcientiæ; ſed cum his credendum non ſit ſine ratione opinantibus, ideo hæc conditio continetur ſub prima, quia Doctori ſine ratione aſſerenti non eſt credendum, ait de communi Megal. 38

Digitized by Google

39 *p.1.l.1.c.9.n.26.* & cum ſint teſtes iuris, & non facti ſecundum Alexand. *in l.Poſt dotem, ff.ſoluto matrimonio,n.9.* eis credendum non eſt in facto opinionis, niſi producant ſuam rationem determinantem intellectum ad credendum rem aggrediendam eſſe licitam.

Nec quod Doctor doctus ſit timoratæ conſcientiæ in omnibus, ſed tantum in hoc, quod fideliter doceat bonum, & veram opinionem, neceſſarium eſt, quia ſicut Princeps in ſuo Conſiliario non quærit caſtitatem, licet deſideret, ſed fidelitatem in conſilio dando, ita conſcientia requirit veram doctrinam in Doctore, non cæteras virtutes in eo, à quo petit conſilium opinandi.

Quæres quintò: Quid ſit opinio tuta, & tutior?

40 Reſpondeo tuta appellatur, cui poteſt ineſſe periculum peccati materialiter accepti. Tutior verò eſt illa, quæ eſt aliena ab omni periculo peccati tam formalis, quam materialis. Verùm quidem eſt, quod vtraque dici poteſt æquè tuta, & aliena à peccato formali, quia nemo peccat ſiue agat ſecundum conſcientiam probabilem, ſiue probabiliorem ex dictis hactenus; ergo ratio tuti, & tutioris non accipitur à periculo peccati formalis, ſed à materiali, quod nunquam imputatur, & habetur à viris doctis pro periculo imaginario, non reali, cum ſcientes quid ſit opinio probabilis, non poſſint ſibi in animum inducere, quod poſſint timere periculum peccandi, dum opinione certi, & ſecuri ſunt à dicto periculo. Ita benè Sanchez *in ſelectis, diſput.44.n.66.*

Quæres ſextò: An omnis propoſitio probabilior, ſit etiam tutior?

41 Reſpondeo non omnis opinio probabilior eſt etiam tutior, quod patet ex præcedentibus *quæſt.3. & 5.* nam prior diuiſio in probabilem, & probabiliorem refertur ad maiorem, vel minorem efficaciam rationum, quibus illæ muniuntur in ſuis probabilitatibus; poſterior verò diuiſio opinionis in tutam, & tutiorem refertur ad periculum peccati, & eius priuationem. Vnde accidere poteſt, quod vna opinio ſit probabilior, ſed minus tuta; at ſi Doctor efficaciter quaſi demonſtret, quem non eſſe obligatum reſtituere, certè opinio erit probabilior, ſed non tutior, cum ſit tutior oppoſita obligans ad reſtitutionem, quæ omni periculo peccati euacuatur. Ita Sanchez *lib.1.c.9. num.4.*

Quæres ſeptimò: Quid ſit opinio ſingularis? hoc eſt, an dictum vnius grauis Doctoris re, non ſolum nomine faciat opinionem probabilem? 42
Præmittendum eſt, quod media, quibus probatur, opinionem aliquam eſſe probabilem, eſſe in duplici differentia, alia dicuntur principia intrinſeca, quæ ſunt rationes & cauſæ deductæ ex ipſa re opinata, vel abſurda, & impoſſibilia, quæ ſequuntur ex contraria opinione, ex Vaſquez 1.2.*diſputat.62.num.*10. ex ipſo Vericellus *tract.2.q.3.* Principia vero alia dicuntur extrinſeca, quæ ſcilicet ſunt auctoritates Doctorum peritorum.

Reſpondeo opinio ſingularis, quæ dicitur eſſe contra communem, ab vnico inuenta Doctore, probabilis eſt, ſi firmo nitatur fundamento intrinſeco, & ſolida ratione, qua videatur aut euerti communis, aut ad minus moueat intellectum ad iudicandam eius probabilitatem, nec enim neceſſe eſt, quod reprobetur communis, cum probabilior non deſtruat probabilem relinquendo eam in ſuo ſtatu. Probatur ex dictis *ſub 1. & 2. quæſtione*, quia ad opinionem conſtituendam probabilem attenditur magis ratio, & fundamentum intrinſecum, quam extrinſecum auctoritatis, modo non ſit erronea, & abolita; ſed ſingularis Doctor firmam affert rationem, ergo ſuam opinionem facit probabilem, maximè reſpondendo argumentis contrariæ communis; ex tribus ergo conſtituitur, & augetur probabilitas opinionis ſingularis, ex ratione, ſeu rationibus ex impugnatione argumentorum probantium communem, & ex auctoritate ipſius Doctoris, qui aliquod pondus veritatis, & certitudinis moralis tribuit ſuæ opinioni. Vericell. *tract. 2. ſing. opinionum, q.5.* id multis probat, referendo pro hac ſententia viginti quatuor Doctores, inter quos eſt Sanchez *lib. 1. cap. 9. num.9.* Sayrus *lib.1.cap.6.num.8.* Paſq. *deciſ.2.*

(Margin numbers: 43 beside "Reſpondeo opinio ſingularis"; 44 beside "riæ communis".)

Digitized by Google

*deciſ.*2. Diana *part.*4. *tract.*4. *reſol.*37. Lezana *conſ.*48. vbi rem latiſſimè probat, ſicut facit Vericellus allegatus. Quare ſingularis opinio præfertur communi pro ſuſtinendo matrimonio, ex Hoſtienſ. *in cap. Si vir, de cognat. ſpirit. verſ. Aliter*, cum aliis Sanchez *lib.*1. *diſputat.*18. *num.* 7. & ex illis Sperellus *deciſ.*95. *num.* 24.

45 Dixi, quod Doctor ſingularis debet fulcire propriam opinionem ratione firma, aliter illi non tribuit probabi-
46 litatem, vnde opinio Doctoris non allegantis legem, rationem, aut auctoritatem non eſt attendenda, dixit M. Anton. *lib.*2. *reſolut.*59. *caſu* 2. *in fine.*

Quæres octauò: Quid ſit opinio communis?

47 Reſpondeo ea eſt communis opinio, quæ tractata fuit ſcholaſtice à pluribus Doctoribus ſolidis rationibus firmata, contrariis reiectis. Ita omnes cum Sanchez *lib.*1. *cap.*9. *n.*9. Nauar. *cap.*27. *num.*189. Bonacina *p.*9. *num.*12. Difficultas eſt, quot numero requiruntur Doctores ſcholaſticè tractantes vt opinio ab eis deno-
48 minetur communis. Reſpondeo, eam dici communem, quæ habet ſex, aut ſeptem claſſicos auctores, ſecundum Decium *conſ.* 494. *col. fin.* quem citat pro ſe Nauar. *cap.*27. *num.*289. Moditius §. *Prudentum reſponſa, dubit.* 19. *num.* 12. ex Antonio Maria Coraſio *in ſuo tract. de communi doct. opin. tit.* 3. *num.* 19. ait illam dici communem, quæ conſtat ex ſeptem grauioribus Doctoribus quam etiam citat Gratianus *cap.*738. *n.*15. Lazar. *de opin. delig. num.*11.

49 Circa opinionem communem accipe ſequentia. *Primò*, quod vna alteri aduerſatur munita ſuis rationibus, & auctoribus, vnde aliqui tractatus egerunt de opinionibus com-
50 munibus contra communes. *Secundò*, eam dici opinionem communiſſimam, quæ ferè nullum habet contradictorem, & in vſu eſt apud omnes, quæ de quadam neceſſitate videtur ſequenda, cum per eius communem vſum videatur oppoſitam obſcuraſſe, niſi oppoſita ſolidis firmetur argumentis iuxta dicta ſub
51 quæſtione præcedenti: *Tertiò*, quamvis in iudicando non ſit recedendum à communi opinione, *ex l.*1. §. *Sanè crebrior, ff. de off. quæſt.* cum aliis Viuius *in ſuis comm. lib.* 1. *opin.* 18. quia communis opinio pro lege habetur Ceuall. *in præfat. commun. contra commun.* ita quod recedens à communi 52
iudex appellatur ignarus, ex Felino *in cap* 1. *de conſtitut.* & aliis allegatis à Ceuallo, à Rolando *lib.* 1. *conſ.* 60. *num.* 39. Ea tamen ſequenda non videtur, quando contraria non communis melioribus fulcitur rationibus, *per text. cap. Capellanus, de Feriis*, cum ibi allegatis à Sperello *deciſ.*123. *n.*65. *ad* 69. *& deciſ.* 124. *à num.* 19. *ad* 27. Ex quibus planè conſtat communem opinionem ſic dictam ex numero Doctorum, non ex ratione conuictam etiam per vnius Doctoris efficacia argumenta tenendam non eſſe, quando nititur magis auctoritate Doctorum, quorum vnus alterius fidem deguſtauit, quam ratione, quæ eſt
baſis probabilitatis opinionis. *Quartò*, 53
illa opinio dicitur magis communis altera, quam excedit numero Doctorum, Verallus *part.*2. *deciſ.*17. *aliàs* 2. *num.* 6. Noſtris enim temporibus iudices ſolent ſequi eam opinionem, quæ oppoſitam excedit præciſè in numero, omnes enim opiniones hac tempeſtate præſumuntur probabiles, niſi conſtet de earum improbabilitate per condemnationem, aut per eam inferatur directè præiudicium tertio.

Quæres nonò: An vt opinio conſtituatur probabilis, neceſſarium ſit quod ſcholaſticè fuerit tractata?
Scholaſticè dicitur examinata, quan- 54
do ſolidis rationibus fuit firmata, cum reſponſione ad argumenta in contrarium.

Reſpondeo ſufficere, quod exa- 55
minetur, & firmis rationibus fulciatur, abſolutè loquendo, quia ratio eſt illa, quæ dat probabilitatem opinioni, & confutatio argumentorum contrariæ ſolum auget probabilita-
tem. Nec obſtant in contrarium ad- 56
ducta pro opinione ſingulari, & communi, quæ cum relationem habeant ad inuicem, in illis non eſt ſpectandus numerus Doctorum in ordine ad probabilitatem, ſed ad diuiſionem tantum, vnde cum in opinionibus communibus plerique Doctores ſine vlla ſpeculatione adhærent aliis, cum quibus faciunt numerum, non pro-

Digitized by Google

babilitatem, ideo Auctores petunt ſcholaſticam ſpeculationem, non ſimplicem aſſertionem in fide inuentoris.

Quæres decimò: An opinio, cuius fundamenta diluuntur, amittat ſuam probabilitatem?

57 Reſpondeo negatiuè, quia inuentor opinionis, & eius patronus poteſt remittere nouis rationibus probabilitatem propriæ opinionis, quæ erat debilitata, non extincta, vt practicatur paſſim inter ſcribentes, qui proprias rationes confirmant aliis. Confirmatur, quia intellectus humanus ita ſpeculatiuus eſt, perſpicax, & ſubtilis effectus eſt, quod valeat ſoluere quodcumque argumentum contrarium ſuæ opinioni, ergo propria opinio ſua probabilita-
58 te deſtitui non poteſt. Solutio ergo argumentorum non facit opinionem comprobabilem. Ita collige ex Vaſquez 1. 2. *diſputat. 62. cap. 4. num.* 8. Sayr. *l.* 1. *c.* 6. *n.* 7. ex illis Sanchez *l.* 1. *cap.* 9. *num.* 6.

Quæres vndecimò: An ea opinio, quæ habet contra ſe rationem conuincentem ſit facta improbabilis?

59 Reſpondeo affirmatiuè, quia illa amiſit probabilitatem, dum eius ratio euidenter probatur falſa, in hoc enim conſiſtit ratio conuictionis. Ita omnes cum Caſtropal. *diſputat.* 2. *p.* 1. *num.* 1. Opinans autem conuincitur ſuper ſua probabilitate, quando ei oſtenditur legis deciſio in contrarium, aut reprobatio facta per Legiſlatorem, condemnando opinionem. Conuictus verò ille non dicitur, cuius argumenta fuerunt ſoluta, quia vt dixi præcedenti quæſtione, poteſt illa munire aliis reſponſis, & ita eſt vſus in ſcholis, & apud Doctores librorum compoſitores.

Quæres duodecimò: An liceat mutare opinionem?

60 Reſpondeo affirmatiuè, & quidem dubium non eſt dicere probabilem, & minus tutam mutare in probabiliorem, & tutiorem, quia ſapientis eſt mutare conſilium in melius. Gloſſ. *in leg. Nonnunquam, ff. de collat. bon.* Barboſa *Axiom.* 55. *num.* 3. Huic parti nullus contradicit: Licet quoque mutare opinionem tutiorem, & probabiliorem in minus tutam, & probabilem, quia quovis modo agat, rectè, & prudenter operatur ſecundum conſcientiam probabilem, quæ relinquit opinantem in ſuo arbitrio licito ſequendi alteram partem. Sed de hac parte, cui plerique contradicunt, agemus ſequenti capite. De electione opinionis vide Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 19. *&* 24. Nauar. *c.* 27. *num.* 285. Lazar. *in fine tractatus de blaſphem.*

Quæres decimo tertiò: Quænam motiua inducant electionem, & mutationem opinionis?

Reſpondeo ſequentia: *Primò*, illa 61
opinio eſt magis eligenda, quæ nititur conſuetudine, cum hæc ſit lex non ſcripta, & legis ſcriptæ optima interpres, vnde opinio, pro qua facit conſuetudo præualet, *ex cap. Cùm dilecti, de conſuetud.* Beroüs *volum.* 3. *tract.* 81. *num.* 25. M. Anton. *lib.* 2. *reſolut.* 38. *num.* 16. Et alij communiter: *Secundò*, in defectum legis, & conſuetudinis, ea eſt eligenda, quæ conſtat efficacioribus rationibus, licet ſit contra communem, Farinacius *q.* 15. *num.* 56. Marta *de iuriſd. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. *&* 7. ex illis Barboſa *ad c.* 1. *de conſtit. num.* 9. Peyrin. *ad conſtit. Pyrrhi, c.* 1. *n.* 10. *c.* 3. *in Additam.*

Sed quænam ratio dicitur efficacior alia?

Reſpondeo eam dici efficaciorem: 62
Primò, eam quæ eſt ſecundum ius naturale, quam quæ ſecundum ius poſitiuum. *Secundò*, quæ eſt ſecundum ius diuinum, quam quæ ſecundum ius humanum. *Tertiò*, quæ eſt ſecundum æquitatem, quam quæ eſt ſecundum rigorem. *Quartò*, quæ eſt ſecundum mentem, quam quæ ſecundum verba, ſi de mente conſtat, aliter verborum proprietas attendenda eſt. *Quintò*, ſtandum eſt potius verbis, quam veriſimilitudini. *Sextò*, ea eſt efficacior, quæ fundatur in regulis iuris, quam in quadam ſpecialitate. De quibus idem Peyrinus citatus.

Tertiò, illa opinio eſt magis eli- 63
genda, quæ eſt fauorabilis, & magis benigna, & propter quam res valet, ne pereat. Illa autem eſt magis benigna, quæ fauet iuramento, matrimonio, teſtamento, & reo, ex Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de ſumma Trinit.* Hoſtienſ. *in cap. Si vir,* 2. *de cognat. ſpir.* etiam contra communem ex Feder.

de

Digitized by Google

de interpret. iuris, *p. vlt. n.* 111. Azor.
part. 1. *l.* 2. *c.* 15.
Quartò, illa eſt eligenda, quæ fa-
64 uet immunitati Eccleſiæ, ex allegatis
à Diana *part.* 6. *tractatu* 2. *reſolut.* 4.
ad finem, Gratianus *cap.* 88. *num.* 6.
cap. 131. *num.* 2. cum eis Diana *part.* 6.
tract. 1. *reſol.* 24.
65 Quintò, ea opinio eſt eligenda;
quæ maiori nititur pietate, Gloſſ. 11.
Humanius, *cap. Si quis*, 41. 14. *q.* 1. &
mitior præfertur rigidæ, Paſqual. *de-*
ciſ. 9. *num.* 2.
66 Sextò, quando agitur de periculo
animæ tutior pars eſt eligenda, *ex*
cap. Iuuenis de ſponſal. cap. 14. 18. *&* 24.
de homicid. Ita docent Clement. 1. *de*
verb. ſignif. §. *Nos itaque.*

Quæres decimo quartò: An im-
preſſio libri tribuat aliquid probabi-
litatis opinioni in eo contentæ.

Reſpondeo nullam prorſus, quia
67 atteſtationes cenſorum referuntur
ad examen eorum, quæ poſſent eſſe
contra fidem, & bonos mores, opi-
niones autem relinquunt in ſuo ſta-
tu, in quo auctor eas conſtituit. Ita
Marchant. *in Tribunali Sacram. tracta-*
tu 5. *titul.* 5. *q.* 5. ex eo Diana *part.* 9.
tract. 7. *reſolut.* 60. Contra Ioſeph Ro-
caſullium *in praxi Theolog. tom.* 2. *p.* 3.
lib. 3. *cap.* 2. *num.* 20. vbi leuem reddit
rationem, quia quod typis manda-
tur, magna circumſpectione, & at-
tentatione elaboratum præſumitur,
& Doctorum virorum eruditione, ac
cenſura probatum. Reſpondi iam,
cenſuram à Doctoribus conſcriptis
cadere ſuper errores contra fidem,
& bonos mores, non ſuper qualita-
tem opinionum.

Quæres decimo quintò: An Reſ-
ponſa S. Congregationis Eminen-
tiſſimorum Cardinalium ſint leges,
an opiniones?

68 Reſpondeo, non ſunt leges, ſed
tantum opiniones grauiſſimæ obli-
gantes ſolum illorum oratores, ac
proinde contrariæ opinionis proba-
bilitatem non deſtruunt.

Primum, quod non ſint leges,
probatur, quia non ſolum lex eget
ad ſui obligationem promulgatio-
69 ne, ſecundum communem Docto-
rum, eſt enim de eſſentia legis pro-
mulgatio, *ex cap. In iſtis*, 3. *diſtinct.* 4.
vbi Barboſa *num.* 1. citat viginti quin-
que Doctores, eoſdem, & alios Ve-
ricellus *tract.* 2. *q.* 6. *num.* 16. Et nullus
eſt, qui contradicat. Verùm etiam 70
eadem promulgatio neceſſaria eſt
eorundem Reſponſorum, quæ ſunt
iuris, & legis declarationes, vt inno-
teſcant ſubditis, aliter non ligant, vt
docent Suarez *lib.* 6. *de legibus*, *cap.* 1.
num. 3. Salas *de legibus*, *diſput.* 2. *ſect.* 9.
fine, *&* *diſput.* 10. *ſect.* 9. *num.* 68. Bo-
nacina *diſput.* 1. *de legibus*, *p.* 8. *num.* 4.
Lorca 1. 2. *diſput.* 18. *in Appendice*, *ad*
finem, quos pro ſe citat Vericellus *ea*
q. 6. *num.* 17. quibus adde Caſtropal.
part. 1. *tract.* 3. *diſput.* 1. *de legibus*, *p.* 10.
num. 4. Sed hæc promulgatio nun-
quam fit, verum hæ declarationes
mittuntur tantum partibus, quæ eas
ſeruare tenentur, non tanquam le-
ges, ſed vt ſententiæ quaſi iudicia-
les datæ partibus inſtantibus, ergo
huiuſmodi declarationes, & reſpon-
ſa non ſunt leges, donec promul-
gentur. Quare Decreta de celebra-
tione Miſſarum facta à Sacra Con-
gregatione iuſſu Sanctiſſimi, leges
non eſſent, niſi publicata, & affixa
fuiſſent, vt reuera fuerunt, vt patet
in Bull. nouo ſub Bulla 43. Ita tenet
Vericellus *tract.* 2. *q.* 6. *num.* 15. vbi
rem ſcholaſtice tractat, & probat
multis argumentis cum ſolutione ar-
gumentorum contrariæ partis, & pro
ſe citat viginti & vnum Doctores.

Contraria ſententia aſſerens eſſe 71
leges, ac proinde tollere probabili-
tatem alterius opinionis, eſt 36. Au-
ctorum, quos idem recenſet *ſub nu-*
mero 5. cum ſuis rationibus, quæ
virtualiter manent ſolutæ ex noſtro
fundamento, vt colligitur ex reſpon-
ſionibus ab eodem datis.

Secundum, quod ſint opiniones 72
grauiſſimæ, probatur, quia cum ma-
gno ſtudio, & ſpeculatione ema-
nant ab Eminentiſſimis, vti Reſponſa
Prudentum, quæ maximopere æſti-
mantur. Et conſtat ex ſequenti.

Tertium, quod obligent tantum 73
illos, ad quos mittuntur, probatur
ex Inſtitut. tit. de iure natur. §. *Reſponſa*
prudentum ſunt ſententiæ, *&* *opiniones*,
(ergo non leges) *eorum*, *quibus per-*
miſſum erat de iure reſpondere. Nam an-
tiquitus ſtatutum erat, *vt eſſent*, *qui*
iura publicè interpretarentur, *quibus à*
Cæſare ius reſpondendi datum eſt, *qui*
Iuriſconſulti appellantur, *quorum om-*
nium ſententiæ, *&* *opiniones eam aucto-*
ritatem

Digitized by Google

ritatem tenebant, vt iudici recedere à reſponſis eorum non liceret, vt eſt conſtitutum. Cardinales enim dicuntur dare Reſponſa Prudentum, quia prudentes ſunt, quæ non leges ſunt, ſed ſententiæ iudiciales obligantes in particulari eos, ad quos diriguntur, dum ab eis recedere non licet, ſed obediendum eſt, ſicut obeditur aliis iudicibus.

Quæres decimo ſextò: An conſcientia, & opinio poſt mortem remaneant in anima ſeparata?

74 Reſpondeo remanere eorum reminiſcentiam, non verò ipſam conſcientiam opinantem, neque opinionem, quia ceſſant Moralia, quoad merendum, & demerendum. Quod potiſſime verum eſt in Beatis, in quibus formido diceret aliquam imperfectionem, quæ ſtatui in patria non conuenit. In damnatis verò remanebit etiam opinio propter eorum confuſionem, quia formidare dicit imperfectionem intellectus, quæ in damnatis potius augetur, quam quod tollatur, aut minuatur.

An autem ſpecies intelligibiles remaneant in anima poſt actum intelligendi, quod omnes tenent, & poſtquam anima eſt ſeparata à corpore, non eſt huius loci. Vide de hac re, & an opinio maneat in anima ſeparata, Commentatores Scoti *tom. 2. eius operum in octo Phyſicor. poſt medium, q. 14. de anima, n. 9.*

Quæres decimo ſeptimò: An idem intellectus duas contradicentes ſibi ad inuicem opiniones iudicare poſſit probabiles æquè, vel vnam alia probabiliorem, vnam tutiorem alia?

75 Reſpondeo affirmatiuè, quia vnaquæque habet ſua principia intrinſeca, quæ eundem intellectum mouere poſſunt ad iudicandum earum probabilitatem maiorem, vel minorem, & eſſe tutam, vel tutiorem. Quid enim hoc prohibet, vel reddit impoſſibile in eodem intellectu, dum id certo credimus in diuerſis intellectibus, diuerſitas enim intellectuum non præbet cauſam diiudicandi, ſed rationes, & argumenta ſunt regula iudicandi inter opiniones, quæ motiua poſſunt eſſe tam in vno, & eodem intellectu, quam in diuerſis; ergo idem operatur vnus intellectus, quod plures circa diuerſitatem opinionum. Ita Sanchez *lib. 1. cap. 9. numero 12.* Contra Azor. *lib. 2. cap. 16. q. 2. & 3. & cap. 17. q. 7. &* Vaſquez *1. 2. diſputat. 62. cap. 73. num. 10.* negantes, poſſe eundem intellectum per principia intrinſeca iudicare vtramque propoſitionem probabilem; quia id eſſet intellectum duobus contradictoriis aſſentiri, id vero concedit poſſe fieri per principia extrinſeca, id eſt, per auctoritatem Doctorum. Sed reiicitur à Sanchez, quia hic nulla apparet contradictio cum neutram affirmet ita certam, vt excludi poſſit altera ab omni certitudine; præterea iudicium procedit ex diuerſis principiis; ergo nulla poteſt eſſe contradictio.

Quæres decimo octauò: An agens contra, vel ſecundum conſcientiam probabiliter opinantem peccet?

Reſpondeo, nullo modo peccat, 76
quia in eius libertate eſt eligere, quam mauult, quod cum rectè, & prudenter agat non dicitur peccare, nec agere contra conſcientiam, ſed ſemper ſecundum conſcientiam; dum enim eligit vnam partem ex iudicio ſuæ conſcientiæ, dicitur agere ſecundum conſcientiam, & ſic non peccare. Et dum relinquit alteram opinionem oppoſitam, non dicitur facere contra conſcientiam, ſed præcisè non vti contraria opinione, ex quo
euitat peccatum, quia nemo facit 77
contra conſcientiam per actum, & iudicium ſpeculatiuum, quale eſt illud, quo tantum ſpeculatur, ſed non vtitur opinione, ſed tantum per actum, & iudicium practicum vtitur opinione. Itaque tunc quis peccat contra conſcientiam opinatiuam, quando eius iudicio abutitur, non verò cum non ſequitur opinionem, nec eam exercet, ſed relinquit eam in ſua probabilitate.

Quæres decimo nonò: An opinans dubitando, ſuſpicando, & ſcrupulizando, operari poſſit ſecundum dictamen conſcientiæ opinantis abſque periculo peccandi?

Reſpondeo, quoad dubium, dixi 78
ſub num. 18. opinantem probabiliter non poſſe dubitare de licitate rei, dum per opinionem ſuam probabilem certificatur de veritate rei, quod licitè fieri poteſt; impoſſibile enim eſt, quod intellectus dum cognoſcit moraliter,

Digitized by Google

raliter, hanc rem eſſe veram & licitam, quod ſimul, & ſemel dicat, vel dubitet eſſe falſam, & illicitam, dum duo contradictoria non poſſunt ſimul reſpectu eiuſdem eſſe ſimul vera, & ſimul falſa, in eodem genere veritatis, & falſitatis, ſed ſi vna eſt vera, altera falſa. Non ſtat ergo propriè dubium cum opinione, cum hæc ſit aſſenſus, illud verò aſſenſum ſuſpendat.

Rudis perſona ignorans hanc opinionis vim, quod cum ea non poteſt ex parte verè opinantis ſtare falſitas ſuæ opinionis conceptæ ſub veritate, videtur operari non poſſe cum dubio; quia facit contra conſcientiam dubiam, ſed quoniam ea conſcientia eſt potius ſcrupuloſa, quam dubia, & maioris efficaciæ ſit conſcientia opinans, quam dubitans, cum hæc oriatur ex formidine, & titubatione incerta, illa verò dependeat, & firmetur à ratione ſtabili, & firma, ideo pro nihilo reputanda eſt, & non peccat, qui probabiliter opinando operatur, quia potius tale dubium habendum eſt pro ſcrupulo, contra quem licet operari.

Itaque opinans, ſi habet certam cognitionem quid ſit opinionis probabilitas, ſine dubio dubius eſſe non poteſt, quod contradictoria etiam ſit vera, ac proinde ſecurus eſt in operando ſecundum conſcientiam opinantem nullum eſſe peccatum faciendo quod illa dictat. Operans verò cum dubio, potius dicendus eſt ſcrupuloſus; quia diffidit aliqualiter de veritate ſuæ opinionis, in cuius poteſtate eſt credere, illam eſſe veram, & legitimam excuſantem non ſolum à peccato, ſed etiam à periculo peccandi, ideo abiiciat dubium, & ſcrupulum contemnendo operetur.

Quæres vigeſimò: An dictum Doctoris opinionem faciat probabilem, & quò plures ſunt, eò euadat probabilior opinio?

79 Reſpondeo, nullus Doctor, ſeu penitus ex ſola aſſertione conſtituit opinionem probabilem, cum radicem ſuæ probabilitatis habeat à ratione, qua poſita per aſſertionem Doctorum augetur probabiliter, quæ ineſt opinioni, quodlibet enim prius conſtituitur per ſua principia intrinſeca, quam per extrinſeca conſequentia ad illud; ſed auctoritates Doctorum ſunt principia extrinſeca, rationes verò intrinſeca; ergo hæc conſtituunt opinionem probabilem, quam ſubſequenter augent extrinſeca, quam ideo faciant communem, iuxta *ſuperius dicta q. 7.* conſequenter præfertur ſingulari, quia præſumitur verior, quod ſi probetur contrarium ſuccumbit. Vide Maſcardum *concluſ.* 1143. vbi docet, in quibus caſibus communis præferatur.

Quæres vigeſimo primò: An opinio probabilis ſpeculatiuè, ſit etiam talis practicè?

Reſpondeo affirmatiuè, quia concluſio ſemper conformatur præmiſſis, ſed in præmiſſis continetur ſpeculatio, & in concluſione praxis opinionis, ergo conueniunt, quia practicum opinionis iudicium tanquam effectus procedit vniformiter à iudicio ſpeculatiuo eiuſdem obiecti vti eius cauſa. Ita ex Sanchez *in ſelect. diſputat.* 54. *num.* 11. Paſqual. *deciſ.* 362. Marcus Vidal. *de opin. probab. num.* 30. Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 3. qui ait debere concordare, niſi obſtet aliqua ſpecialis ratio, ſed dixi *cap.* 2. *num.* 5. *&* 6. non obſtare, cum circumſtantiæ etiam in iudicio ſpeculatiuo ſint conſiderandæ. 80

Quæres vigeſimo ſecundò: An illa opinio ſit æquior, quæ pro validitate actus ſtat?

Reſpondeo affirmatiuè, quia magis conformatur iuri, quam oppoſita, nam nititur *cap. Inter dilectos*, 6. *de fide inſtr. & cap. Abbate*, 25. *de verb. ſignif.* ibi: *Profectò ſic intelligenda ſunt illa verba, vt res, de qua agitur valere poſſit potius, quam perire.* Ita Paulus Rubeus *tom.* 3. *Nouiſſim. ab anno* 1635. *deciſ.* 265. *num.* 11. Dixi etiam *ſuprà ſub num.* 43. 81

Quæres vigeſimo tertiò: An opinio diſtinguens, & reconcilians videatur melior aliis non diſtinguentibus?

Reſpondeo affirmatiuè, ac proinde ſequenda ſecundum communem Doctorum allegatorum à Seraphino *deciſ.* 837. *num.* 11. à Ludouiſio *deciſione* 574. *num.* 6. Ratio eſt, quia diſtinguens eſt proximus veritati, Surdus *deciſ.* 58. *num.* 5. ex Barboſa Vaz *litera D*, *num.* 45. & dat meliùs intelligere 82

Digitized by Google

ligere rem, Gloſſ. *initio Clement. I. de verb. ſignific.* ex §. *Sed non vſque, Inſtit. de legibus.*

Quæres vigeſimo quartò: Quænam opinio ſequenda eſt, quando Doctores ſunt diuerſæ profeſſionis?

83 Reſpondeo, magis credendum eſt perito in ea ſcientia, quam profitetur, quam alteri alterius profeſſionis, quia vnicuique in ſua arte perito credendum eſt, *l. Septimò*, 12. *ff. de ſtatu homin.* Vnde credendum eſt Auguſtino in diſputando, Hieronymo in Hiſtoriis, Gregorio in Moralibus. Ita Gloſſ. 11. *Graci, cap. Vt veterum, tit.* 9. Moditius *lib.* 2. §. *Prudentum reſpon a, dub.* 7. *num.* 10. In vulnere, an ſit mortale, magis Chirurgo, quam Medico, Decius *in cap. Ne innitaris, de conſtit. num.* 4. In moralibus conſulendi ſunt magis Theologi morales, quam ſpeculatiui; & in rebus fidei magis ſpeculatiui, quam alij; & ſic de reliquis. M. Anton. *lib.* 2. *reſol.* 46. *num.* 6. cum aliis tenet, opinionem antiquorum eſſe potius amplectendam, quam modernorum. Nullam rationem adducit, ſed melius eſt ſequi opinionem eorum, qui ſcholaſtice eam tractarunt, quam alicuius antiqui, qui cum ſimplici ratione pertranſiuit, non diſcutiendo difficultates, vt faciunt multi moderni.

Quæres vigeſimo quintò: An opinio Gloſſæ aliis præferenda ſit?

84 Reſpondeo, præualet communi opinioni, ſecundum Bald. *in l. Hareditas, C. de depoſ. & in l. Precibus, C. de impub. ſubſt.* ex Moditio *lib.* 2. §. *Principum placita, dubit.* 125. *num.* 6. In dubio ab eius auctoritate recedendum non eſt, quia eſt maxima, *ex eodem lib.* 1. §. *Lex eſt, dubitat.* 57. *num.* 5. Maſcardus *concluſ.* 1143. *num.* 18. ait, quod opinio Gloſſæ verior non præſumitur, quando ipſa eſſet reprobata ex dictis grauiſſimorum Doctorum.

Quæres vigeſimo ſextò: Doctor plures referens opiniones, quamnam præſumitur tenere, quando non ſe declarauit?

85 Reſpondeo præſumitur tenere vltimo loco regiſtratam. Ita Euerard. *in loco ab Auctoritate, num.* 15. loquens de Gloſſa, quæ plures referens opiniones, & nullam expreſsè eligendo videtur tranſire cum vltima. Sayr. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. limitat, præſumendum eam ſequi, quæ exactè ab eo tractata eſt, & non perfunctoriè.

Quæres vigeſimo ſeptimò: An opinio obliget ad ſui obſeruationem?

Reſpondeo negatiuè, quia nullibi reperitur huiuſmodi lex; non neceſſitat ergo, ſed tantum probat præſcribendo, quod quilibet ſequi poteſt ſi vult. Confirmatur, quia opinans habet electionem ſequendo eam opinionem, quæ ſibi placet, ex dictis *q.* 10. *& cap. ſeq. De electione opinionis probabilis*, relicta tutiore, & probabiliore. Ita Moditius §. *Prudentum reſponſa, dub.* 6. *num.* 3. cum Abbate *in cap. Veſtra, de cohabit. Cler. notab.* 1. Azorio *in ſum. Cod. de legibus, num.* 12. Rota coram Coccino extenſa *tom.* 3. Tambur. *deciſ.* 22. *n.* 24. ait, quod Doctorum communis opinio, licet per ſe non inducat obligationem, tamen quando conuenit in interpretatione alicuius legis facit certitudinem humanam, & inducit obligationem ſeruandi legem, & vtendi illa in praxi, ex Suarez *lib.* 6. *de legibus, cap.* 1. *num.* 5. 86

Quæres vigeſimo octauò: An opinio cedat veritati?

Reſpondeo affirmatiuè, *cap. Nuper,* 87
4. *de bigamis, cap. Per tuas,* 12. *qui filij ſint legit.* alia iura refert Gloſſ. 11. *Videntur inter bigamos, pracitati cap. Nuper.* Quia veritas potens eſt, & ſuper omnia dominatur, & opinio illi cedere habet, cui ſubeſſe poteſt falſitas. Nihilominus quandoque veritas cedit opinioni in moralibus, propter fauorem, aut odium contrahentium, & in fauorem teſtamentorum, vt ibidem notat Gloſſ. his Exametris.

Teſtamenta fauor, odium, ſententia, proles.
Ex iſtis cauſis prafertur opinio veris.

Quæres vigeſimo nonò: An Papa reſpondens contra aliquam opinionem dicatur illam reprobare?

Reſpondeo negatiuè, niſi eam ex- 88
preſsè damnet. Probatur per *cap. Literas,* 13. *de reſtit. ſpoliat.* §. *Nos autem ad praſens nullam de pradictis ſententiis reprobamus, nec eniquam earum praiudicium ex noſtra reſponſione volumus generari.* Ita Innocent. III. ad Bituricenſem Archidiaconum. Ad deſtruendam igitur probabilitatem alicuius opinionis neceſſe eſt, quod Pontifex id faciat expreſsè præmiſſa diſcuſſione

Digitized by Google

diſcuſſione ſuper falſitate opinionis, vt exemplum habemus ex Bulla octogeſima ſeptima, Clement. VIII. declarantis, quod non licet per literas, ſeu internuntium confeſſario abſenti ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, & hæc propoſitio vti probabilis prohibetur aſſeri, & prædicari, atque defendi. Collige ex his, multò minùs Doctorem priuatum poſſe per ſuas rationes deſtruere probabilitatem opinionis, niſi manifeſtè oſtendat eius falſitatem iuxta dicta *ſub num. 39.*

CAPVT VI.

An quis poſſit ſequi Opinionem minus probabilem, relicta probabiliore.

IN gratiam huius quæſtionis hunc ſuſcepi laborem contra eos, qui conati ſunt euertere probabilitatem partis affirmatiuæ, cum qua,

1 Dicendum eſt, tuta conſcientia, & ſine vllo peccati periculo poſſe à quolibet amplecti opinionem probabilem relicta oppoſita probabiliore, licet hæc ſit propria eius, qui vtitur probabili. Concluſio hæc multis probatur.

2 Primò, quia nulla extat lex prohibens vſum propoſitionis probabilis; ergo ea quiſque vti poteſt, ſine peccato, quod eſt legis voluntaria tranſgreſſio. Antecedens probatur ab auctoritate negatiua, tùm quia nullus ex aduerſariis refert ali-
3 quam legem id prohibentem. Tùm quia bonum, & efficax eſt argumentum, id à iure cautum non eſt, ergo non eſt interdictum, *Extrauag. vn. Ioannis XXII. de voto*, vbi Gloſſ. *V. Statuta*, alia refert iura, & commendat hunc modum argumentandi, igitur cum hæc prohibitio iure cautum non reperiatur, vſus opinionis probabilis licitus eſt.

4 Secundò, qui rectè, & prudenter operatur, non peccat; ſed ſequens opinionem probabilem rectè, & prudenter operatur, ergo non peccat. Maior de ſe patet, quia peccare eſt deuiare à rectitudine, cum qua actus ab agente procedere debet, ſi ergo rectè, & prudenter operatur, producit actum cum ſua rectitudine, ac proinde non peccat.
Minor verò probatur: Tùm quia 5
probabilitas afficiens opinionem dicit veriſimilitudinem, & magnam veritatis apparentiam, & approximatur veritati naturali, ſecundum Ciceronem de Oratione, ibi: *Alicuius diſputationem nobis probabilem, & propè verum eſt.* Cùm ergo appropinquet veritati, agens ſecundum illam, rectè, & prudenter dicitur operari; homo enim dicitur probus à probabilitate, ſecundum quam operatur, ergo rectus in operando ſecundum opinionem probabilem. Tùm quia opinio probabilis ex diametro opponitur opinioni improba-
bili; ergo vt contraria contrarios 6
effectus producere debent, & rationes habere diuerſas, *leg. fin. ff. de edend. leg. Qui accuſare, Digeſt. de accuſat.* Euerardus *loco* 75. Surdus *conſilit.* 350. *num.* 22. ſed opinio improbabilis vt quæ caret ratione, & prudentia, amplexatur cum peccato, ergo probabilis vt quæ ratione, & prudentia fulcitur, amplexatur ſine peccato.

Tertiò, ille non peccat, qui ſe- 7
quitur opinionem probabiliorem, ſed hæc eſt probabilior, cum ſit
communiſſima ſententia paucis excep- 8
tis, *infrà num.* 14. cum ea pro lege habeatur ex allatis *precedent. cap. numero* 50. quia qui peccat legis auctoritate, non peccat, *cap. Qui peccat*, 40. 23. *q.* 4. *cap. Dixit*, 12. 14. *q.* 5. quod ergo lex concedit, peccatum non eſt; vnde Nauar. *conſil.* 4. *de vſur. num.*5. *ex Bartolo*, excuſat ab vſura facientem actum, qui communiter exiſtimatur licitus, & iuſtus; ſed noſtra concluſio eſt valde communior, quam aduerſariorum placitum, vt patebit infrà in enumeratione Doctorum pro vtraque parte, ergo eam ſequens non peccat.

Quartò, quia nemo tenetur face- 9
re melius, ſed ſufficit benè facere Gloſſ. *V. Qui praſtantior, cap. Licet*, 15.8.*q.*1. Petrus Nauar.*lib.*2.*de reſtit.*

cap. 1. *num.* 59. Leſſius *lib.* 2. *capite* 7. *dub.* 6. Megal. 1. 2. *lib.* 2. *capite* 31. *numero* 25. Vnde nemo tenetur vouere, neque eſſe caſtum, ſeu virginem, cum poſſit ducere vxorem, & ieiunare exempli gratia, ſine voto, licet ea præſtare ſit melius. Ratio eſt, quia obiectum rectitudinis, qua nemo peccat, eſt bonum ſecundum eſſe poſitiuum, non ſecundum eſſe comparatiuum: ergo quandocumque actus habet hanc bonitatem, & rectitudinem, per illum operans ſatisfacit ſuæ obligationi, & non peccat: ergo tuta conſcientia poteſt ſequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliore vti, & quamuis meliore.

10 Quintò, qui agit ſecundum conſcientiam inuincibiliter errantem non peccat, ex probatis *cap.* 3. *num.* 9. Ergo neque qui operatur ſecundum conſcientiam probabilem. Conſequentia patet, quia melior eſt conſcientia probabilis, quam erronea; nam erronea in infinitum diſtat à veritate obiecti, quod non poteſt eſſe tale, quale conceptum fuit à conſcientia errante; probabilis verò ex ſecundo argumento, non multum diſtat à veritate ſui obiecti, cui approximatur per prudentem exiſtimationem, adeo quod poteſt eſſe verum, non vero obiectum conſcientiæ erroneæ, vt quod licita ſit copula pro ſanitate corporis, quod ſimpliciter eſt falſum ex parte rei: vnde ei approximari non poteſt veritas, ſicut obiecto conſcientiæ probabilis, quæ propter ſuam veriſimilitudinem ordinatur ad veritatem obiecti, & ſi forſan illud non attingat, quia non eſt ſciens, ſed opinans intellectus, contentus veritate, & certitudine morali iuxta dicta *præced. cap. num.* 7. 8. & 9. ergo ſi agens ex conſcientia inuincibiliter errante, quæ in infinitum diſtat à veritate, non peccat, minus peccat agens ex conſcientia probabili, cum ſit melior errante; neque enim debet conſcientia melior, eſſe deterioris conditionis conſcientia minus meliore. Confirmatur meliòr conditio in opinante, quam in errante, quia ambo ignorant veritatem obiecti, cum hac differentia, quod intellectus errans inuincibiliter ſupponitur nullam adhibuiſſe diligentiam in inueſtiganda veritate obiecti, quod ſine vlla dubitatione credidit tale, quale primo apprehendit; intellectus vero opinans ex natura ipſius opinionis de formidine oppoſiti dubitauit, & vicit dubium, dum ex ſolidis rationibus, debita ſtudij diligentia opinionem ſuam firmauit in probabilem, ideo videtur inferendum, quod magis eſſet excuſandus à peccato ſequens opinionem probabilem, ſi peccaret quam errans inuincibiliter, qui non peccat: ergo neque opinans ſequens probabilem peccat.

Sextò, nemo tenetur ad impoſ- 11
ſibile *Reg.* 6. *in* 6. quo nomine veniunt etiam ardua, & valde difficilia, hæc enim in moralibus æquiparantur cum impoſſibili phyſica, iuxta Doctorum intelligentiam ſuper dictam Regulam; ſed eſt impoſſibile moraliter quod quis licet doctus ſciat diſcernere opinionem probabilem à probabiliore propter altercationem ſcribentium; nam aliqui tenent hanc, & hanc opinionem eſſe probabiliorem, quam alij appellant poſitiuè probabilem, & è contra: vnde datur occaſio etiam viris doctis generandi varios ſcrupulos, & confuſionem pariendi in conſcientiis, non ſolum ignorantium, & ſimplicium, ſed etiam peritorum. Memento, quod iugum Domini leue eſt, & ſuaue, ideo excutiamus à nobis eam opinionem, quæ docet, ſequendam eſſe partem tutiorem, & probabiliorem, ne tam graui pondere oppreſſi, in deterius ruamus. Deus enim nos non obligauit cum tam graui iugo ſupponendo conſcientias periculo peccandi, maximè cum in moralibus non poſſit à nobis haberi omnimoda certitudo; ſed talis, qualem exigit materia moralis, quæ ſequitur veritatem, & certitudinem ſcientiæ naturalis, non vniuocè, ſed analogicè tantum, iuxta dicta *capite præcedenti*, *num.* 7. *ad decimum.* Demum rationes aduerſariorum parui ſunt momenti, & facilis ſolutionis, vt videbimus.

Septimò probatur, quia trita eſt di- 12
ſtinctio

ſtinctio opinionis probabilis in minus, & magis probabilem, à nullo neganda, alias nec eſſet admittendum vnum membrum cum deſtructione alterius, data enim opinione probabiliore, neceſſarium eſt dari etiam oppoſitam minus probabilem, nō tamen improbabilem in comparatione alterius magis probabilis, comparatiuum enim non eſt ad ſe ipſum ſed ad alterum, cum comparatio fiat inter duo, quæ participant eandem formam qualitatis ſecundum magis, & minus, & in hoc nulla eſt difficultas. Quare ſic formo argumentum. In mundo nihil otioſum poni debet, ſed operoſum, & vtile debet eſſe; ergo cum in rerum natura detur non ſolum opinio probabilior, ſed etiam probabilis ſecundum minus, debet eſſe vtilis, & operoſa, non inutilis, & otioſa; conſequenter debet inſeruire opinantibus, ſecundum quam rectè operari poſſint.

13 Octauò, qui tenent, non poſſe nos ſequi opinionem probabilem relicta probabiliore, fundant ſe in eo, quod in illius proſecutione aſſerunt eſſe periculum peccandi, ac proinde eſſe illorum opinionem probabiliorem ſequendam, in qua nullum periculum neque per imaginationem eſſe poteſt, aliter nec hæc amplectenda eſſet, ſi periculum formidaretur; ſed dantur aliquæ opiniones magis tutæ, & minus probabiles, vt illæ, quæ obligant ad ieiunium, ad abſtinendum à ſeruilibus, ad reſtituendum; qui enim ſequitur has omnino tutas rectiſſimè agit, & tamen ſequitur opinionem minus probabilem; ergo licet ſequi opinionem minus probabilem. Minor probatur, quia vnum ex dictis comparatiuis, non infert aliud, niſi in ſuis extremis poſitiuis ad inuicem comparatis, vt patet, quia ſi hæc opinio eſt tutior eius oppoſita eſt minus tuta; ſi vna eſt minus probabilis, alia eſt probabilior; probabile igitur non infert tutum, nec tutum probabile; quia proueniunt ex diuerſis, ratio tuti, ſeu tutioris à minori, vel maiori carentia periculi peccandi; ratio vero probabilis à motiuis demonſtrantibus probabilitatem opinionis; cum ergo ſint diuerſa, vnum ab alio inferri non poteſt, quia ex diuerſis non fit illatio, ex vulgatis iuribus. Quare poteſt dari, & de facto datur opinio tutior, & minus probabilis, cum ex tutiore non ſequatur, quod ſit probabilior, ſicut poteſt dari probabilior, & minus tuta, & etiam magis tuta.

Hæc ſententia eſt communiſſima, 14
quam corroborant ſexaginta grauiſſimi Doctores, quos contra ſe citat Mercorus *part. 2. art. 26.* pro ſe adducendo tantum ſexdecim, quorum maior pars ſuſtinet oppoſitum, vt videbimus *infrà à n. 15.* Prædictis ſexaginta addo ſequentes, Arcam Vitalis *de opin. probabil. n. 45.* Lazar. *de opin. delig. num. 33.* Megalium *l. 2. cap. 17. num. 33.* Vericellum *tract. 2. q. 10. n. 3.* Paſqual. *deciſ. 5. & 32.* Caſtillum Sotomaior *de Tertiis, c. 12. n. 39.* Baſſæum Capuccinum *V. Conſcientia, n. 12.* Sperellum *deciſ. 119. n. 53.* Ciarlinium *c. 155. n. 15.* Longum de Somaſcha *tabul. 2. cap. 2 3. n. 38.* Lupum *de caſib. Bergomi, diſt. 13. art. 2.* Hurtadum *Cler. Min. in ſuis reſol. Moral. p. 1. tract. 3. c. 3.* Paſſerinum *de Pollut. Eccleſ. diſp. 1. c. 20. n. 3.* Caramuëlem *diſp. 6. regu. art. 2. n. 57.* Quintanad. *tract. 3. ſing. 18. n. 13.* Defendentem, *diſp. 1. de caſib.* Comi. *q. 4. n. 157.* Ioſephum de Ianuario *in reſol. Moral. p. 1. reſol. 61. n. 5.* Raggium Capuccinum *part. 5. dub. 46.* citantem Caſpenſem eiuſdem Ordinis *in ſuo curſu Theolog. de conſcientia, diſp. 3. ſect. 2. n. 55. tom. 1.* Aloyſium à Cruce *ſuper Bullam Cruciata in fine.* Philippum de Bictis Capuccinum *in Compend. cauſ. indic. regul. q. 143. n. 5. & 16.* Mazuchellum *diſp. 2. de caſib. reſeru. Mediol. diſp. 2. cap. 19. n. 7.* Maletum Malleat. *7. de ſacram. Bractea 4.* Pelbartum *tom. 1. ſui Roſarij, V. Opinio, §. 15.* Conſtantinum de Caſtro Mortaræ *tract. 1. cap. 4. art. 3. concl. 2.* Cottonum *in ſumma Diana, V. Opinio, num. 3.* Naldum *V. Opinio, in fin.* Armillam *n. 2.* Mancinum *de praxi viſit. infirm. de opin. elig. pract. 1. in Addit. dub. 2.* Becanum *tract. 1. de bonit. act. intern. c. 4. q. 9. num. 15.* Hermanum Buſenbaum *in Medulla Theolog. Moralis, l. 1. tract. 1. c. 2. dub. 2:* Thomam del Bene *part. 1. de immun. c. 7. dub. 7. ſect. 4.* D. Anton. *infrà pro nobis hic n. 29.* Nau. *infrà n. 33.* Angel. *infrà n. 34.* Sotum *infrà n. 35.* Peyr. *infrà num. 37.* Sylueſtrum *infrà n. 39.* Aloyſium Albricium Ducalis Cameræ Parmæ Præſidem, virum integerrimum in cauſa Comitiſſæ Thadeæ de Gambara *fol. 28. §. Prout etiam.*

Digitized by Google

Angelum Boſſium *tom.*1. *Moral. tit.*1. *num.* 137. Albertum Magnum *apud D. Anton. in ſumma, part.*1. *cap.*10. ex Spinula *diſp.*3. *ſect.*2.§.*Hac autem.* Innocentium *in cap.Ne innitaris de conſtit.apud eundem Spinulam, cit.§ Quoad Canoniſtas.*Quartum *Cler.Regul part.*3. *ſuper Miſſale, titul.* 9. *ſect.* 1. *dub.* 3. *verſ. Probatur.*

15 Contraria opinio, quod nimirum non poſſit tuta conſcientia amplecti, & in vſum poni opinio minus probabilis,& minus tuta, relicta tutiore, & probabiliore,tenetur à paucis,quos numero ſexdecim appellat Mercorus *p.*2.*art.*26.quorum tamen maior pars ſentit oppoſitum, vt mox patebit, ex relatione locorum, vbi rem tractant breuiter magis, quam ex profeſſo. Mordicus eam defendere putat Merenda, ſed confundit ſeipſum & pauca ad propoſitum refert. Candidus Philalectus nouis mediis, ſed falſis conatur idem, contra quem in ſequentibus. Sanctus Auguſtinus *de Doctrina Chriſtiana, lib.* 2. Sanctus Antoninus *part.* 3. *titul.* 3. *cap.* 10. Armilla *V. Opinio.*Adrianus *de reſtit.*4. Angelus *q.*1. Antonius Merenda *de Conſilio.*Caietanus *V. Opinio.* Comitolus *l.*1.*q.*15. Corduba *l.*2.*q.*3. Corrad. *de contr.*1. 7. *q.vlt.* Candidus Philalectus *de elect. praxi.* Gerſon *tract.* 36. Grauina *in Cherubin Paradiſi.* Henricus *quodl.*4. *q.*33.Ioannes Maior *in* 4. *q.*1. *tom.*3. S. Ioannes Chryſoſtomus *homil.*4 *in Matthæum.*Nauar.*c.*37.Paulus Fraxinellus *de obligat.Miſſar.* Peyrinus *to.* 3. *c.*1.*n.*10.S.Thomas *quodl.*8. *art.*13.Tabiena *V.Dubium.*Scotus *in* 4. *diſt.*1 *q.*6.& Sotus *l.*3.*de iuſt.q.*5.*&* 6.

16 Refero argumenta eorum,qui ſcripſerunt ante præſentem contrariam. Primum eſt,quia in dubiis tutior pars eſt ſequenda, *cap.Iuuenis de ſponſal.Secundum*, quia certum tenendum eſt, relicto incerto, *cap. Si quis autem, de pœnit. diſt.*7. *Tertium*, quia eſt contra dictamen conſcientiæ operari cum periculo peccati. Hæc tria clamant aduerſus agentem cum conſcientia minus probabili, relicta probabiliore.Hæc refert Sanch. *l.*1.*c.*9.*n.*13.Vericell. *tr.*2.*q.*10. addit *Quartum*,quia ſi homo deberet ferre iudicium inter res probabiles, neceſſario iudicaret verum, quod iudicaret probabilius, ergo agere contra tale iudicium, eſt agere contra prudentiam, & contra conſcientiam. *Quintum*,quia ratio aduerſariorum non conuincit, dicunt enim non teneri me ſequi opinionem probabiliorem,quia eſſet intolerabile onus,obligare homines ad conferendas ſingulas opiniones:ſed hæc ratio nulla eſt,quia tantum probat,me non obligari ad diſcutiendum,quæ ſit opinio probabilior,quando de hoc dubitatur, quia vtraque apparet probabilis;at ſuppoſito, quod omnes auctores conueniant,hanc eſſe opinionem probabiliorem, & talem ego iudicem eam, non eſt onus intolerabile obligari ad illam ſequendam.Ita Vericellus vir doctiſſimus.Singulis modo reſpondendum eſt.

Ad primum reſpondetur, illud axioma hic locum non habere, quia opiniones non ſunt dubia,vt enim viſum fuit in præcedentibus longè inter ſe differunt Dubium,& Opinio,Conſcientia dubitans,& opinans.In dubiis ergo verum eſt, quod tutior pars eſt ſequenda,non in opinionibus. De eo axiomate dixi latè *c.*10.*&* 23.Ita omnes cum Lazar.*n.*33.Sanch.*l.*2.*diſp.*41. *n.*9.Sperellus *dec.*119.52.*defend.diſp.*1. *de caſib.* Comi. *q.*2.*n.*53. Sanch. *lib.*1. *cap.*9.*n.*14.*c.*10.*n.*11.*&* 48.Suarez *de conſ.diſp.*40.*ſect.*6.*n.*9.Vericellus *tr.*2. *q.*10.*n.*5.Sayr.*l.*1.*c.*5.*n.*15.§.*Nec obſtat.* Caſtropal. *diſp.*2.*p.*2.*n.*3.Vbi ait,inter opiniones vnam non eſſe aliâ tutiorem,ſed omnes eſſe æquè tutas,& ſecuras, ex Sanch. *in ſelect.diſp.*44 *n.*66. & Caramuel *diſp.*6. *regulari*, *num.*58. idem docet,& omnes opiniones probabiles vocat tutiſſimas, quia per eas operans non peccat mortaliter, nec venialiter. 17

Itaque ea regula nullum locum ſibi vindicat in opinionibus ſed tantum in dubiis,cum de his apertè loquatur,& qui eam applicant opinionibus, neſciunt diſcernere inter dubium & opinionem; vnde Caramuël *in ſua Theologia Fundam. n.*348.351.1846.1922. *&* 1931. ait, quod à multis male dubium cum probabilitate confunditur. 18

Ad ſecundum argumentum,quod tenendum ſit certum, & relinquendum incertum, reſpondetur vtique id eſſe verum, nec obſtare nobis. Nam conſtat ex probatis *capite* 1. 34. *cap.*5. 13. *&* 15. in opinione qualitercumque probabili dari certitudi

certitudinem moralem ſibi proportionatam, de qua etiam agit Mercorus *part.1. art.7. & 10.* Eius autem certitudo confirmatur ex tot Doctoribus, quorum maior pars rem ſcholaſticè tractauit.

20 Ad tertium argumentum, quod ſit peccatum operari cum periculo peccandi, reſpondetur id eſſe verum, ſed in caſu noſtro omnino falſum, quod is, qui ſectatur opinionem probabilem relicta probabiliore, faciat contra dictamen rationis, & operetur cum periculo peccandi, quia operatur per opinionem non ſolum probabilem, ſecundum quam dicitur benè, & prudenter operari, ſed etiam tuto, & ſine periculo peccandi, cum agat ſecundum opinionem tutam, in cuius vſu, nec actu eſt peccatum, nec periculum peccati in effectu. Et hæc patent latiùs ex ſupradictis, præſertim *c.5.n.18. & infrà c.7.n.80.*

21 Ad quartum reſpondet Vericellus, quod ſi intellectus deberet ferre iudicium inter res probabiles, non neceſſariò iudicaret ſimpliciter verum, quod eſt probabilius, ſed vtrumque aſſereret verum ſecundum magis, & minus, quod ſcilicet opinio probabilior magis accederet ad veritatem rei obiectiuam, quam minus probabilis, quæ eſt remotior à veritate reali. Itaque vtriuſque obiectum inuoluit veritatem moralem ſecundum magis, & minus, vt probaui *cap.5. num.28.*

22 Ad quintum reſpondet ipſe Vericellus, ſequi illud onus intolerabile, conferendo omnes, & ſingulas opiniones ad inuicem, & hoc eſſe neceſſarium, vt quiſque ſciat, quam eligere debeat, ne cadat in eorum ſententia eligendo minus probabilem loco probabilioris; quod inquirere eſt nimis laborioſum, cum Doctores inter ſe digladientur, vnde conſcientia cuiuſlibet infinitis obrueretur ſcrupulis. Et hæc ſatis quoad reſponſionem argumentorum.

23 Præfatus Reuerendiſſimus P. Inquiſitor pro augenda probabilitate ſuæ opinionis quatenus excluſiuæ noſtræ refert ſexdecim Doctores, inter quos ſunt quatuor ſancti Patres, Auguſtinus, Antoninus, Ioannes Chryſoſtomus, & Thomas.

24 Exordiendo ab hoc vltimo dico, quod ipſe *tom.8. ſuorum operum impreſſorum Venetiis apud Nicolinum 1593. fol.56. quodlib.8. art.13.* non agere de hac re ex profeſſo, ſed reſoluendo quæſtionem, vtrum ille, qui habet plures præbendas peccet? reſpondet his verbis: *Dicendum eſt ergo, quod quando duæ ſunt opiniones contrariæ de eodem, oportet eſſe alteram veram, & alteram falſam. Aut ergo ille, qui facit contra opinionem Magiſtrorum, vtpote habendo plures præbendas, facit contra veram opinionem, & ſic cum faciat contra legem Dei non excuſatur à peccato, quamvis non faciat contra conſcientiam, ſic enim facit contra legem Dei. Aut illa opinio non eſt vera, ſed magis contraria, quam iſte ſequitur, ita quod verè licet habere plures præbendas; & tunc diſtinguendum eſt, quia aut talis habet conſcientiam de contrario, & ſic iterum peccat contra conſcientiam faciens, quamvis non contra legem; aut non habet conſcientiam de contrario, ſed certitudinem, ſed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum, & ſic ſi manente tali dubitatione plures præbendas habet, periculo ſe committit, & ſic proculdubio peccat, vtpote magis amans beneficium temporale, quam propriam ſalutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Hactenus S. Doctor.

25 Ex poſtremis verbis clarè colligitur inter contrarias opiniones dari electionem alterius, quæcumque ea ſit, ſiue probabilis, ſiue probabilior, in ſententia expreſſa S. Thomæ. Et quod antecedenter dixit, præbendarium dubitare circa opiniones, inſinuat, illum non poſſe retinere illas duas præbendas contra dictamen ſuæ conſcientiæ dubitantis eſſe relinquendam vnam, quia manente tali dubitatione periculo ſe committit; ſignum ergo eſt, quod loquitur primo loco de dubio propriè dicto, & poſtremo loco de opinione excluſo dubio, dum retinendo præbendas non ſe committit diſcrimini, quod tamen incurreret in ſententia Mercori, ſi non dimitteret præbendas ſecundum hanc opinionem, quæ eſt probabilior, & tutior, dum euitatur periculum peccati renuntiando præbendis. De hac re plura *cap.16. & 25.*

Digitized by Google

26 Nota hic, quod pluralitas beneficiorum, & præbendarum etiam ſine cura animarum fuit prohibita in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. celebrato anno 1215. antequam naſceretur S. Thomas; de ea prohibitione habetur *c. De multa*, 28. *de prabend.*

27 Legimus verbatim Homiliam 4. in D. Matthæum, S. Ioannis Chryſoſtomi *in Codice officina Heruagiana Baſilea impreſſo anno* 1539. *tom.* 2. & nihil penitus inuenimus, nec verbum de opinione eligenda in ſubiecta materia. Vide *infrà cap.* 8. verum locum citatum à Candido *n.* 64.

28 Percurrimus quoque oculis mentis noſtræ librum ſecundum de doctrina Chriſtiana S. Auguſtini *tom.* 3. *impreſſionis Valgriſiana Venetiis* 1570. & nihil ad rem inuenimus, ſolum enim in eo libro agit de ſignis, de ſuperſtitionibus Mathematicorum, & de modo intelligendi Sacram Scripturam. Vide *infrà cap.* 15. vbi probatur D. Auguſtinum non reprobaſſe opinionem probabilem, *& cap.* 26. iterum.

29 D. Antoninus, quem Mercorus citat 3. *p. titul.* 3. *cap.* 10. nihil dicit de hac re, & non habet niſi ſex capita, ideo legimus *titul.* 3. *part.* 1. vbi *de conſcientia ſub cap.* 10. in quo ait, nos ſequi poſſe quamlibet opinionem, modo ſit probabilis, ſuadendo id rationibus, & auctoritatibus antiquorum, & ad priora duo argumenta aduerſariorum reſpondet: *Via tutior eſt eligenda*, reſpondet, *quod eligere viam tutiorem conſilij eſt, non pracepti, alias oporteret, multos ingredi Religionem, in qua tutius viuitur, quam in ſaculo. Non ergo de neceſſitate oportet tutiorem eligere, quando etiam alia via poteſt eligi tuta.* Sunt verba viri Dei. Ad ſe-

30 cundum: *Tene certum, & relinque incertum.* Reſpondet, D. Auguſtinum admonere eum, qui in extremo vitæ ſuæ differt pœnitentiam, debere relinquere hanc opinionem, quia incerta eſt illa pœnitentia, licet poſſit

31 eſſe vera, & ſalutifera. Vnde ibi refert triplicem certitudinem naturalem ſcientiæ, ſupernaturalem fidei, & moralem humanorum actuum, quæ ſufficit ad probabilitatem opinionis. Ex his manifeſtè conſtat ſanctum Antoninum eſſe nobiſcum contra aduerſarios, qui illum ſine dubio male citarunt.

Quia inueni præfatos ſanctos tenere noſtram ſententiam, dubitaui de 32
citatione aliorum, vnde legi Armillam, & inueni, nobiſcum eſſe, V. Opinio *num.* 2. ibi: *Tamen non tenetur quis ſemper meliorem ſequi, quia non tenetur facere, quod melius eſt, ſed quod bonum eſt; ideo, quando dicitur, quod tenetur amplecti tutiorem, intelligitur quando eſt cum formidine alterius partis, ſed quando firmat ſe in vna opinione alicuius Doctoris, quam veram credit, licet credat aliam eſſe meliorem, non propter hoc exponit ſe mortali, quia non ſequitur aliquod, de quo dubitet eſſe falſum, licet credat minus bonum.* Vbi ergo excluditur dubitatio, locum habet opinio etiam minus probabilis contra probabiliorem.

Nauarrus, quem citat aduerſarius 33
pro ſe, facit pro nobis, lege *tom.* 3. *eius operum in cap. Si quis autem, diſt.* 7. *de Pœnit. à num.* 42. *ad* 49. *num.* 66. *expreſſius ſub num.* 53. *§. Pro excuſatione*, ibi: *Facit, quod Albertus reſpondiſſe fertur, poſſe quemlibet cum anima ſalute in conſiliis ſequi quamcunque opinionem.* Et multis idem infrà probat.

Angelus ab eodem in contrarium 34
adductus falſo, ait V. opinio propè finem, reſpondendo illi regulæ: In dubiis tutior pars eligenda, & Eccl. *Qui amat periculum, peribit in illo*, his verbis: *Ergo videtur ſe exponere periculo, qui in diuerſitate opinionum, non elegit tutiorem; quia hoc verum eſſet, quando propriè dubium eſt, ſed quando eſt opinio, ſecus eſt, quia nec tunc ſumus in dubio, nec conſequenter exponit ſe periculo.*

Sotus *lib.* 3. *q.* 6. *art.* 5. *propè finem*, ait 35
iudicem, & medicum teneri ſubſcribere ſententiam ſecundum opinionem probabiliorem. Vbi verò pares ſunt opiniones non eſt apertum ſcelus, modo vnam, modo aliam ſequi. Fauet igitur aduerſario in prædictis tantum, in reliquis nobiſcum.

Fraxinellus *ſect.* 6. *obiect.* 14. Argu- 36
mento à ſimili ſequitur Sotum reprobando opinionem vnica Miſſa ſatisfaciendi pluribus obligationibus, quia eſt præiudicialis proximorum animabus, ideo tutiorem eſſe ſequendam concludit.

Scotus citatus *in* 4. à Mercore *di*- 37
ſtinct. 1. à Candido meliùs *diſt.* 11. *q.* 6. agit

agit ibi: *de materia Sacramenti Euchariſtiæ*, dubitando an amydum poſſit eſſe huius Sacramenti materia, & inquit: *Et pars negatiua ſit multum probabilior, non ſine peccato aliquis ſe exponit tali dubio.* Perfunctoriè in caſu propoſito reſpondet veritatem, quam nullus negat, dum enim habemus certam materiam Sacramenti, non poſſumus, certa relicta, amplecti incertam, igitur cum ex profeſſo rem non tractet, nec vllam comparationem faciat inter opinionem minus probabilem, & probabiliorem, quia non ſub opinione aliquando fuit, amydum eſſe materiam huius Sacramenti, ſed tantum ſub dubio, immò improbabile, quia certum eſt, Chriſtum conſecraſſe in pane vſuali, & comeſtibili; ideo in nullo fauet aduerſariis citantibus illum; de dicto amydo, ſeu amylone omnes apud Bonacin. *q.* 2. *de materia Euchariſt. p.* 1. *n.* 7. *infrà cap.* 17. probo Scotum eſſe nobiſcum.

38 Peyrinus citatus à Mercoro *tom.* 3. *priuileg. cap.* 1. *num.* 10. *in fine*, nobiſcum eſt, his verbis: *Et tandem hic noto, quod ſequens opinionem probabilem, non ſolum non peccat, ſed etiam validè operatur, etiamſi opinio illa alias ſit falſa, confert enim tunc Eccleſia iuriſdictionem agenti ad validandum actum.* Non facit ergo pro opinione Mercori malè citantis illam pro ſe.

39 Tabiena V. Dubium, citatus à Mercoro nihil tale dicit, ſed dubia eſſe interpretanda in meliorem partem, & in dubiis ſequendam eſſe tutiorem partem, de opinione nihil, quam tamen ibi à dubio diſtinguit. Et in verbo opinio, videtur nobiſcum ſentire dum initio ait *n.* 2. ex D. Thoma, quod vnuſquiſque abundet in ſenſu ſuo, in quo non abundaret, ſi teneretur ſequi probabiliorem, & in fine dicit, quod æquior eligenda eſt, & ea magis, quæ non ligat, quam quæ ligat, ergo ſentit, quod iuſtè poſſumus ſequi minus probabilem, ea enim eſt benignior, æquior, & ligans minimè.

40 Syluester citatus à Candido V. Dubium, nihil tale dicit, ſed nobiſcum eſt, V. Opinio, ante *q.* 2. vbi reſpondet ad illa duo axiomata, in dubiis tutior pars eſt tenenda; Item, tenendum eſt certum, & relinquendum incertum, non obſtare opinioni, quæ dubia, neque incerta eſt, cum habeat ſuam certitudinem in probabilitate.

Corduba *lib.* 2. *de ignorant. q.* 3. verè cum Adriano, & Conrado eſt opinionis Candidi cum aliis paucis, qui forſan occaſionaliter, & non ex profeſſo rem tractant. Eſt ergo horum opinio vallata paucis auctoritatibus; & rationibus ferè nihil vrgentibus, ſed potius eam debilitantibus. 41

Addo prædictis, Gerſonem, & Henricum docere, omiſſionem totius officij diuini, niſi fiat ex conſuetudine pluribus diebus, non eſſe peccatum mortale, Gerſon quidem *in tractat. de vita ſpirit. animæ, lect.* 3. *tom.* 3. *Alphab.* 63. *lib.* 2. *fine.* Henricus de Gandauo *quodl.* 29. *q.* 30. *apud Brunonem Caſſaing Ordinis Minor. de Priuileg. Regul. part.* 2. *tract.* 8. *cap.* 4. *prop.* 4. *verſ. Quæ autem*, quibus iſte bonus Religioſus ſe accommodat, quibus etiam fauet Arragona *apud Dianam reſolut.* 26. *de paruit. materia, vbi not.* 3. id communiter reiici. Nemo dicet, hanc eſſe opinionem probabiliorem, immò parum ſapere de probabilitate, ergo Gerſon, & Henricus citati à Mercoro non reprobant opinionem probabilem, immò eidem multum fauent. 42

Armilla V. Opinio, non eſt cum Mercoro, ſed nobiſcum, verbo opinio. *Item*, inquit, *licet aliquando vna opinio ſit melior altera, tamen non tenetur quis ſemper meliorem ſequi, quia non tenetur facere, quod melius eſt, ſed quod bonum eſt; ideo quando dicitur, quod tenetur amplecti tutiorem, intelligitur, quando eſt cum formidine alterius partis; ſed quando firmat ſe in vna opinione alicuius Doctoris, quam veram credit, licet credat aliam opinionem eſſe meliorem, non propter hoc ſe exponit mortali, quia non ſequitur aliquod, de quo dubitet eſſe falſum, licet credat minus bonum.* Sentit ergo cum probabiliter opinantibus. 43

Caietanus quoque V. Opinio idem ſentit, quod Armilla, nam dicit, non eſſe operandum ſecundum opinionem, *Quia omnis opinio ambigua eſt, vtpote cum formidine partis oppoſitæ.* Vnde quando opinio eſt ſine dubio, & formidine actuali, amplecti poteſt in eius ſententia. Et tenet 44

Digitized by Google

plures opiniones minus probabiles, nam *in tract. de celebrat. Miſſarum, c. 2.* docet vnica Miſſa ſatisfieri pluribus. Idem exercens in peccato mortali actum ordinis non conſecrationis non peccat, idem *tom. 2. tract. 10. de vſu ſpiritual.* & alibi ſæpius tenet opiniones probabiles. In ſummula enim ait; Confeſſarium non teneri imponere pœnitentiam pœnitenti, qui non vult ſatisfacere niſi poſt mortem, contra communem, & illum ſequitur Conradus *tom. 1. q. 7.* nulli autem dubium eſt, hanc opinionem eſſe minus probabilem.

43 Mercorus *part. 2. art. 26.* poſtquam recenſuit ſexaginta Doctores ſectatores opinionis probabilis, & pro ſua viginti tres tantum, inter quos enumerauit quatuor S. Patres, qui tamen pro illo non ſunt, ſed pro nobis, vt viſum fuit, conatur perſuadere, longè plures eſſe Auctores docentes, eſſe peccatum ſequi minus probabilem in concurſu probabilioris, & hanc quæſtionem fuiſſe deciſam tempore Apoſtolorum, ac proinde vocat eſſe illorum traditionem. Sed reuera multa proponit adhuc, ſed nihil penitus probat, non adducendo nec rationem, nec auctoritatem, ſed ſolum S. Thomam, S. Antoninum, Scotum, Gerſonem, & alios, quorum ſententiam retulimus verbis eorum propriis pro oppoſita opinione contra ipſum; immò ex Sacra Scriptura deduximus rationes pro natura contra ipſius placitum, vt videre eſt *cap. 13. n. 52.* de Angelis cuſtodibus opinantibus inter ſe ſecundum magis, & minus; *cap. 7. num. 88. cap. 24. num. 26.* de Roboamo ſecuto opinionem minus probabilem iuuenum, *c. 13. n. 13. & 20.* de S. Paulo opinante aliquando minus probabiliter. Demum retorquet argumentum contra aduerſarios, quod pro ipſis fecerat initio huius articuli ex maiori numero Doctorum, dum putat ſe probaſſe in numero excedere, quia Poſſeuinus *in ſua Bibliotheca, lib. 3. cap. 22.* ait, pluſquam ſexaginta ex antiquis enumerat, qui ſummas caſuum conſcientiæ ediderunt. Magnum quidem argumentum eſſet, ſi Poſſeuinus aſſeruiſſet ad minus, illos docuiſſet opinionem, quam tenet Mercorus; ſed hoc non dicit, quia nec vidit illorum Codices exterius, ideo melius erat facere, quam ſic loqui. Citat Tabienam *in proœm. ſuæ ſummæ,* aientem, *innumeros penè, & diffuſos ſuo tempore extitiſſe libròs in materia morali,* (ſed verba ſequentia non reſcripſit) *in his materiis perlegerem, viderémque varias in multis Doctorum ſententiis.* Quid ſignificant hæc poſtrema verba, quæ tacuit Mercorus? niſi quod ante ſua tempora circa 1500. variæ erant etiam tunc ſententiæ circa moralia, conſequenter vſus probabilitatum etiam tunc vigebat, vt nunc.

Sequenti *art. 27.* quærit, an citati Doctores, qui ſentiunt, eſſe peccatum ſequi opinionem minus probabilem, abſtrahendo, quod ſint plures, vel pauciores, ſint maioris auctoritatis illis, qui citantur pro oppoſita ſententia? 44

Affirmat, ſupponendo auctoritatis gradus in Scriptoribus non eſſe arithmeticè computandos ſecundum ipſorum pluralitatem, ſed ex præſumptione, quod veritatem doceant, ipſorum exiſtimatio ponderanda eſt, hæ autem præſumptiones ſunt plures, veriſimilitudo, ſinceritas, ratio, & ipſorum concordia in atteſtanda veritate. Quibus poſitis dicit, citatos ab eo Doctores pro affirmatiua, maximè veriſimile eſſe attigiſſe veritatem. 45

Primò probat, quia ſunt antiquiores, & licet iuniorum ſententiæ ſint cenſendæ veriores, vt animaduerterunt Iuriſperiti cum Iaſon. *in l. Venditores, ff. de verb. obligat.* in his tamen, quæ concernunt traditiones Apoſtolorum, & communem vſum ſeruandi Dei mandata, potius antiquioribus aquieſcendum eſt. 46

Impugnatur primò ſuppoſitum, quia etiam numerice ſpectantur Doctores in iudicio opinionum, ex quo vna eſt communior altera, & habetur edictum Theodoſij relatum à Candido *diſputat. 3. argum. 19.* his verbis: *Vbi diuerſæ ſententiæ proferuntur potius numerus vincat auctorum.* Quem citaui *cap. 7. num. 107.* ex eorum enim numero augetur probabilitas. *Secundò*, eius argumentum ſeipſum iugulat, nec releuatur per adiutorium falſitatis. Quis enim vnquam dixit, noſtram opinionem eſſe contra traditiones 47

Digitized by Google

ditiones Apoſtolorum, & communem vſum ſeruandi Dei mandata? Et conſiderando comparationem; quam facit Mercorus inter Doctores Antiquiores, & Modernos, inuenio ferè omnes antiquos Canoniſtas ſenſiſſe, licere ſequi opinionem minus probabilem; ſit mihi teſtis Sperellus noſtris temporibus virtutum ſplendor, qui *deciſ.* 119. *num.* 55. refert verba Innocent. *in cap. Ne innitaris, de conſtitut.* vbi inquit: *Quod ſi diuerſæ ſunt inter ſanctos opiniones, poſſumus adhærere minus probabili.* Et eum ſequuntur Ioan. Andr. *ibid. n. defunctus*, 1348. & Felinus *num.* 5. qui ex humanis ſublatus fuit 1503. vbi ait, quod id omnes tenent. Innocentius autem IV. illis antiquior obiit 1254. Ioannes de Imola *ibid. num.* 4. ait: Si verò inter ſanctos eſſent opiniones, tunc ſecundum Innocentium, & Compoſtellanum licitum eſt vnicuique dicere, & tenere quod vult, defunctus 1436. Ex his patet, antiquiores non eſſe cum Mercoro, ſed contra ipſum. Adde quod F. Andreas de Peruzinis Minorum Regularium obſeruantiæ, in ſua Analyſi puriſſimæ Conceptionis Deiparæ in Dedicatoria egregiè probat, tempus eſſe matrem veritatis, & cum eo creuiſſe ſcientiam, & cognitionem rerum naturalium non ſolum, ſed etiam ab eodem augmentum accepiſſe rerum cœleſtium, afferendo præ aliis Daniel. verba *cap.* 12. *Pertranſibunt tempora, & multiplex erit ſcientia.* D. Hieronym. *homil.* 9. *in Ezechiel.* inquit: *Quanto plus approximabit finis ſæculi, tanto magis Deus mittet acutiſſimos Doctores, quos illuſtrabit ſingulari ingenio pluſquam prædeceſſores, &c.* Poſteriorum ergo intellectus acutiores euadunt prioribus, ergo non minus iſtis illi ſunt exiſtimandi in tradendis doctrinis.

49

50

51 Initio huius articuli pro iunioribus refert exemplum de opinione celebrandi Miſſam ante recitationem Matutini, quæ aſſerebat eſſe peccatum mortale, quam ſequebantur pluſquam triginta Auctores, vocando nunc oppoſitam certiſſimam, vt reuera eſt. Hæc autem ſententia docet licere facere contra legem, ergo ſecundum ipſum non eſt ſequenda, quia dum *art.* 8. vult oſtendere eſſe peccatum ſequi minus probabilem; ait §. *Secundò*, quod minus probabilis eſt affirmatiua, & dicat actum eſſe licitum, & magis probabilis ſit negatiua, & ex oppoſito neget, actum eſſe licitum. Conſtat autem hanc opinionem, quæ vt affirmatiua ait, licere celebrare Miſſam ante Matutinum, non eſſe minus probabilem; ſed probabiliorem, ergo non dedit ibi certam regulam cognoſcendi minus probabilem à probabiliore. Præterea probabiliorem vocat eam; quæ nullum includit periculum peccandi, vt eſt ea, quæ docet rem eſſe illicitam, cum periculo transgrediendi legem, *art.* 28. §. *Secundò, lex non obligat.* Hæc autem de Miſſa eſt contra Rubricam Miſſalis, ergo ipſe ſecundum ſua principia non poteſt vocare eam probabiliorem. De hac opinione Miſſæ dixi *capite* 18. *num.* 90. *& 91.*

Secundò probat ex Ariſtotele, & S. Thoma dicentibus: *Probabilia dici, quæ videntur omnibus, vel pluribus, vel præcipuis, vel maximè notis*, id eſt, qui communiter noti ſunt, id eſt, iam approbati communiter, quos ſincerè ſuos euulgauerint libros, non ad auram popularem, &c. *Et ſuadet multa, & concludit*: De hac autem approbatione, Doctores in materia morali; qui hoc ſæculo ſcripſerunt, adhuc gloriari non poſſunt, ſicut antiquiores, inter quos præcipuè ſunt S. Thomas, & Scotus, qui ſunt noti, & præcipui, vt ea, quæ eis videntur, probabilia dicantur. 52

Impugnatur, noſtræ opinioni competunt dicta, quia videtur non ſolum pluribus, verum etiam ferè omnibus, de quibus *ſuprà num.* 14. *& in impugnat. præced.* & D. Thomas contra aduerſarios eſt ex probatis *infrà c.* 16. *& 25.* pariter Scotus *cap.* 17. ergo fruſtra locutus fuit. 53

Tertiò probat, quia Auctores pro opinione minus probabili non loquuntur vniformiter, referendo diuerſitatem ſectatorum huius opinionis; cum igitur non ſint vniformes non faciunt tantam auctoritatem, ac ſi vniformiter loquerentur, conſequenter pro vna ſententia vniuoca in hac materia omnes ſexaginta ſuperius enumerati citari non poſſunt. 54

Impugnatur, quia notum eſt apud omnes 55

omnes viros doctos, in doctrinis moralibus, procedendum eſſe cum ſuis declarationibus, ampliationibus, & reſtrictionibus iuxta exigentiam materiæ; habent enim moralia pro obiecto ipſa ſingularia variis ſubiecta circumſtantiis,& conditionibus. Vniuocatio igitur in hoc conſiſtit, quod omnes Doctores opinionis probabilis ſectatores aſſerunt, eam amplecti poſſe ſine peccato, quid vniuocius hac propoſitione?

CAPVT VII.

Proponuntur argumenta Candidi Philalecti de opinione probabiliori ſequenda, & ſoluuntur.

1 CAndidus Philalectus Presbyter Genuenſis vir eruditiſſimus compoſuit Diſputationem de Praxi opinionum impreſſam primo Matriti anno 1645. poſtmodum Cremonæ 1646. & inter alia ſequentem ſtatuit concluſionem *ſub q.*5.his verbis.

2 *Dicendum eſt, non eſſe licitum minus probabilem partem amplecti, relicta probabiliore.* Quam probat viginti argumentis.

3 Primum ex Ariſtotele: Opinari in nobis non eſt, ſeu non eſt nobis liberum opinari; ſed ſi licitè poſſemus ſequi partem minus probabilem eſſet nobis liberum opinari, ergo non poſſumus licitè ſequi minus probabilem. Maior eſt Philoſophi probata *q.*2. Minor probatur, quia ſi poſſumus licitè ſequi minus probabilem, ſicut magis probabilem, ergo eſſet nobis liberum opinari. Antecedens patet, quia non poſſumus licitè ſequi, niſi quam poſſumus opinari veram, nam quod non eſt ex fide, ſeu quod non credimus, aut opinamur licitum eſſe, peccatum eſt; ergo oportet, vt veram opinemur partem contradictionis minus probabilem, verbi gratia,hanc, licitum eſt habere plures præbendas.

4 Confirmat primò, ex aduerſariorum confeſſione aſſerentium, ad hoc, vt licitè quis agat, neceſſe eſſe, vt habeat iudicium probabile, ſeu vt opinetur, quod honeſtum eſt illud,quod agit, Sanchez *cap.*9. *num.*18. ergo neceſſe eſt opinari veram hanc, quam vult ſequi, honeſtum eſt, habere plures præbendas.

Confirmat ſecundò, quia ſi non poſſemus opinari veram tam illam, quam volumus ſequi, quam illam, quam relinquimus, conuinceremur amare, & ſequi magis falſum, quam verum. Igitur veriſſimum eſt illud antecedens, quòd iterum repeto, ſi poſſemus licitè ſequi minus probabilem, poſſemus ita opinari veram minus probabilem, ſicut magis probabilem. Tunc conſequentia currit, ergo liberam eſt nobis opinari nempè vtrumque, ſeu vtramque partis contradictionem, at hoc eſt contra Philoſophum, ergo. Hæ duæ confirmationes nihil plus argumento continent, quod ſcilicet, cum ſcilicet non ſit liberum intellectui opinari, non poſſumus licitè ſequi probabilem, quia ſi poſſemus ita opinari veram minus probabilem, ſicut magis probabilem, nobis eſſet liberum opinari, contra id, quod dicit Ariſtoteles. 5

Contra prædicta eſt, nam Ariſtoteles ibidem, hoc eſt *in lib.* 3. *de Anim.cap.*3. *text.*153. ponit differentiam inter imaginationem, & opinionem, quod imaginatio libertatem habet imaginandi ſibi, quòd pro ſuo libito vult, nam imaginatur & quod eſt, vt eſſe vrbem hanc vel illam, & quod non eſt, vt eſſe montem aureum, ſæpè id contingit auaris; non eſt autem liberum intellectui hoc modo opinari, neceſſe enim habet verum, vel falſum exiſtimare. Vnde imaginatio pro ſuo libito fingit tibi obiecta; hanc autem libertatem non habet intellectus opinatiuus à ſeipſo, ſed à voluntate imperante, vt probaui *cap.* 5. *num.* 33. & 34. & mediis dirigentibus per quæ tendit in obiectum neceſſariò apprehendens illud iuxta exigentiam mediorum, vti verum, vel vti falſum provt mediorum diuerſitas mouet intellectum ad aſſentiendum, vel diſſentiendum; Ariſtoteles ergo tollit opinanti libertatem ſibi fingendi obiecta vera, vel falſa, quia debet intellectus opinans exiſtimare obiectum verum, vel falſum iuxta motum mediorum; non verò tollit eidem libertatem iudicandi 6

Digitized by Google

candi hanc, vel illam opinionem eſſe magis, vel minus probabilem, cum per hoc non deuiet à ſua natura iudicandi hoc, vel illud, & mutare iudicium ex mutatione medicorum ſibi occurrentium; ex imperio intellectus. Confirmatur id, quia voluntas vti cœca mouetur ad operandum potius hoc, quam illud ab intellectu opinatiuo regulante illam; ergo intellectus poteſt modo proponere illi hanc opinionem minus probabilem, modo aliam magis probabilem, ergo liber in hoc eſt iudicio regulatiuo voluntatis, quæ illuminata, ſi erat cœca, vt omnes fatentur, in ſuo arbitrio eſt ſequi, quod mauult. Adde, quod in ſcholis concluſiones problematice defenduntur pro vtraque parte tanquam veræ ſecundum veritatem moralem à mediis acceptam. Intellectus ergo opinatiuus liber eſt in eo, quod mouetur ex imperio voluntatis, modo ab hoc medio, modo ab alio ad iudicandum diuerſimode probabilitatem opinionum, quas proponit voluntati ſequendas, vel non ſequendas; libertas igitur eſt in motu imperij voluntatis ab vna opinione in aliam ſibi oppoſitam: neceſſitas verò in iudicando, quia neceſſitatur, minus probabilem talem iudicare, & non probabiliorem, nec è contra magis probabilem eſſe minus talem, ſed iudicium ferre cogitur iuxta exigentiam mediorum. Non eſt ergo liberum nobis opinari verum pro falſo, nec è contra, & fingere, ſicut eſt in libertate imaginationis, quæ ſibi fingit, quod eſt, & quod non eſt; intellectus vero iudicare debet obiectum, ſicut ſibi proponitur per medium, à quo determinatur.

7 Neque ex his ſequitur, duas contradictorias verificari de eodem, quod eſt impoſſibile, quia contradictio de ſe impoſſibilis eſt illa, quæ reſpectu eiuſdem implicat, vt Deus eſt, Deus non eſt. Eſt licitum, non eſt licitum, prior ſimpliciter implicat; quia eius reſpectus eſt vnicus, nempè exiſtentia; poſterior verò non implicat, dum concipi poteſt reſpectu diuerſorum mediorum; nam eſt licitum frangere ieiunium grauiter ægrotanti, ſano verò non eſt licitum. Hæc ſunt clara. Et ex his tollitur reſponſum eiuſdem Candidi *ſub q.2.§.Dices*, vbi obiectioni, quod intellectus opinans per diuerſa media poteſt aſſentiri, reſpondet, quod ſicut vtraque per diuerſa media vera eſſe non poteſt, ita neque per diuerſa media vtraque credi poteſt. Illud antecedens probat per Ariminenſem dicentem, duas propoſitiones contradictorias non poſſe verificari vnquam, etiam reſpectu duarum cauſarum; quia alioquin tu, & ego poſſemus facere, vt duo contradictoria eſſent vera, quod neque Deus cum toto mundo facere poteſt. Perimit autem Gregorius dictum Candidi, ſubſequentibus verbis; dum dicit: Poſſunt quidem verificari reſpectu diuerſorum, verbi gratia, diuerſi temporis, ſeu diuerſarum rerum, quæ in eodem toto reperiuntur, & ſimilium; ſed tunc non ſunt contradictoria, vt inquit ipſe, cui in hoc non diſſentior, vt patet in exemplo allato de ieiunio. Itaque expreſsè falſum dixit Candidus, non poſſe vtraque per diuerſa media eſſe vera, nec credibilis, cum illi obſtet doctrina Ariminenſis, quem pro ſe citat. Nec ego nec tu facimus duo contradictoria eſſe vera, ſed hoc contingit ex eorum motiuis, vt dixi.

Secundum argumentum eſt hoc. 8
Ex conceſſis ab aduerſariis, ad hoc vt quis prudenter; & rectè operetur, debet habere probabile iudicium, quod licitum ſit illud, quod operatur; ſed qui ſequitur minus probabilem, non poteſt habere hoc probabile iudicium: ergo. Maior eſt euidens. Minor eſt Ariſtotelis; quia probabile iudicium idem eſt, ac opinio, ſeu opinari; opinari autem non eſt liberum, ſed ſequitur plura, & fortiora motiua, & in minus probabili non ſunt plura, & fortiora motiua, ſed in magis probabili: ergo minus probabilem non poteſt quis opinari, ſeu habere probabile iudicium de ea: ergo.

Contra eſt, quia cum hoc argu- 9
mentum nitatur illo Ariſtotelis fundamento, quod homini non ſit liberum opinari, iam reiecto, talis eſt reſponſio, minorem quoque, & eius probationem eſſe falſam; nam opinans poteſt ſequi non ſolum fortiora motiua; ſed etiam minus fortia; ſunt enim

enim & ipſa in re motiua, ergo habent mouere ſuo modo intellectum opinatiuum ad ſui aſſenſum, aliter motiua non eſſent; ſolum eſt differentia in eo, quod minus mouent, illa verò magis, ita exigente eorum vi comparatiua; conſtat ergo libertas intellectus opinantis, dum ex motiuis allicitur ad vtrumque verum.

10 Tertium argumentum: Ad hoc vt licitè agam, non ſufficit in iudiciis practicis, vt ſequatur, quod iudico probabile, ſed neceſſe eſt vt ſequar, quod opinor verum; ſed non eſt in mea libertate, vt opiner veram vtramque, nec vt opiner veram, quam volo; ſed neceſſe eſt, vt opiner veram, quæ habet fortiora motiua, qualis eſt magis probabilis; ergo neceſſe eſt, vt ſequar magis probabilem, vt licitè agam. Minor patet ex Ariſtotele: Maior pariter probata eſt, etiam denuò probatur. Quia cum vtraque oppoſita eſt probabilis, neceſſario vna illarum eſt vera, & altera falſa, ſed non poſſum promiſcuè ſequi tam verum, quam falſum; & multò minùs poſſum ſequi, quod magis rationabiliter falſum exiſtimo, nam ſic conuincerer, tam amare falſum, quam verum; immò magis falſum amare, quam verum. Ergo non ſufficit, vt ſequar probabilem, quia probabilis eſt tam falſa, quam vera, ergo ſi aliqua eſt opinabilis vera, quia habet fortiora motiua, neceſſe eſt, ſequar, quam opinor veram.

11 Contra eſt, quia reuera debeo credere eſſe verum id, quod volo ſequi, ac proinde eſſe veram opinionem minus probabilem, quam volo ſequi, vt benè agam. Minor verò eius, quod ego non poſſim vtramque veram opinari, ſed neceſſitari probabiliorem opinari veram propter fortiora argumenta, omnino falſa eſt, quia vt probaui in reſponſione ad primum, intellectus opinatiuus liber eſt ad opinandum verum in opinione minus probabili, quia ad hoc mouetur ab ipſis argumentis, vt eam iudicet veram, prout argumenta id ſuadent, libertatem ergo habet iudicandi vtramque opinionem, cum vtraque ſe repræſentet potentiæ ſub ratione veri ſecundum magis, & minus, caret vero libertate fingendi vnam pro alia, in quo differt ab imaginatione, quæ fingere poteſt quod vult, quia ab obiecto non mouetur, ſed potius à ſeipſa.

Ad probationem maioris dico, eſſe omnino falſum, quod quando vtraque eſt probabilis, neceſſario vnam illarum eſſe veram, & alteram falſam, quia vtraque reputatur vera. Nam ſi ambæ ſunt aliqualiter probabiles, non eſt maior ratio, cur vna ſit falſa, & altera vera, cum ex illa æqualitate non niſi æquale deduci poſſit; impoſſibile eſt enim, quod æqualitas producat inæqualitatem, idem ergo ſemper producit idem, & non diuerſum. Si ſunt inæquales, vna magis, altera minus probabilis, cum probabilior dicatur non ſolum vera, ſed verior, ſequitur, quod minus probabilis ſit minus vera, ac probabile quod ſit vera, quia comparatiuum ſupponit poſitiuum in vtroque extremo ſecundum magis, & minus, ex vulgatis iuribus, vt docui *cap.* 5. *num.* 4. Deinde, hoc eſſe probabile, quod eſt in opinione minus probabili, indicat veritatem ei ineſſe, cum ſecundum Philoſophum, & omnes illud dicatur probabile, quod à multis creditur verum; ergo cum opinio minus probabilis, ſit probabilis, continet in ſe ſuam veritatem ſibi proportionatam, ſecundum quam homo prudenter operari poteſt, & ex hoc ruunt cætera dilatantia argumentum. 12

Confirmat maiorem ſui argumenti, quæ cum ſit aduerſariorum, non occurrebat, eam ponere in diſcrimen, ex Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 18. Ad rectè operandum, neceſſarium eſt iudicium probabile dictans hoc opus, ſeu hanc actionem eſſe licitam; ergo non ſufficit iudicium, dictans probabile eſſe, hoc eſſe licitum. Sunt enim hæc duo iudicia valde diuerſa. Primò, quia iudicium dictans probabile eſſe, hoc eſſe licitum, non eſt iudicium probabile, ſeu opinatiuum, ſed eſt ſcientificum; nam certo ſcitur, hoc eſſe probabile, quod nititur probabili fundamento; at iudicium dictans hoc eſſe licitum, eſt ſolum probabile, & opinatiuum, quia non certo ſcitur, hoc eſſe licitum, ſed eſt in opinione tantum. At tu ô 13

Sanchez

Digitized by Google

Sanchez: & vos ô cæteri quærebatis iudicium opinatiuum dictans, hoc eſſe licitum, ergo non ſufficit vobis illud iudicium ſcientificum dictans probabile eſſe, hoc eſſe licitum, ſed vlterius oportet habere illud opinatiuum dictans, hoc eſſe licitum; quod eſt dicere, neceſſe eſſe habere iudicium opinatiuum de veritate huius, hoc opus eſt licitum; non de probabilitate, nempè probabile eſt, hoc eſſe licitum. Ergo oportet non tantum iudicare, probabilem eſſe illam propoſitionem, quod ſcitur, ſed opinari veram, quod tantum in opinione verſatur.

14 Secundò diuerſa ſunt illa duo iudicia, quia cum iudicio ſcientifico, quod ſit probabile illud eſſe licitum, ſtat etiam, quod habeam iudicium pariter ſcientificum, quod probabile ſit illud idem eſſe illicitum, quia iudicium de probabilitate eſt de re non vt eſt, ſed vt apparet; poteſt autem apparere per vnum quidem medium licita, per aliud illicita; quare ſtant ſimul hæc duo iudicia, quibus iudico certiſſime, probabile eſſe, quod ſit licitum: & probabile eſſe, quod ſit illicitum, & cum his nondum iudico de veritate, an ſit licitum, vel illicitum, ſed ſolum de apparentia, cum qua ſtat adhuc dubia de veritate, & tam ſtat eſſe licitum, quam illicitum; vnde cum ſtet cum iudicio de probabilitate, opus tam eſſe licitum, quam illicitum, non poſſum cum tali iudicio progredi ad opus, quia non minus illicitum, quam licitum eligerem, & adhuc iudicando ſic probabile vtrumque, ſum in dubio, an liceat, quia iudicium de probabilitate ſtat cum dubio de veritate.

15 At verò cum iudicio opinatiuo, quod tale opus ſit licitum non ſtat, quod opiner pariter eſſe illicitum, quia ex probatis alibi, & vt per ſe patet, non poſſum opinari aliquid eſſe licitum, & pariter illicitum, quia hoc ſicut nullo modo poteſt eſſe, ita neque opinari quiſquam illud poteſt. Et hæc magna differentia iudicij de probabilitate rei, & iudicij de veritate rei, nam probabilitas, ſeu apparentia poteſt eſſe vtriuſque partis contradictionis, nam per diuerſa media diuerſimode res apparere poteſt; modo vera, modo falſa, at ſecundum veritatem rei, vno tantum modo poteſt eſſe. Cùm igitur non poſſim opinari ſimul aliquid eſſe licitum, & illicitum, quiſquis habet iudicium opinatiuum de aliquo opere, quod ſit licitum, non poteſt habere de eo aliud pariter opinatiuum, quod ſit illicitum; & ſic cum opinetur ſolum eſſe licitum, poteſt progredi licitè ad opus; quod non poteſt facere ille, qui iudicat ſolum probabile eſſe, quod ſit licitum, quia hic pariter iudicare poteſt probabile eſſe, quod ſit illicitum, & ſic adhuc eſſe dubius de licito, vel illicito. Quare probata manet illa maior, quam ſupra probare nitebamur, quod non ſufficit, vt licitè agam, me iudicare probabile aliquid eſſe, ſed oportere etiam, vt opiner verum, & ſic concludit noſtrum tertium argumentum.

Confirmatio hæc ſatis prolixa 16 concludit ad benè operandum non ſufficere iudicium ſcientificum de probabilitate, quod aliquid ſit licitum; ſed præterea requiri aliud iudicium dictum probabile, ſeu opinatiuum de veritate rei; ſtare enim poteſt, quod per iudicium ſcientificum aliquid ſit licitum, & illicitum, quia hoc iudicium eſt de re, non prout eſt, ſed prout apparet; poteſt autem apparere licita, & illicita per diuerſa motiua; ergo cum hoc tantum operari non poteſt, cum adhuc dubius ſit de veritate, quod dubium tollere debet per iudicium opinatiuum, quod ſimul vtrumque dictare non poteſt, cum impoſſibile ſit idem eſſe licitum, & illicitum ex parte rei, ideo veritatem rei indicat, vt rectè operari poſſit.

Contra eſt primò, quia Sanchez 17 *eo num.* 18. reiicit opinionem Caietani aſſerentis, ad benè operandum deſiderari iudicium certum, & euidens dictans hoc opus eſſe licitum, quia quando ſolum practicè probabiliter iudicat aliquid eſſe licitum, ſimul etiam iudicat probabiliter eſſe illicitum. Sanchez verò ait, non requiri iudicium certum practicè, ſed ſuffi-

E cere

cere probabile iudicium cum formidine partis oppoſitæ, quippe quia formido vnius partis non excludit aſſenſum determinatum circa aliam, ſed in eo tantum conſiſtit, vt quis per actum reflexum rationes illius partis, cuius aſſenſum habet, non eſſe euidentes, ſed tantum probabiles.

18 Ex his habes, eum prudènter operari poſſe, qui ſolùm probabilem habet cognitionem, quod res aggredienda eſt licita, quia iudicium opinatiuum, nec euidentiam, nec certitudinem rei provt eſt in ſe habet, ſed ſolum certitudinem moralem apparenter veram ex motiuis eam indicantibus; nam ſi deberet conſtare de certitudine euidenti, & obiectiua rei in ſe, iudicium non eſſet ex conſcientia opinante, ſed ex conſcientia recta ex euidentia obiecti; ſed cum ſcimus in moralibus, ſufficit ad cognitionem licitatis, vel illicitatis rei agendæ iudicium opinatiuum dictum probabile à Sanchez cuius eſt proximè iudicare qualis ſit res agenda, licitanè, an illicita, vnde iudicium, quod Candidus vocat ſcientificum de probabilitate, Sanchez vocat probabile propter cognitionem probabilem, qua res probabiliter, non euidenter, & ſcientifice, ſed ſolùm opinatiuè exiſtimatur licita.

19 Contra ſecundò, quia ea diſtinctio iudicij ſcientifici de probabilitate, & de veritate rei per iudicium opinatiuum, falſa eſt, & ſibi contraria. Nam, qui iudicat per iudicium ſcientificum, quod ſit probabile, illud eſſe licitum, ſimul & ſemel opinatur illud eſſe tale, quale iudicatur; ergo iudicium ſcientificum idem eſt ac iudicium opinatiuum, tùm quia vtrumque iudicium habet pro obiecto aliquid opinabile, tùm quia iudicans aliquid eſſe probabile ſimul, & ſemel iudicat eſſe licitum, quia procedit iudicium illud ex actu prudentiæ; Tùm quia eſſe probabile, & eſſe licitum in ordine ad opus coincidunt; nam hoc eſſe probabile indicat poſſe fieri ſine peccato, ac proinde probabile infert eſſe licitum, quia quod eſt illicitum fieri non poteſt ſine peccato. Deinde dum dicit, cum iudicio ſcientifico, quod ſit probabile, illud eſſe licitum, ſtare etiam, quod probabile ſit illud idem eſſe illicitum, inſinuat eſſe magis iudicium practicum opinatiuum, quam ſcientificum; quia opinio habet pro obiecto rem; non provt eſt, ſed provt apparet, & tale obiectum habet etiam iudicium ſcientificum ex ipſo Candido, ergo cenſendum eſt idem iudicium, & non duo. Inſuper dum iudico de probabilitate rei, quod ſit licita, non habeo iudicium ſcientificum, quod probabile ſit, illud idem eſſe illicitum, ſed tantum habeo formidinem partis oppoſitæ, quod & ipſa ſit licita, hæc enim eſt natura opinionis, vt ſit aſſenſus vnius partis licitæ, cum formidine, quod etiam alia pars ſit licita, non vero, quod ſit illicita; debeo enim ad id moueri per media perſuadentia illicitatem eiuſdem, quia oppoſita per oppoſitas rationes cognoſcuntur. Præterea ineptè dicit, quod per iudicium opinatiuum cognoſcitur veritas rei, quæ vno tantum modo poteſt eſſe, non verò, quod idem ſit ſimul licitum, & illicitum; quia dum habet vnum iudicium opinatiuum quod res ſit licita, non poteſt habere de eadem aliud iudicium opinatiuum, quod ſit illicita. Nam iudicium opinatiuum non eſt opinari de veritate rei provt eſt, ſed provt apparet, hoc enim eſt obiectum opinionis, illud vero ſcientiæ, quod perperam commutauit Candidus, dum iudicium ſcientificum retulit ad rem non provt res, ſed provt apparens; opinatiuum vero ad rem provt eſt, contra communem rectè ſentientium ſicut quidam fecit magnus Theologus, qui creationem vocauit productionem ex aliquo, ex nihilo vero factionem, peruertendo vſum terminorum potius capricioſe, quam ſapienter, contra communem vſum omnium ſapientum. Vide *c.19.n.20.& ſeq.* rem melius impugnatam.

Concludamus ergo ad benè operandum, neceſſarium eſſe iudicium practicum opinatiuum, ſeu probabile de licitate rei agendæ, non vero eſt neceſſe, quod certo ſciat, & euidenter rem illam eſſe licitam ex parte rei talem, ſed ſolum apparenter per motiua certitudinem apparentem indicantia, aliter ſi euidentem haberet veritatem rei provt eſt, non eſſet iudicium 20

Digitized by Google

iudicium opinatiuum, nec probabile, ſed ſcientificum, & ex conſcientia recta procedens.

21 Quartum argumentum eſt hoc: Ille non licitè agit, qui non ſequitur dictamen rationis; ſed qui ſequitur minus communem, non ſequitur dictamen rationis, ergo. Minor probatur, ille non ſequitur dictamen rationis, qui non ſequitur inclinationem rationis ad aſſenſum, quod hoc ſit faciendum, vel non faciendum; ſed qui ſequitur minus probabilem, relicta probabiliore, non ſequitur inclinationem, &c. Maior patet, quia dictamen rationis eſt inclinatio eiuſdem ad aſſenſum, ſiue illa inclinatio, & aſſenſus ſit cum certitudine, qualis eſt in ſcientia, ſiue cum formidine, qualis eſt in opinione; nam dictamen rationis eſt etiam iudicium probabile, vt concedunt aduerſarij, quod ſufficit, quia ſi non ſufficeret, nihil agere poſſemus; nam agibilia, ſeu moralia non habent certitudinem, inclinatio ergo ad aſſenſum cum formidine eſt dictamen rationis, quia illud dictat ratio faciendum, ad cuius aſſenſum ſufficienter inclinatur ex motiuis rationabilibus. Neque inclinari poteſt in contrarium, quia opinari non eſt liberum, vt probatum eſt. Neque eſt aliud aſſignare, quod requiratur, ad hoc, vt ratio dicatur dictare probabiliter, niſi vt inclinetur ad dandum conſenſum, quod hoc ſit faciendum.

22 Minor verò, quod qui ſequitur minus probabilem, relicta probabiliore, non ſequatur inclinationem intellectus ad aſſenſum, probatur, quia inclinatio ad aſſenſum fit eo, vbi ſunt plura, & fortiora motiua; ſed in minus probabili perpenſa cum magis probabili non ſunt plura, & fortiora motiua, ſed ſunt in magis probabili, ergo qui ſequitur minus probabilem, relicta probabiliore non ſequitur inclinationem intellectus ad aſſenſum, ſeu aſſenſum ipſum; nam illi aſſentiatur intellectus neceſſe eſt, in quod fortius inclinatur, cùm liberum non ſit opinari; atque ita à primo ad vltimum, cum qui ſequitur minus probabilem, relicta probabiliore, non ſequatur aſſenſum intellectus, qui eſt dictamen rationis, quod inter duo contradictoria neceſſariò tendit eò; vbi ſunt fortiora motiua, quæ ſemper ſunt in probabiliore, non poteſt licitè agere. Et hoc argumentum, ſi benè intelligatur, puto demonſtratiuum. Et vis in eo eſt, quod poteſt quidem aſſentiri ratio minus probabili, cum non eſt oppoſita probabilior, ſed cum hæc eſt, non poteſt, quia opinari non eſt liberum, ſed inter duo contradictoria neceſſe eſt opinari illam partem vbi ſunt fortiora motiua.

Contra eſt, quia tota vis huius argumenti in eo conſiſtit, quod non eſt liberum opinari, ſed intellectus inclinatur præſtare aſſenſum in opinionem probabiliorem, quæ fortioribus motiuis fulcitur. Iam in reſponſione primi eius argumenti, hoc fundamentum, *Non eſt liberum opinari*, reiectum fuit, intelligendum eſſe, intellectum non habere libertatem opinari, eodem modo, quo imaginatio imaginatur, quæ ſibi fingit obiecta; intellectus verò opinatiuus exiſtimat iuxta exigentiam motiuorum, in reliquo autem intellectus opinatiuus præſtare poteſt aſſenſum cuilibet ex partibus probabili ſcilicet, & probabiliori pro ſuo libito. Adde, quod voluntas ipſa illi imperare poteſt, vt ſibi dictet, an poſſit ſequi minus probabilem, relicta probabiliore. Præterea ponit libertatem in intellectu opinatiuo, dum in fine dicit, quod poteſt ratio aſſentiri minus probabili, cum non eſt oppoſita probabilior, quod videtur ſignificare, eſſe liberum opinari inter æquales, ergo admittit liberum opinari. 23

Quintum argumentum ſit: Quicumque in ſyllogizando practicè in ordine ad electionem faciendam non adhibet moralem, ac debitam diligentiam, vt verè ſyllogizet, non excuſatur ab ea ignorantia, ſeu errore, ſi erret. Seu, quod idem eſt, qui ſcit, ſe non adhibuiſſe moralem diligentiam, quam debet, ad cognoſcendum, quod ſit verum, vel falſum, in agibilibus, quod ſit licitum, vel illicitum, peccat, ſed qui ſequitur minus probabilem, relicta probabiliore, non adhibet moralem diligentiam, ac debitam, vt non er- 24

ret in ſyllogizando, immò diligit plus errare: ergo non excuſatur, ſi erret, quemadmodum ſæpè errare contingit. Maior patet, quia ignorantia vincibilis, & affectata non excuſat.

25 Minor probatur, quia nemo dicet, adhibuiſſe moralem diligentiam ad aliquod negotium rectè peragendum illum, qui ſponte minus probabiliora media adhibuit ad eius rectam executionem, cum hic, vt plurimum à fine aberret; nam ratio diligens vt in pluribus non fallitur, & maior ratio eſt exiſtimandi illum falli, qui ſequitur minus certa ſigna veritatis, quam illum, qui ſequitur magis certa, ſeu minus fallibilia.

26 Confirmatur, quia quis dixerit, aliquem adhibuiſſe diligentiam ad cognoſcendam, & eligendam veram monetam, qui illam quæ minus vera eſt, elegit? & ex duobus equis emendis Domino ſuo, quorum alter eſt malus, alter bonus, illum emit, qui attentis omnibus indiciis bonitatis, minus bonus videtur. Confirmatur totum argumentum; quia qui non ſatagit, vt cognoſcat, & agat iuſtum, non agit iuſtè.

27 Contra eſt, quia hoc argumentum ſupponit, hanc diligentiam eſſe adhibendam in gradu comparatiuo, & non ſufficere in gradu poſitiuo, quod debebat probare: nam certum eſt, quod quiſque debet quidem eſſe diligens, ſed non diligentior, Gloſſ. *in cap. Licèt ergo*, 15. 8. *quæſt.* 1. *V. Præſtantior*, reſoluens in poſitiuum, Petrus Nauar. *lib.*2. *de reſtitut. cap.*1. *num.*59. Leſſius *lib.*2. *cap.*7. *dub.*6. cum illis Megal. 1.2. *l.*2. *cap.*31. *num.*25. Quis ergo non tenetur eſſe melior: nam melius eſt eſſe virginem, quam coniugatum; hoc autem eligi poteſt minus bonum, ſine peccato, ergo & minus probabilem, relicta probabiliore, quæ melior eſt. Exempla de moneta minus vera, & equo minus bono, ſeu malo non faciunt ad rem in eo, quod ſupponitur potius negligentia, quam minor diligentia; in electione autem opinionis verè probabilis, relicta probabiliore, eſt adhibita diligentia neceſſaria, cum de eius probabilitate conſtat apud Claſſicos Doctores.

Sextum argumentum eſt ex Tullio aſſerente *in lib. De ſenectute*, quod magnæ felicitatis eſt, veras opiniones in ſenectute ſaltem aſſequi; at veræ opiniones non poſſunt rem euidenter oſtendere, ſeu veritatem demonſtrare; ergo cenſendæ ſunt magis probabiles, & vt veras aſſequamur, magis probabiles aſſequi debemus. 28

Confirmatur *ex* 2. *de Anima*, *textu* 152. Intelligere, in quo eſt rectè quidem prudentia, & ſcientia, & opinio vera, non rectè autem contraria horum. Ex quo ſic argumentor: Rectè intelligere, & ſapere, eſt ſequi opiniones veras; ſed qui ſequitur minus probabiles, vt plurimum ſequitur falſas; quia vt plurimum ratio humana poſt diligentem diſcuſſionem non fallitur; ſignatum eſt enim ſuper nos lumen vultus Dei, qui eſt prima veritas, & argumenta rei indicant de re. Igitur qui ſequitur minus probabiles, vt plurimum non rectè intelligit, neque ſapit, vnde prudens appellari non poteſt, neque bonus, quia voluntariè complectitur id, quod vt plurimum eſt error: nam ex duabus contradictoriis, cum neceſſario vna ſit vera, altera falſa, minus probabilis, vt plurimum erit falſa. Confirmatur, quia ſic in Chriſtiano populo paulatim corrumpentur mores, & ſana doctrina circa ipſos: nam corruptio morum, & doctrinæ moralis eſt introductio falſarum plurimarum opinionum; ſed ſequendo minus probabiles, ſequemur falſas; ergo introducentur ſic plurimæ falſæ, &c. 29

Confirmatur ſecundò, de ſana doctrina circa mores, quod corrumpetur in Chriſtiano populo magna ex parte, & malis, ſiue corruptis moribus; quia ſana doctrina, eſt vera doctrina; non enim quia putat quis aliquid eſſe licitum, ſi eſt illicitum, eſt ſana doctrina, ſed falſa, & per ſe mala; neque boni ſunt mores, ſi verè mala ſunt ſecundum rem; quia quis putat eſſe bonos, ſed per ſe mali ſunt. Docet enim Ariſtot. 5. *Ethic. cap.* 9. *& lib.* 7. *c.* 1. eſſe quem inconuenientem per ſe, ſi faciat quod per ſe eſt contra continentiam, alium verò per accidens, quia putat ſic eſſe. Quare ſi ſequamur minus probabiles 30

Digitized by Google

probabiles opiniones circa mores, cum hæ vt plurimum ſint falſæ, mores per ſe mali in Chriſtianam doctrinam, ac vitam inducentur, & peccata multa ſaltem materialia ſuadebuntur, & publicè, & paſſim admittentur; quod non eſt parui æſtimandum; nam doctrinæ Chriſtianæ veraciſſimæ, ac de ſe potius ſeueriori, quam laxiori multum repugnat, & obeſt admiſceri zizania errorum, qualia ſunt materialia peccata, & laxitatum in genere moris, immò peccata materialia fiunt formalia, niſi adhibeatur debita diligentia ad illa cognoſcenda, & vitanda.

31 Quis autem dixerit, illum adhibere diligentiam, vt cognoſcat, & euitet peccata, ſeu errores, & falſitates, qui dedita opera ſequitur id, quod magis apparet peccatum, error, & falſitas, quam contrarium? Nam ſi magis probabilis apparet magis vera, oportet, vt contradictoria minus probabilis appareat magis falſa, quam vera; quia vnam falſam eſſe neceſſe eſt. Proptera Sanctus Thomas *opuſc. 8. articulo decimo tertio*, ait, quem peccare, ſi facit contra legem Dei, etiam ſi non arbitretur facere, quod intelligendum eſt, ſi non adhibuerit debitam diligentiam, vt veritatem cognoſceret.

32 Contra hoc prolixum, & inutile argumentum, quod ſupponit, opinionem probabilem eſſe falſam, & illicitam, quo fundamento poſito, alacriter potuit alia perſuadere, quæ non faciunt contra noſtram ſententiam, qua ſuſtinemus, nos poſſe tuta conſciencia ſequi opinionem verè probabilem, & talem cognitam ex diligentia adhibita, relicta probabiliore; non verò dicimus poſſe ſequi opinionem improbabilem, falſam, vel dubiam de ſua probabilitate; nemo enim ſanæ mentis ita delirat, vt velit id aſſerere; argumentum autem cum ſuis confirmationibus probat, non eſſe ſanam doctrinam, ſed corrumpere mores falſas, & erroneas opiniones, quod nos vltro concedimus.

33 Opinio autem minus probabilis reſpectu probabilioris continet ſuam veritatem non naturalem, quia eſſet ſcientia, non opinio, quas Ariſtoteles *loco ab eo citato*, inter ſe diſtinguit, ſed moralem, quod negari non poteſt, in ſententiam etiam Ariſtotelis, qui in loco præcitato veritatem tribuit non ſolum ſcientiæ, ſed etiam opinioni; ergo neceſſe eſt, quod alia ſit veritas ſcientiæ, nempè obiectiua, alia opinionis, ne confundantur, nempè moralis cum formidine partis oppoſitæ. Præterea id non negat aduerſarius; dum enim dicit, quod magis probabilis apparet magis vera; inferre debuit, quod minus probabilis eſt minus vera, non vero inferre, quod minus probabilis apparet magis falſa, quam vera propter contradictorias, quia in comparatiuis illatio fit ſecundum magis, & minus circa idem poſitiuum participatum ab vtroque comparato, vt notum eſt apud omnes, quare ſic inferendum eſt: Opinio magis probabilis eſt magis vera; ergo minus probabilis eſt minus vera, nam aliquid dicitur magis in ordine ad aliud quod eſt minus tale.

Septimum argumentum, in nullo alio humano negotio graui, in quo agatur de proprio cuiuſque commodo, ſeu intereſſe ſequitur quis minus probabilem partem, aut minus veriſimilia ad illius finem conſequendum; ac ſi quis illa ſequatur negligentiæ, ſeu culpæ ipſius imputabitur; ergo multo minus id faciendum eſt in negotio animæ, in quo agitur de offenſa Dei, & de vita æterna conſequenda; ac ſi id fiat, negligentiæ, & culpæ imputandum eſt. Antecedens patet ex ſupradictis de ſeruo emente equum ſigna habentem minora bonitatis, & monetam eligente auream, quæ minus veri auri apparet; quis enim hunc non culpauerit de malè acto negotio Domini. Neque dicas in caſu noſtro, negotium male agi non poſſe, quia ſufficit ad hoc, vt benè agatur, vt probabilem opinionem ſequamur; nam hoc ſufficere, quando relinquimus magis probabile, eſt illud, de quo diſputamus; neque à te vt verum, eſt aſſumendum, & non ſufficere, ſatis ſupra probatur. 34

Deinde, cur, ſicut non ſufficit terreno Domino, vt ſeruus ipſius minus veri- 35

ſimilia media adhibeat ad negotium rectè perficiendum, ſufficiet cœleſti, vt eligat homo minus veriſimilia media ad rectum inueniendum, & perficiendum? Nonne ſi errauerit, vt ferè errabit, arguetur, eo quod ſponte errauerit?

36 Contra eſt, quia argumentum ſupponit in negotiis quibuſcumque adhibendam eſſe diligentiam comparatiuam, & non ſufficere poſitiuam, quod reiecimus in reſponſione contra quintum argumentum, probantes ſufficere eſſe diligentem; neque Deus vnquam homini præcepit, vt eſſet diligentior, ſed tantum diligens, 2.Paralip.19.7. *Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite.* Non dixit, *cum magna diligentia*, ſed ſimpliciter *cum diligentia*; inſinuans per hoc, quod contentus eſt diligentia poſitiua, quia difficile eſt diſcernere gradus diligentiæ, ideo homini ſufficit diligentiam adhibere, quam ſufficienter videtur adhibuiſſe ille, qui conſuluit libros, & peritos, quam opinionem tenere poſſit. Nec valet ex eo, quod homines exactam adhibent diligentiam, & pro ſuo intereſſe quærunt ſemper probabiliorem opinionem, & non minus probabilem, inferre, ergo & pro conſcientia debent ſequi probabiliorem, quia ex facto non debito, quale eſt ſequi opinionem probabiliorem in negotio temporali, cum huic fauori cedere poſſit, non infertur debitum, & obligatio, vt notum eſt.

37 Nec vrget exemplum de ſeruo emente equum minus bonum, & recipiente aurum minus verum, quia in eo ſupponitur negligentia, quæ abeſt ab opinione probabili, vt dixi ad præfatum quintum argumentum. Deinde licet argenteum florentinum ſit magis verum, hoc eſt, argentum perfectius, quam alterius Principis, & duplæ quatuor cuneorum ſint auri purgatioris, & ideo pluris ſint æſtimatæ, quam aliorum, non ideo tamen ſeruus recipiens in ſolutum monetam inferioris valoris non eſt culpandus de male acto negotio, cum illud benè egerit, etiam relicta purgatiore moneta, cum Domino ſuo nullum intulerit damnum; pari ratione, qui relinquit opinionem probabiliorem, & ſequitur minus probabilem benè agit, quia animæ ſuæ non præiudicat; exemplum ergo de moneta pro nobis facit, contra aduerſarium; contra quem eſt etiam *leg. Cuſtodiam*, 3. *ff. de peric. & com. rei:* vbi dicitur, quod quis in rebus alienis exactior diligentia eſt adhibenda, quam in ſuis, ergo minor diligentia etiam in rebus conſcientiæ, quæ noſtra eſt, non aliena, & cum id non arguat culpam, nec vitium erit, eligere minus probabilem opinionem relicta probabiliore.

Verùm quidem eſt, quod terrenus Dominus à ſeruo intendit exquiſitam diligentiam, quia diffidit de ſeruo, ideo præſcribit ei exactam diligentiam, id eſt, neceſſariam ad perficienda ſua negotia, non tamen maiorem, quia ad id ſeruus non tenetur, nec Dominus præcipere poteſt; pari ratione Deus, qui omnia nouit, homini præſcripſit ea media, per quæ euitaret peccata, eius diuinam legem cuſtodiendo, quam non tranſgreditur ſequendo opinionem probabilem, relicta probabiliore, ad quam neminem obligauit, cum eius iugum ſit ſuaue, & onus leue, non aſperum, & variis perplexitatibus intricatum, vt eſſet, ſi deberemus ſequi opinionem probabiliorem. Homo propter intereſſe inhiat in ſeruo maiorem diligentiam, non Deus, qui petit tantum neceſſariam, non ſupereffluentem, & ſuperabundantem, quæ eſſet ſuperflua, ſicut eſt reſpectu Domini nimis timentis de rebus ſuis. Dico, quod eſt ſuperflua, quia per neceſſariam diligentiam benè cuſtodio mandata Dei, ergo maior ſuperabundat, & ſuperfluit. 38

Octauum argumentum: Si quis arcu iaceret ſagittam, & collimaret ad aliquod ſignum, & probabilius illi eſſet ſic iaciendo collimaturum, ſed cum læſione manus; certè is, ſi multo plus æſtimaret collimationem, quam manum illæſam, ſine dubio ſequeretur, niſi ſtultus eſſet, probabiliorem rationem collimandi cum læſione, quam minus probabilem ſine læſione: ſed in exquirendo, quod eſt licitum, iacimus quaſi ad collimandum; ergo ſi multo pluris faceremus agere quod eſt licitum, quam aliquod noſtrum temporale commodum, probabiliorem partem agendi, 39

quod

Digitized by Google

quod eſt licitum, ſequeremur potius cum incommodo temporali, quam minus probabilem cum commodo. Atque hoc eſt, quod S.Thomas docet illo *quodl.*8. eum, qui dubitans eſſe malum, illud facit, anteponere temporale ſpirituali. Neque dicas, illum, qui ſequitur minus probabilem, non dubitare practicè, ſed deponere dubium, per hoc, quod probabilem opinionem ſequitur, aſſerentem, quod ſit licitum. Quia non habet vllam rationem, ſeu opinionem aliorum probabilem, quod ſit licitum, at habet probabiliorem, quod ſit illicitum, vnde cum habeat motiua maiora ex parte, quæ aſſerit illicitum, non poteſt, neque phyſicè opinari, quod ſit licitum, quia liberum non eſt opinari; ſed oportet ſecundum motiua; ſi ergo non poteſt opinari, quod ſit licitum; neque poteſt deponere dubium, quod habebat, & ſic in dubio non poteſt licitè agere, immò eſt in deteriori conditione pro eo licitè faciendo, quam qui eſt in dubio, quia cum habeat fortiora motiua inclinantia ad aſſenſum, quod illud ſit illicitum opinandum eſt illi, illicitum eſſe, non autem contrarium; Itaque minus poteſt illud licitè facere, quam qui eſt in dubio, & hoc argumentum benè nota.

40 Contra eſt, quia non placet hæc collimatio, nam probabilior collimatio cum læſione manus ordinatur ad finem lucri, & ſic ſi non eſt ſtultitia in iaciente, certè culpatur de auaritia, & turpi lucro, quod anteponit propriæ ſaluti manus, quam non curat ſeruare illæſam, dummodo lucretur. Vel fit recreationis cauſa, & hoc ſtulte fit; quia recreatio animi non quærit læſionem, ſed lætitiam, non triſtitiam,ſed gaudium. Quouis ergo modo ſpectetur collimatio,melius eſt collimare ſine læſione, & incommodo; imprudens enim eſt ille, qui cum læſione propria ludit, ſi ſine illa agere poteſt.Æſtimare pluris collimationem, quam manus læſionem imprudentis eſt, quia conſeruationem membrorum pluris facere debemus, quam ludum quemcunque etiam licitum, cum hi ad ſolatium inuenti ſint, & non ad læſionem; ideo conſeruatio membrorum præferenda eſt cuicumque ludo; & collimationi probabiliori.

Applicat ſuam collimationem, 41
dum ait: ſed in exquirendo quod eſt licitum iacimus quaſi ad collimandum. Non collimo, id eſt, non vtor opinione minus probabili ante exquiſitionem, ſed ante habeo notam eius probabilitatem, & collimo, licet non ita probabiliter in gradu comparatiuo, ſequendo minus probabilem, cum meo commodo, & ſine læſione, quia probabilius non collimo; ergo hic nullum peccatum, ſi nulla læſio.Concludit autem; ergo ſi multo pluris æſtimaremus agere quod eſt licitum, quam aliquod noſtrum temporale commodum,probabiliorem partem ſequeremur potius cum incommodo temporali, quam minus probabilem cum commodo. Dico, quod aliud eſt æſtimare, aliud operari, illud pertinet ad intellectum, hoc ad voluntatem; magis æſtimo probabiliorem, quam probabilem, ſed quoniam voluntatis eſt eligere opinionem, poteſt tuta conſcientia eligere probabilem, quæ in ſe continet ſuam veritatem licitatis ad benè operandum. Neque mihi videtur benè, & ad rem collimaſſe comparatiuè ad conſcientiam, quia ex parte probabilioris collimationis ponit læſionem, & poſtea in applicatione læſionem ponit ex parte minus probabilis collimationis, id eſt, opinionis, quam putat non eſſe licitum ſequi. Adde, quod collimationis exemplum ab eo allatum videtur facere pro nobis; nam probabilior eſt iactus vicinior centro, quam qui non eſt ita vicinior, qui dicitur minus probabilis, & cum vterque ſit in ſigno, neuter aberrauit, ſed vterque dicitur iactus legitimus, licet vnus ſit perfectior altero. Ita pari ratione iactus conſcientiæ, nempè iudicium probabile, & probabilius ambo ſunt intra ſignum ſyndereſis,à cuius veritate deſcendunt; ideo cum vtraque opinio contineatur intra ſignum & limites veritatis moralis, altera amplecti poteſt, altera relicta.

D. autem Thomas nihil contra 42
nos, qui tantum ait, non eſſe licitum agere cum conſcientia dubia, quia anteponit ſic agens temporale ſpirituali, agebat contra eum, qui

Digitized by Google

dubitans retinebat duas præbendas. Qui autem opinatur probabiliter non dubitat, vt inquit ipſe Sanctus *in fine q.* 13. vt retulimus *cap.* 6. his verbis: *Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Nulli dubium eſt, quod probabilior opinio fert eſſe illicitum poſſidere plures præbendas, & tamen hanc ſequi poſſe non negat D. Thomas, ab eo, qui tenet eſſe id licitum, licèt minus probabiliter.

43 Reſponſio eius ad id, quod ſibi obiecit nomine aduerſariorum, quod depoſito dubio, ſequitur opinionem probabilem, nullius eſt momenti; quia nititur eo fundamento ſæpius reiecto, quod non ſit liberum opinari, & ſic non poſſe deponere dubium; id enim eſſe falſum, experientia conſtat, intellectum modo præſcribere voluntati eſſe vnum quid agendum, modo non eſſe agendum propter nouum motiuum ſuperueniens, quod antecedenter ignorauit; liberum ergo eſt opinari, ſed non fingere vnum pro alio, ſicut facit imaginatio. Ex quibus patet, quam falſum ſit dubitantem eſſe melioris conditionis, quam opinantis ſecundum minus probabilem.

44 Nonum argumentum ex multis abſurdis, quæ ab inuicem diuiſerunt aduerſarios, quorum aliqui eorum aſſertores conati ſunt limitare, & cum exceptionibus eſſe intelligendum, quod licet ſequi opinionem minus probabilem; alij negarunt eſſe abſurda, quamquam reclamante conſcientia, quod enim concedunt abſurdum non eſſe, immò aſſerunt, prudenter, & licitè fieri, id ipſi ſecum agi nullo modo vellent; nempè ſi ægrotarent, nanciſci medicum, qui minus probabilem viam ipſos curandi ſequeretur, aut ſi litigarent, &c.

45 Probatur igitur ex primo abſurdo de medico; ſequeretur enim medicum curantem ægrotum, cui magis probabile eſſet tale medicamentum, non profuturum; minus vero probabile profuturum, cum habeat aliud æquè probabile, quod magis probabile eſt, profuturum, poſſe tunc licitè dare illud medicamentum, quod minus probabile eſt, profuturum, relicto eo, quod eſt magis probabile, profuturum, ſed hoc eſt abſurdum; quia nullus vellet talem medicum, qui probabilius non curaret, & non curando permitteret mori; & ſimiliter poſſet dare medicamentum, quod magis probabiliter obeſſet, & minus probabiliter prodeſſet, & ſic probabilius occideret.

Reſpondent aliqui concedendo maiorem, & negando minorem, ita Azor. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 11. Arragon, Salas, & Diana. Sed hæc reſponſio non ſatisfacit, quia nemo eligeret medicum qui probabilius occideret, quam ſanaret, & ſi quis hunc eligeret, hunc cenſerem ægrotum magis mente, quam corpore, &c. 46

Reſpondent alij melius, teneri medicum ſequi probabiliorem cum Suarez, & Sanchez *cap.* 9. *num.* 41. non ex debito iuſtitiæ, & ſui officij, ſed ex caritate. 47

Sed contra primò, quia medici officium eſt adhibere medicamenta, ſi præſto ſunt, quæ opinatur profutura, & non obfutura; ſed minus probabilem partem ex dictis ſuperius, non poteſt opinari, probabiliore relicta, eo quod hæc habeat fortiora motiua, quæ neceſſe eſt intellectum ſequi in iudicando de re ipſa, nempè de medicamento, an hoc, vel illud dandum ſit, ergo ſi ſequitur minus probabilem non ſatisfacit officio ſuo, & ſic peccat contra iuſtitiam. 48

Secundò, quia nulla eſt ratio exceptionis, immò ex hoc dicto Sanchez, probo contra ipſum, propoſitionem noſtram generalem, quia ſi caritas proximi petit, vt certiori medio, quo poſſumus, ægro ſubueniamus, ergo etiam amor veri, & recti, quod in omnibus noſtris actionibus ſpectare debemus, poſtulat, vt certiori modo illud aſſequamur; nam verum, & rectum eſt participatio quædam, & ſumma ſimilitudo diuini eſſe, & ſummè à Deo diligitur, &c. Adeoque præponendum eſt omnibus temporalibus, & humanis commodis, quia eſt quoddam præcellens bonum, & diuinum; ſi igitur ex amore ægri tenemur vti medio certiori ad hoc vt ei ſubueniamus, ergo non minus ex amore veri, & recti, quod à nobis amari, & tota diligentia inquiri 49

Digitized by Google

quiri debet, & quod niſi ſic inquiramus, & amemus, peccamus formaliter, non tantum materialiter. Neque de ignorantia excuſamur, tenemur vti modo certiori, vt illud aſſequamur, ita ſicuti, qui non vtitur certiori modo ad ſubueniendum ægro, conuincitur ex Sanchez, & Vaſquez non diligere ægrum, & peccat; ita quicumque non vtitur medio certiori ad aſſequendum verum & rectum, ſeu honeſtum, & ſic conuincitur hoc ipſo malus. Proſequitur ſuadendo, ſed non probando.

50 Contra eſt, quia hic duo falſa ſupponit, & opinionem probabilem, non eſſe veram, & rectam, ac proinde medicinam minus probabilem obeſſe, & necare ægrotum; & nos teneri ſequi quod melius eſt; vtrumque ſuperius reiecimus, eſt enim improbabile, & extra verum aſſerere, quod medicamentum minus probabile nocet, & affert mortem, cum ſit canonicum, & iuxta leges medicinæ, licet aliud reperiatur magis efficax, vtrumque ergo habet vim ſanandi ſecundum magis, & minus; ideo nullum inde ſequitur abſurdum, quod verè ſit tale, nam abſurdum morale peccaminoſum eſt illud, quod rationi repugnat, nulla eſt autem repugnantia, aut abſurdum, quod medicus tradat medicamentum minus probabile, relicto probabiliore, quam & hoc prodeſſe poſſit ægroto, ſi non tantum, ad minus tantillum, conſequenter medicus operatur ſecundum leges medicinæ; non ergo necat, neque proinde abſurdum eſt, niſi materiale, nam abſurdum ſequitur ex aliquo malè facto, vel intellecto.

51 Nec mireris, ſi ægrotus, & litigans quærunt magis peritum medicum, & aduocatum, quam minus doctum, quia cum id ſit quid facti, & priuati hominis, non arguit in medico, & aduocato, ſeu iudice obligationem dandi medicinam, & conſilium meliora, cum ſufficiat, quod non ſint mala, licet ſint minus bona relatiuè ad meliora; nam ægrotus & litigans non obligantur quærere meliores medicos, & iudices, atque aduocatos, cum id ſit in eorum arbitrio, ergo ex eorum diligentia voluntaria non eſt inferendum debitum in aliis vtendi probabiliore opinione; Confirmatur, quia medicus non magis obligatur curare ſanitatem ægrotantis, quam ipſe infirmus eandem ſibi procurare, quia quicquid agit medicus, facit in gratiam infirmi; ſed infirmus non tenetur ſequi opinionem probabiliorem pro ſe, ergo nec medicus pro ipſo. Minor conſtat ex eo, quod multi medicum non quærunt, ſed Deo ſe commendant parcè edentes, nec de hac omiſſione ab aliquo fit eis ſcrupulus; ſufficit enim, quod quis non ſe occidat, non ſe malè tractet mutilando, & quærendo mortem.

Decimum argumentum eſt ex abſurdo de iudice ferente ſententiam contra eum, qui pro ſe habet rationes maioris momenti, quam ille, in cuius fauorem fert ſententiam; at hoc abſurdum eſſe nemo non videt: Tùm quia ſententia debet ſequi iudicium intellectus, ſeu rationis; at iudicium intellectus nullo modo poteſt inclinari in illam partem, quæ habet minora motiua, quia opinari non eſt nobis, quare ſi ſententia fertur pro parte debiliori, fertur contra iudicium, & dictamen rationis, & ſic omnino iniqua eſt. Tùm quia ſine ratione, immò contra rationem maius ius læditur, quod eſt ex parte vnius, non igitur audiendi ſunt apud Sanchez hoc non videri abſurdum; quibus profecto tale iudicium in ſua cauſa diſpliceret, & ſe iniquè cauſa cecidiſſe conquererentur. 52

Contra eſt, quia aliqui tenent; quod nulli facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo; iudex autem à nullo prohibetur ſequi ſententiam minus probabilem, ergo ſententia hoc modo ab eo lata iuſta eſt; & ſententia in hoc ſequitur iudicium rationis dictantis iudicem ferre poſſe ſententiam iuxta probabilem opinionem, relicta probabiliore, cum voluntas vti cæca moueatur à dictamine rationis, quæ ſuadet vſum probabilis opinionis eſſe licitum; vnde nec ius alterius læditur, cum ab eo non auferatur, cuius nondum poſſeſſionem habet, licet ſperet. Falſum quoque eſt, quod opinari non ſit nobis liberum, vt pluries ſuprà probaui. Nec mouet rationem ab opinione probabili, quod ipſemet iudex in ſua cauſa conquere- 53

conquere

conquereretur de tali iudicio, quia talis lamentatio eſt quid facti conſequens etiam quemlibet victum, contra quem fertur ſententia quouis modo iuſta. Proſequitur Candidus examinando aliorum rationes hoc modo.

54 Reſpondent igitur alij, Sanchez, Vaſquez, & Cardinalis Lugo, eſſe diſparitatem in hoc caſu excepto à regula. *Primò*, quia cum ſint partes, ius cuique reddendum eſt, ſecundum merita cauſæ. *Secundò*, quia Reſpublica conſtituit iudicem, vt dirimat cauſas, ſecundum quod ei melius videbitur. *Tertiò*, quia videtur acceptio perſonarum, ſicut cum digniore poſthabito, confertur beneficium minus digno.

55 Impugnat Candidus ſupradicta immerito, dicendo, nullam adeſſe diſparitatem, vnde ſi abſurdum eſt, ſequi minus probabilem in hoc caſu, erit etiam generaliter in aliis. Vt autem id probet.

56 Ad primum reſpondet non obſtare, quia in cæteris caſibus quibuſcumque non deſunt partes ius ſuum exigentes, & quidem pluris æſtimandæ, ne forte lædantur, quam accidat in cauſis iudiciorum de rebus temporalibus. Nam cum quæritur, ſit ne aliquid licitum, vel non, partes ſunt lex honeſti, & humana libertas; ſunt Deus Legiſlator exigens honeſtum, & homo, qui ſæpè ſuum commodum intendit, vnde dicitur populis ex Dei nomine Iſaiæ 41. *Simul ad iudicium propinquemus.* Deus itaque; & homo ſunt partes; quare reddendum omnino, quod eſt Cæſaris, Cæſari, & quod eſt Dei, Deo; idque ſecundum merita cauſæ, quæ ſunt motiua maiora, vel minora, quod non facit, qui ſequitur minus probabilem. Denique neque minoris æſtimanda eſt læſio honeſti, & offenſa Dei, quam læſio partis, nempè fortis; læditur autem honeſtum, & Deus offenditur, quando non adhibetur debita diligentia, vt honeſtum cognoſcatur, qualem non adhibere probauimus, eum, qui ſequitur minus probabilem.

57 Contra eſt, quia in ſolis litigiis reperitur partium collitigantium coram iuridicè altercatio, ad iudicium enim formandum tria concurrunt iudex, actor, & reus, vt experientia patet, quibus iudex miniſtrat iuſtitiam, ſecundum quod exigit iuſtitia, vt ſcilicet vnicuique reddatur quod ſuum eſt, & ſic reddendum eſt id, quod litigatur, illi qui habet potiora iura, quia clarè apparet rem eſſe huius, non alterius, contra quem iura clamant; & in ferendis ſententiis iudex ſeruare debet æquitatem, *l. 91. ff. de reg. iur.* quam non ſeruaret, ſi faueret habenti minora merita in cauſa, deuiaret enim à tramite iuſtitiæ, cuius præcipuè proprium eſt æquitas ex Cicer. 1. *offic.* Deinde iudex 58
non ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum allegata, & probata iudicare debet, *leg. Illicitas*, 6. §. *Veritas, de officio praced.* Iudex autem eligens opinionem minus probabilem potius agit ex conſcientia, quam ſecundum ius, allegata, & probata, quæ ſuadent iudici ad fauendum habenti potiora iura, ipſe enim iudex, ſicut cum partes conueniunt, debet ſequi earum voluntatem in ferendo ſententiam, *leg. Si conuenerit*, 26. *ff. de re iudic.* ita & debet ſequi voluntatem habentis potiora merita in cauſa, iure enim merito petit ſibi miniſtrari iuſtitiam contra aduerſarium, qui minora habet iura, iudex enim ſententiam ferendo non facit ius, ſed illud declarat, *leg. Leges*, 9. *Cod. de legibus, leg. Sicuti*, 8. §. *ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus vend.* Ius autem præcipit, 59
vt vnicuique quod ſuum eſt, reddatur; conſtat autem, habentem potiora iura habere pro ſe ſententiam fauorabilem ex interpretatione iuris, ergo pro eo iudex debet ferre ſententiam. Præterea pugnant ad inuicem actor, & reus, ergo conditio litis non fert, vt iudex arbitrium habeat fauendi quem voluerit ex opinionibus, ſequendo minus probabilem, ſed debet fauere ei, qui habet potiora iura, quia virtute horum contendit cum aduerſario iure merito, ergo iudex tenetur ſequi meliorem opinionem.

Hæ autem ſpecialitates nulla ratione inueniuntur in aliis cauſis, vt 60
patet conferendo cum ſupradictis, nam in aliis non reperitur iudex inter actorem, & reum, ſed intellectus præcisè regulat voluntatem, dictãdo, & præſcribendo ei quod poteſt ſequi opinionem,

Digitized by Google

opinionem, quam mauult ſine vllo peccati periculo, abſque relatione ad alteram perſonam, quæ ſit actor, vel reus; ideo intellectus vti iudex præſcribendo voluntati opinionem minus probabilem alteri parti non præiudicat, quia nullus eſt, qui litiget. Iudex tenetur ſecundum allegata, & probata iudicare iuxta petitionem litigantium, vnde tenetur potius ſequi voluntatem litigantium, vt dixi, iudicando ſecundum eorum merita in cauſa; in aliis verò cauſis intellectus iudex non ſequitur voluntatem, ſed voluntas operatur ſecundum iudicium ſibi ab intellectu propoſitum. Iudex non debet operari ſecundum ſuam conſcientiam priuatam, vt dictum fuit, ſed iuxta allegata, & probata; homo verò in aliis operatur ſecundum conſcientiam priuatam regulatam à motiuo benè operandi. Pugna, & altercatio eſt, & quidem magna, iuxta illud: *Extingue flammas litium* inter litigantes, nulla in aliis cauſis cum idem contra ſeipſum non poſſit litigare, quia nemo aduerſatur ſibi, ideo non eſt neceſſe ſequi opinionem probabiliorem ad euitanda ſcandala, & iurgia, quæ accidere poſſunt in litigiis.

61 Deducitur ex prædictis ineptè aſſignari in aliis cauſis partes exigentes ius ſuum, nam lex pars non eſt, nec libertas humana, ſed lex eſt obiectum, & regula, ſecundum quam intellectus præſcribit voluntati rectum modum operandi, & reus ſe accommodat recto iudicio intellectus opinantis aliquid eſſe licitum, & honeſtum, vel illicitum, & non honeſtum; itaque hîc partes non ſunt, Deus, & homo; nec lex & libertas; quis enim miniſtrabit illis iuſtitiam, quid litigat lex cum Deo, & libertas cum homine? dum conueniunt ad inuicem. Tu dicis Deum partem, contra quem ipſe litigat? Quis erit iudex miniſtrans illi iuſtitiam? Tu vocas Deum partem, quem pariter appellas iudicem, non eſt ergo pars, ſi eſt iudex, vt verè eſt; neque officio iudicis Deus fungitur, dum cum intellectu opinante, & voluntate operante, dirigit, & cooperatur ad rectum iudicium, & licitam operationem, quam dictat conſcientia opinans. Et cum in aliis cauſis non habeat locum miniſtratio iuſtitiæ, ad quid perſuadet in illis reddendum eſſe Cæſari, quod Cæſaris eſt, & Dei Deo; cum aliud prætérea ſit reddere rationem villicationis ſuæ, & aliud iudicare de recta operatione, vt benè fieri poſſit, redditur enim ratio de factis, non de faciendis.

Profert D. Candidus ſecundum argumentum aduerſariorum his verbis: Secundò, quia Reſpublica conſtituit iudicem, vt dirimat cauſas, ſecundum quod ei melius videbitur. *Impugnat ſic*: Neque ſecundum obſtat, quia ſi Reſpublica tale iudicium exigit à iudice in cauſis minoris momenti, quales ſunt res temporales, Deus quoque iure optimo tale iudicium exigit à nobis in cauſis grauioribus, quales ſunt animæ, & æternæ vitæ; & eadem omnino ratio eſt, cur Reſpublica ſic exigat, & ſic Deus, nempè amor recti, & æqui, quod ſemper ſpectare debemus, & quantum poſſumus, illud aſſequi. 62

Contra eſt, quia ex eo, quod conſtat in Republicis benè ordinatis iure præcipi iudicibus, vt in cauſis procedant ſecundum quod eis melius videbitur, non infertur, Deum idem præcepiſſe in negotiis animæ prohibendo, ne quis poſſit ſequi opinionem minus probabilem; Deus enim nulli præcepit, vt melius ſequeretur, ſed tantum quod bonum eſt, & rectum agat. Melius verò tantum præſcribit iudicibus in ferendis ſententiis, vt obuiaret eorum malitiis, & ne eſſent in iudiciis acceptatores perſonarum, *Reg.* 12. *in* 6: *cap. Nouit.* 13. *de iudic. cap. fin.* 3. *q.* 9. vbi dicitur, quod vnicuique tribuendum eſt, quod ſuum eſt, æqualitate ſeruata, quantaecumque & qualiſcumque prædicta ſit perſona auctoritate, ſic prorſus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium irrogetur, vt afferretur, ſi ſententia pronunciaretur pro eo, qui habet minora merita cauſæ. Ad præcauendum igitur altercationes, odia, & malitias hominum fuit neceſſarium, vt iudicibus præſcriberetur certa regula ferendi ſententias pro illis, qui habent meliora iura, quam pro illis carentibus. 63

Hæ

64 Hæ rationes non habent locum in cauſis animæ, ideo Deus hominibus non præſcripſit, vt melius operarentur, ſed tantum benè, & rectè, vt ſupra oſtenſum fuit, quod fit, ſequendo opinionem probabilem, tunc enim homo prudenter dicitur agere ſequendo dictamen conſcientiæ opinantis, quod bonum, & licitum eſt. Quidam interrogauit Chriſtum, quid ſibi eſſet agendum pro obtinenda vita æterna, reſpondit; Serua mandata, & quia iuuenis dixit, ſe illa ſer-
65 uaſſe, ſubiunxit Chriſtus Matthæi 19.21. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, &c.* Non dixit: *Si vis perfectior fieri*, quia iam perfectus es, dum ſeruas mandata, ſed dixit: *Si vis perfectus eſſe.* Demonſtrando per hoc, quod Deus neminem obligat melius, nec perfectius facere, ſed tantum operari benè, & rectè, qualiter agit ille, qui ſequitur opinionem minus probabilem. Vnicum Deus dedit præceptum de meliori, & perfectiori dilectione ſui, ſupra cæteras creaturas, quia ſic exigebat ſummum bonum obiectum noſtræ dilectionis, & amoris, vt Deus à nobis amaretur plus, quam pater amat filium. In reliquis hominem reliquit liberum, vt in eius poteſtate eſſet benè, & rectè facere, vel melius, & rectius operari pro ſuo arbitrio. Accedit quoque diſparitas, quia diuina lex ſuauis eſt, clara, & certa obſeruatur, non difficilis, nec intricata, aut impoſſibilis, quæ Deus non
66 præcipit. Deus autem ſummè bonus, quia omniſciens eſt præterita, præſentia, & futura, præuidendo infinitas & contrarias opiniones in futurum tam difficiles intellectu, & prudenti diſcretione quaſi inextricabiles; eſt enim notum ſapientibus, & inſipientibus, ferè in ſingulis actionibus humanis reperiri contrarias opiniones etiam tales ſecundum maiorem, vel minorem probabilitatem; noluit reſtringere libertatem humanam, ſed vnumquemque reliquit liberè opinari, ſecundum illud Pauli Roman. 14. 5. *Vnuſquiſque abundet in ſenſu ſuo*, id eſt, ſequatur ſuam opinionem; ibi enim Apoſtolus agit de diuerſis iudiciis, & opinionibus hominum. Supradictæ autem difficultates non accidunt in iudiciis, ſed ex actitatis proceſſibus ferè ſemper conſtat, quinam habeat potiora iura, cui fauere debet iudex. Et perputo eſſe ſufficienter ſatisfactum reſponſo aduerſarij.

Qui tertium proponit argumen- 67
tum aduerſariorum huius tenoris. Tertiò, quia videtur acceptio perſonarum, ſicut cum digniore poſthabito, confertur beneficium minus digno. *Impugnat autem ſic.* Neque tertium obſtat, immò militat magis pro nobis, quia ſi acceptio perſonarum iniqua eſt, cum ratio, & æquitas maior vnius hominis deteriori alterius in gratiam hominis pôſtponitur; quanto magis iniqua erit, cum ratio maior, & æquior Dei iubentis, vt fiat licitum, quantum poſſibile eſt per nos illud cognoſci, & exerceri poſtponitur deteriori hominis, parere recuſantis in gratiam ipſius hominis.

Contra eſt, quia Regula de acce- 68
ptione perſonarum habet locum ſolum in iudiciis, vt expreſsè dicitur *in Reg.* 12. *in* 6. & accipitur ex cap. 18. Prouerb. num. 5. *Accipere perſonam impij, non eſt bonum, vt declines à veritate iudicij.* Eſt autem acceptio iniquus fauor vnius non merentis contra alium merentem. Id tale nec imaginari rectè, niſi velimus fingere, poſſumus in aliis cauſis extra iuſtitiam, dum enim ſequor, vel doceo opinionem probabilem amplecti poſſe, relicta probabiliore, nullius perſonam accipio contra aliam, ſed ſolum dicto id, quod rectè fieri poteſt, abſque alterius præiudicio. Quibuſnam præiudicatur, cum docetur, quem poſſe frangere ieiunium, la-
borare ſeruiliter, &c. Demum vnum 69
ſupponit falſum, Deum offendi, & peccare illum, qui ſequitur opinionem minus probabilem, cum tamen ſic operari nullum ſit peccatum, ex ſententia communiſſima pluſquam centum Doctorum, quos enumeraui *ſub cap.* 6. ſolum iſte numerus tam notabilis deberet deterrere aduerſarium, qui pro ſe nullum habet certum auctorem, præter vnicum Merendam, qui nihil probat, melius illi fuiſſet, non fuiſſe oblocutum.

Vndecimum argumentum ex ab- 70
ſurdo, quod ſequitur in adminiſtratione Sacramentorum, in qua ſe-

quendo

quendo minus probabilem exponit ſe quis periculo irritandi Sacramentum, quia ſi ita fiat, minus probabile eſt confici, quam ſi alio modo fiat, quo magis probabile eſt, ſeu etiam certum, illud confici; at ſe exponere periculo errandi in re tanti momenti, cum poſſit quis tale periculum vitare, graue eſſe peccatum per ſe ſatis apparet, ergo.

71 Reſpondent Sanchez, & Valentia, non eſſe hoc abſurdum, neque vllam irreuerentiam Sacramento exhiberi. *Primò*, quia probabilem partem ſequi poſſumus, ſicut in aliis caſibus, in quibus aliquod periculum eſt, ne materialiter ſaltem contra præceptum peccemus, & tamen quia ſequitur quis minus probabilem, non arguitur tanquam reus inobedientiæ præcepto exhibitæ. *Secundò*, quia etiamſi ſequatur quis magis probabilem, adhuc eſſet periculum, ne irritaretur eodem modo Sacramentum. Dicunt tamen iſti, quod ſi ſubueniendum ſit proximo indigenti effectu huius Sacramenti, non ſolum minus probabilem, ſed neque magis probabilem partem licet ſequi, ſi aliqua alia ratio ſit certa, & tuta rectè conficiendi Sacramentum, quia hæc ex lege charitatis tunc eſt amplectenda.

72 Sed contra eſt, inquit Dominus Philalettus, quia quando agitur, non vtrum aliquid liceat, ſed vtrum aliquid fiat, magna differentia eſt; nam cum quæritur, vtrum aliquid liceat, quod incertum eſt, ſufficit iudicium probabile de licito, ad hoc, vt illud ex alia regula generali iuſtiſſime, & certiſſime liceat; quia vt liceat aliquid, non tenemur in rebus moralibus certitudinem habere, quia vix vnquam habere poſſumus, ſed probabilitas ſufficit, illa ſcilicet, quæ maior haberi poteſt, vel quæ ſit probabilitas ſimpliciter, & non ſecundum quid, vt dictum eſt, & infrà etiam patebit, quare licitum in tali materia ſolum pendet à noſtro iudicio.

73 Atqui cum quæritur, an aliquid fiat, qui effectus non tam à iudicio noſtro, quam à determinatione, ſeu inſtitutione alterius pendet; non ideo illud fiet, quia ita iudicamus, ſi inſtitutio, ſeu determinatio alterius aliter ſe habeat; vnde in primò caſu, an liceat, probabiliorem ſequendo non me expono periculo faciendi illicitum, quia ſcio, eſſe licitum agere cum illo probabili iudicio, ex illa certa regula generali, de qua ſupra in prima quæſtione. At in ſecundò, an fiat, expono me periculo non faciendi, ſiue minus, ſiue magis probabilem ſequar, & imprudenter ago, & in re graui, qualis eſt confectio Sacramentorum, grauiter pecco, ſi cum poſſim ſequi certam, & tutam faciendi, ſequar probabilem, & non tutam faciendi. In primò ergo caſu non pecco, quia ſequor tutam, licet non tutiorem, vt infrà explicabitur. In ſecundo pecco, quia in re grauiſſima non ſequor tutam, in ordine ſcilicet ad conficiendum. Quare non ſolum ex ratione charitatis, ſed etiam ex reuerentia Sacramento debita, tutam ſemper ſequi debeo, nempè certam non faciendi irritum Sacramentum. Ita docet Suar. *diſp. 26. de Pœnit. ſect. 6. n. 5.*

Vnde patet reſponſio ad duas rationes eorum, qui contrarium aſſerebant, quia in caſu conficiendi Sacramenta, neque minus, neque magis probabilem, cum alia eſt certa, ſequi licet, quia hæc ſolum tuta eſt, vt conficiatur; in cæteris verò caſibus, in quibus quæritur, an quid liceat, magis probabilis eſt tuta, & illam ſequi licet. 74

Contra prædicta à Candido eſt, quia doctrina Sanch. tradita *lib. 1. c. 9. num. 32. ad 36.* validis rationibus ab eo firmatur ideo tenenda, non ſolum quando opinio eſt, an licitè fiat, an validè fiat, quia eadem ratio currit in vtroque caſu; nam opinio vel eſt circa iuriſdictionem, vel circa materiam, & formam, in priori caſu eſt certiſſima opinio, quod Eccleſia ſupplet iuriſdictionem, vt ſuo loco dicam; in poſteriori caſu licitum certum quoque eſt, eum, qui poteſt habere materiam certam debere relinquere incertam quandocumque conſtat eſſe incerta, quia euidenti periculo ſe exponit irritum faciendi Sacramentum. Sed de hac re latiùs ſuo loco. 75

Suarez ab eo allegatus dicit, quod duo 76

duo ſunt modi circa opinionem iuriſdictionis abſoluendi; primus, quod Eccleſia ſupplet eam in ſacerdote inualide approbato, & vocat hunc modum probabilem; ſecundum verò probabiliorem, nimirum pœnitentem cum mortalibus habentem etiam venialia, abſolui validè à venialibus, ſuper quibus habet verè iuriſdictionem, & conſequenter, & indirectè tunc abſolui etiam à mortalibus; ergo id non eſt conforme dictis à Candido excludente omnem opinionem ab adminiſtratione Sacramentorum, quia eorum valor non ab opinione, ſed ab inſtitutione pendet. Sed hoc verum eſt in caſu quo conſtat de inſtitutione talis, & talis materiæ, alia enim adhibenda non eſt; ſi vero in opinione eſt hæc vel illa materia, tunc opinari poſſumus eſſe à Chriſto inſtitutam non ſecus, ac materia certa; & ſi ea vtimur, benè vtimur, quia à Chriſto cenſetur inſtituta, & ſic pendet ab eo, & non à nobis; pono exemplum in attritione vt tali, quamuis certiſſimum de fide ſit, contritionem eſſe materiam eſſentialem Sacramenti Pœnitentiæ, nihilominus tamen omnes ferè Theologi

77 aſſerunt valde probabiliter etiam attritionem vt talem cognitam eſſe eiuſdem Sacramenti materiam ſufficientem ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ, vt colligitur ex Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.*.... vbi declaratur attritio eſſe donum Dei, & Spiritus Sancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ad differentiam contritionis, qua Deus inhabitat in contrito ante abſolutionem, ſed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat, qua poſita vti vera parte huius Sacramenti, melius declaratur ſenſus, & effectus verborum abſolutionis à peccatis; nam ex præmiſſa contri-

78 tione, Sacerdos non dicitur abſoluere à peccatis, cum iam contritione ſint deleta, ſed per ea verba dicitur declarare abſolutum pœnitentem iam fuiſſe à peccatis per actum contritionis; abſolui verò à peccatis ex præmiſſo actu ſolius attritionis, per quam non remittitur peccatum attritum niſi per abſolutionem Sacramentalem. Vericellus *tract.* 2. *q.* 38. *num.* 9. putat cum grauiſſimis Theologis eſſe temerarium, falſum, & erroneum negare ad gratiam præmerendam in hoc Sacramento, non ſufficere attritionem.

Duodecimum argumentum ex diuinis Scripturis Eccl. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo*, ex qua ſic formo argumentum: Qui non vitat, quantum poteſt, periculum peccandi materialiter, quod quantum poteſt, nempè adhibita morali diligentia vitare tenetur, iſte amat periculum, & perit in illo, ſeu peccat formaliter; ſed qui minus probabilem ſequitur, relicta probabiliore, non vitat quantum poteſt, periculum peccandi materialiter, quod quantum poteſt, ſeu adhibita morali diligentia vitare tenetur, ergo. Maior eſt certa ab omnibus conceſſa: Minor etiam patet ex ſupradictis, quia nemo dicit, illum, qui in eligenda moneta, ſeu equo, eligat minus habentem veræ monetæ, ſeu boni equi ſigna, diligentiam moraliter debitam, ac ſufficientem adhibuiſſe, vt bonam monetam, & bonum equum eligeret; conſequentia currit. 79

Contra eſt, quia probatum eſt *cap.* 5. *num.* 18. *& ſeq.* in vſu opinionis probabilis, relicta probabiliore, nullum eſſe periculum peccati nec materiale, niſi remotiſſimum, quod in nullius eſt conſideratione. Vel dic cum aliis, quod nemo tenetur vitare periculum materialiter peccandi, quia non eſt ipſum periculum in ſe peccatum, nec cauſa peccati, quando eſt remotum, ex probatis *cap.* 5. *num.* 26. intelligitur ergo maior de periculo proximo, vt ibidem probatum fuit. Ad minorem dico ſufficienter vitari periculum inducens ad peccatum formaliter, quod ſufficit, vt rectè operari valeamus; nam non eſt timendum peccatum, vbi eſſe non poteſt, vnde fruſtra adhibetur maior diligentia ad vitandum peccatum, vbi non reperitur periculum ad illud ordinatum. Nec malè agit, qui bonam monetam, & equum accipit, licet potuiſſet eligere meliorem, ſatisfecit enim ſuæ obligationi, quia ea moneta, & equus iuſto pretio ad illum peruenerunt, iuxta dicta ſuperius *ſub num.* 37. 80

Decimum

81 Decimum tertium argumentum Eccl. 19. *Qui citò credit, leuis eſt corde*; & in rebus dubiis non eſt de facili præſtandus aſſenſus, ex D. Thom. *quodl.* 3. *art.* 10. reſpondente quæſtioni; an auditores diuerſorum Magiſtrorum tenentium diuerſas opiniones excuſentur à peccato erroris, ſi opiniones Magiſtrorum teneant, qui proinde cum dicit, in dubiis non eſſe de facili præſtandum aſſenſum, intelligit de dubio, quod naſcitur ex diuerſitate opinionum; adeoque peccare illum, qui illas non examinat, vt ſequatur veras, ſed facile ſequitur vtrámvis ex auctoritate illius Doctoris. Et *quodl.* 8. *art.* 13. aſſerit, cum ſunt contrariæ opiniones, oportere ad hoc vt quis non peccet, vt ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducatur, & poſt adhibitam diligentiam, non inueniat aliquid, quod eum moueat ad hoc, quod ſit illicitum, ſeu ad putandum, quod illud, quod eſt acturus ſit illicitum; ſed qui ſequitur minus probabilem, relicta probabiliore, inuenit aliquid, quod eum moueat ad opinandum, quod ſit illicitum, immò quod plus mouet, quam moueat, quod probat eſſe licitum, & ex contrarietate opinionum incidit in dubium, cum non ſit ratio, cur magis eſſe licitum, quam illicitum opinetur. Immò in deteriori ſtatu eſt, & magis culpabiliter agit, quam qui eſt in dubio, quia agit contra inclinationem intellectus in alteram partem, quod eſt dictamen rationis, propter maiora motiua, quæ ſunt in magis probabili, quam relinquit; ergo iſte, & in dubiis, immò magis apparentibus falſis, quam veris, præſtat facile aſſenſum contra S. Doctorem, & citò credit, adeoque leuis eſt corde, id eſt, imprudenter agit, & peccat.

82 Contra, quia quidem verum eſt, quod qui citò credit, eſt leuis corde; id tamen locum non habet in ſequente opinionem probabilem; ex quo enim iudicatur opinio probabilis ex firmis rationibus, credens illi, non dicitur citò, id eſt, imprudenter, & temere credere, dum firmis rationibus innititur, quibus conſtituitur opinio probabilis, ex quo non eſt improbabilis, nec temeraria, non dicitur citò credere, ſed ex ratione fundata, & conſulto, ac prudenter; non facit ergo ad rem axioma illud; quod eſt tantum contra illos, qui inconſiderate, nulla præmiſſa diligentia de veritate rei credendæ, vnde facilitas credendi imputatur, Gloſſ. *V. Credulus*, c. 1. 16. q. 2. Non eſt præſumendus leuis corde; qui adhibita diligentia ſuper veritate rei, credit, dum ad credendum rationabiliter mouetur. Certum quoq; eſt in rebus dubiis non eſſe præſtandum aſſenſum, ſi verè in eis dubium eſt, quia negat ex ſua natura aſſenſum, dum intellectum ſuſpendit ad vtramque relinquendo ancipitem; poteſt tamen dubitans ex cauſa rationabili deponere dubium, & operari ſecundum conceptam opinionem ex motiuis ſibi ab intellectu propoſitis; iuxta dicta *cap.* 4. *q.* 4. *&* 5. & docet D. Thomas *præcitato quodl.* 8. *q.* 13. his verbis: *Aut non habet conſcientiam de contrario, ſed certitudinem, ſed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum, & ſic ſi manente tali dubitatione plures præbendas habet, periculo ſe committit, & ſic proculdubio peccat, vtpotè magis amans beneficium temporale, quam propriam ſalutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* 83 Certum ergo eſt ex S. Thoma ſequentem opinionem minus probabilem cum dubio peccandi, peccare retinendo duas præbendas; depoſito vero dubio; nequaquam peccare retinendo præbendas; ergo in ſententia D. Thomæ poſſumus ſequi opinionem minus probabilem, probabiliore relicta; nulli enim dubium eſt, eſſe probabiliorem opinionem, quæ aſſerit non licere habere plures prebendas, quam oppoſitam iudicantem eſſe licitum tenere plures præbendas. Ecce quod D. Thomas tenet noſtram opinionem, quem aduerſarius pro ſe citat. Nec dicat, opinionem minus probabilem includere rationem dubij, quia toto cœlo errat, & contra D. Thomam, qui dicit contrarias opiniones prædictas eſſe poſſe ſine dubio in intellectu ſano opinante, & vt plurimum in his non contingit dubium; ſed ſcrupulus tantum, quod ſit illicitum facere, quod dictat opinio minus probabilis, quod accidit ignorantibus differentiam inter dubium, opinionem,

nem, & ſcrupulum, & obſeruat D. Ant. *p.1.tit.*3.*c.*10.& Caramuel *pluribus in locis ſua Theol. Fund. n.*348.351. 1846. & alibi ait, malè à multis dubium cum probabilitate confundi. Patet ex his Candidum multa in ſuo argumento falſa ſupponere, & nihil probare.

84 Decimum quartum Iob 29. *Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam,&c.* Certè non ob aliud id faciebat vir iuſtus, niſi vt verum aſſequeretur,& quod rectum eſt,indicaret;ſed qui minus probabilem ſequitur, eo quod ſit alicuius Doctoris,diligentiſſime non inueſtigat, vt verum aſſequatur, vt ſupra diximus de monetam, & equum eligente. Et patet, cum quis nobis interrogantibus viam vnus reſpondet hanc, & alter paris auctoritatis alteram oppoſitam,quod tunc non credimus vni magis, quam alteri, niſi ſimus leues corde, quantumlibet illos viam ſatis callere putaremus;quia quantum vnus facit credibile, tantum alter facit incredibile, eſſe hanc, & ſic dubij remanemus,& adhuc maiorem diligentiam adhibere debemus, vt verum cognoſcamus; ergo multo magis, qui aſſentitur minus probabili contra magis probabilem, non adhibet debitam diligentiam, & peccat.

85 Contra eſt,verba enim Iob non faciunt ad rem noſtram;nam ideo vſus fuit diligentia in ſuperlatiuo gradu, quia cauſam penitus ignorabat; qui autem ſequitur opinionem minus probabilem, non ignorat, ſed ſcit, & opinatur prudenter ſe benè operari; Deinde factum Iob, qui erat perfectiſſimus vir, non obligat alios, quia factum legem non inducit, maximè priuati hominis, imò nec publici iudicis, cuius ſententia afficit tantum eos,contra quos fertur;non vero tertium,cui nocere non debet,ex vulgatis iuribus. Præterea ſi Iob cauſam à ſe ignoratam diligentiſſime inueſtigabat, quaſi ſequendo opinionem probabiliorem; Baldad Suhites eius amicus *cap.*8.contentus erat opinione minus probabili, illis verbis: *Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam.* Non vſus fuit gradu ſuperlatiuo, docens cum ſufficere vſum diligentiæ in gradu poſitiuo.Tu ſequere Iob,quia melius facies,ego ſequar Baldad,qui malè non egit, conſulendo amicum, vt diligenter tantum inueſtigaret.Sed vt dixi initio, qui vtitur opinione probabili,ſeu probabiliore, non oportet, vt quærat, & inueſtiget, cum debeat ſcire probabilitatem opinionis antequam operetur.

Exemplum de via non facit ad rem quia inſtructio ad oppoſita eſt manifeſtè falſa,quod viator de ſe comprehendere poteſt;ſi quis enim edoceatur Parmæ,quod via hinc ad Regium inchoatur à Parma vſque ad Burgum S. Dominici verſus Occidentem, & alter à Parma verſus flumen Entiæ ad Orietem, ſi non eſt ſtultus ſtatim manifeſtè ſcit ſe decipi,quia per oppoſitas vias ex diametro non poteſt perueniri ad eundem locum, & ſic vna via eſt falſa,& altera vera, quæ ducit ad orientem. Imò oppoſitæ viæ deſignatæ ad Meridiem, & Septentrionem ſunt ambæ falſæ. Sunt duæ opiniones minus probabilis, & probabilior, per quas homo gradi poteſt, & peruenire ad ſuum terminum,non tamen ſunt oppoſitæ,cum homo ambulando per quamlibet earum non decipiatur, ſed aſſequatur quod intendit; Viator autem in exemplo allato per vnicam tantum incedere poteſt per orientalem, ſi vult Regium peruenire, non vero per occidentalem, per quam perueniet Burgum, non Regium. Vna via materialis directè oppoſita alteri, vna vera,altera falſa, vna vtilis, altera nociua, & deceptiua. Vtraque verò via opinionis veritatem continet ſecundum magis, & minus, neutra nociua, vtraque vtilis; ergo nulla eſt conuenientia in exemplo.Ponamus nos exemplum idem in his terminis,quis edocetur,poſſe pergere Regium per duas vias tutas, & ſecuras,quarum vna eſt breuior,altera longior, ſed magis laborioſa, ô D. Candide,vtram ex his eliges? Si longiorem, & magis laborioſam amplecteris,non appellabo te ſtultum, quia non decet,dicam,te nihilominus magis diligere laborem, quam commodum, quod reperies in via breuiori. Sic faciunt incedentes per viam opinionis minus probabilis, quam percurrentes per viam opinionis probabilioris. Si aliquid valet tuum exemplum, fortius, & validius eſt 86

eſt meum,quod nullam continet deceptionem, & eſt verum. Dicis vlterius , quod docentes peregrinum de via ſunt paris auctoritatis, ac proinde quod non magis creditur vni quam alteri,conſequenter ſic inſtructus remanet dubius,poſito hoc dubio,aliud non remanet , niſi vt ab aliis , qui ſe non decipiant , veram viam edocearis. Ex hoc etiam eius dicto apparet exemplum in nullo aſſimilari opinioni vtrique probabili & probabiliori , quia inſtructus de illis credit iuxta inſtructionem ſibi factam, vnam eſſe probabilem, aliam probabiliorem, & ſic non manet dubius , cum vtiliter ſit inſtructus.

87 Decimum quintum argumentum *ex l. 3. Regum c. 12.* Reſpondet Rex populo dura , derelicto conſilio ſeniorum,quod ei dederant, & locutus eſt eis ſecundum conſilium iuuenum , tunc ſic : Reprehenditur Roboam , quod ſecutus ſit conſilium deterius , non enim apparet , quod etiam illud aliquam probabilitatem non haberet, tractandum ſcilicet eſſe populum durè,ne liberè ſit loqui Regi & ſeditionem inchoari aſſueſceret ; ſed quia conſilium iuniorum prætulit conſilio ſeniorum,non alia certè de cauſa, niſi quia melius iſtud,quam illud cenſendum eſt;ſed qui ſequitur minus probabilem, probabiliore relicta , conſilium ſequitur deterius , & minus ſapientum;ergo reprehendendus eſt,& ſanè ſi minus probabiles opiniones ſequi licet , viuere licet ſecundum conſilium minus ſapientum , imò vt plurimum errantium;nam ex contradictoriis vnam tantum veram eſſe,neceſſe eſt , & vt plurimum debet eſſe probabilior, & magis ſapiens æſtimator rerum eſt,qui ſecundum pondera ipſarum iudicat , quæ ſunt momenta rationum.

88 Contra eſt , quia Roboam reprehenditur,non præcisè,quia conſilium iuuenum prætulerit conſilio ſeniorum, ſed quia conſilium iuuenum de ſe erat iniquum,& impium,fuit enim tale 3.Reg.c.12.n.10. *Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei,& nunc pater meus poſuit ſuper vos onus graue , ego autem addam ſuper iugum veſtrum;pater meus cecidit vos flagellis , ego autem cædam vos ſcorpionibus.* Quis audebit dicere , hoc conſilium plenum inhumanitatis,& crudelitatis continere aliquam probabilitatem ? certè nullus, præter D.Candidum,vt ſibi hiſtoriam accommodaret , non conſiderando iniquitatem conſilij , quod palliauit ſub nomine opinionis minus probabilis ; poteſt enim Princeps loqui dura populo,ſed inhumanitatem,& crudelitatem contra illum exequi non poteſt, non debet , quod eſt cædere illum ſcorpionibus. Roboam igitur reprehenſus fuit non ſolum,quia dereliquit conſilium ſeniorum,ſequutus illud iuniorũ, ſed potiſſimum , quia iuſto conſilio derelicto amplexus fuit iniquum conſilium.Caſus igitur nullatenus applicari poteſt eius intento , dum non negat minus probabili opinioni ſuam probabilitatem , qua omnino caret præfatum conſilium iuuenum.

89 Decimum ſextum ex S.Auguſt.relato in c.In Canonicis, diſt.19. *In illis Scripturis, quæ non ab omnibus recipiuntur præponendas eſſe eas,quas plures grauioreſque recipiunt,his quas pauciores minoriſque auctoritatis Eccleſiæ admittunt.* Ergo ex S.Auguſtino iuxta grauiora, & maiora motiua eſt iudicandum,ergo probabilior ſemper ſequenda.

90 Contra, quia nihil ibi de opinione nec probabili , nec probabiliore agitur, ſed de libris Canonicis ſacræ Bibliæ, qui illius tempore nondum forſan ab Eccleſia declarati erant omnes qui eſſent Canonici;ideo in hoc aſſerit, eſſe ſeruandum hunc ordinem,vt qui ab omnibus non recipiuntur pro Canonicis, præponantur illi , qui à pluribus, & grauioribus recipiuntur, aliis,qui à paucioribus & minoris auctoritatis admittuntur.Præterea ſi volumus hanc rationem applicare opinioni , fauet vtrique;nam opinio probabilior erit illa , quæ à pluribus , & grauioribus auctoribus recipitur;minus vero probabilis, quæ à paucioribus , & minoris auctoritatis admittitur. Quo poſito , ſic arguo , non puto Candidum, Mercorum,& Merendam, qui ex profeſſo damnant vſum opinionis minus probabilis , eſſe Doctores grauiores,quam alij longè plures ſine comparatione, & non minus graues illis, ſed forſan grauiores;nam præfati ſunt iuniores ſub hoc centenario,alij ſub præteritis centuriis;ergo ſequendum eſt conſilium ſeniorum,

Digitized by Google

non iuniorum, vt ipſe Candidus dicebat *in argument. præcedent.* 13. reprobantium irrationabiliter noſtram ſententiam. Deinde ſuppoſita doctrina Sancti Auguſtini vti vera huic argumento applicata; ſequitur non ſolum opinionem probabiliorem eſſe ſequendam, ſed etiam minus probabilem vti bonam, rectam, ac prudentem eſſe ſequendam, quia ſicut D. Auguſtinus comparat inter ſe Eccleſias in recipiendis Canonicis Scripturis, quæ controuertuntur, & ab omnibus vt tales non recipiuntur, vt illæ Scripturæ, quæ recipiuntur à pluribus, & grauioribus Eccleſiis, præponantur aliis, quæ admittuntur à paucioribus Eccleſiis minoris auctoritatis; ita & Candidus noſter comparat inter ſe vtrumque genus opinionis; ſed Auguſtinus vtramque Eccleſiam grauioris, & minoris auctoritatis enmmendat tanquam bonam, & auctorizantem libros Canonicos controuerſos, cum ea differentia præcedentiæ; ergo & vtramque opinionem cum differentia probabilitatis ſecundum magis, & minus, commendat; ergo per hoc inſinuat, nos poſſe vtramlibet ſequi. Confirmatur, quia ſanctus non reprobat opinionem minorum Eccleſiarum, ergo neque opinionem minus probabilem. Iterum *cap.* 26.

91 Decimum ſeptimum argumentum *ex opuſcul.* 8. *S. Thomæ*, ſic: Qui ex opinionbus contrariis dubitat aliquid eſſe licitum, vel illicitum, ſi facit, peccat; ſed qui ſequitur minus probabilem non abſtulit dubium de illicito, ergo peccat. Minor probatur, non tollitur dubium de illicito practicè, niſi iudicetur practicè eſſe licitum; ſed qui ſequitur minus probabilem, non habet vnde formet hoc iudicium, quod ſit licitum; ergo non tollit dubium. Maior patet, minor probatur, quia peto, vnde formet hoc iudicium; an quia licitum eſt ſequi opinionem, quæ aſſerit, eſſe licitum, cum ſit probabilis opinio, ſed?

92 Primò, hæc eſt petitio principij, quia de duabus probabilibus oppoſitis quæſtio eſt, an poſſit quis ſequi vnam quamlibet probabilem.

93 Secundò, dubium tollendum videre oportet, quodnam erat, non enim erat dubium, an opinio vtraque eſſet probabilis, ſed vltra eſſet vera, an illa, quæ aſſerit, eſſe licitum, an illa quæ negat licitum, & aſſerit illicitum; hoc eſt enim dubitare, an ſit licitum, vel illicitum; ſed cum hoc, quod ſit probabilis vtraque adhuc remanet dubium, vtra ſit vera; ergo per hoc ſolum, quod eſt probabilis, non eſt ſublatum dubium, quod erat, & ſic non licet illam ſequi.

Tertiò, dubium remanet, cum æquales ſunt rationes pro vtraque ex Syluestro *cap. Dubium*, qui citat ibi S. Thomam, & Ariſtotelem, remanet, inquam, dubium ex contrariis duabus opinionibus, quænam ſit vera, & ſic an ſit licitum, vt vna aſſerit, an illicitum, vt altera, & peccat tunc ex S. Thoma, qui facit, ſeu qui vnam ſequitur cum hoc dubio; ergo multo magis peccat, qui ſequitur minus probabilem, quia hic non ſolum dubitat, ſed credit; ſeu opinatur illicitum. Quod probo, quia opinari non eſt liberum, ergo illam oportet opinari, quæ habet meliora motiua, qualis eſt magis probabilis; ſed illa ex ſuppoſitione, aſſerit illicitum, ergo non poteſt hic niſi opinari tale opus eſſe illicitum; ergo cum hic, qui ſequitur minus probabilem, opinetur illicitum eſſe opus, & faciat illud contra conſcientiam, & ex peruerſitate voluntatis, magis peccat, quam qui agit cum dubio. 94

Quartò, non poteſt, qui ſequitur minus probabilem hoc iudicium practicum formare, quod opus ſit licitum, ergo. Antecedens probatur, maiora motiua ſunt pro illicito, erga non poteſt quis formare iudicium practicum, quod ſit licitum. Conſequentia patet, quia non eſt in nobis formare iudicia, ſeu opinari. Antecedens probatur, quia ex ſuppoſitione, magis probabilis eſt illa, quę aſſerit illicitum, ergo habet maiora motiua. Et hoc argumentum, quod puto demonſtratiuum, optimè & diligentiſſimè aduerte, quia ex conceſſis ab aduerſariis, quibus in confeſſo eſt, debere nos, ad hoc vt licitè agamus habere practicum probabile iudicium, quod opus ſit licitum, nec ſolum ex conceſſis ab aduerſariis, ſed etiam ex euidenter notis, probat noſtram concluſionem. 95

Probatur

Digitized by Google

96 Probatur igitur, quia vt quis prudenter, & rectè operetur, debet habere probabile iudicium, quod ſit licitum illud, quod operatur, hoc eſt, iudicium practicum, quod dubium continere non debet; ſed qui ſequitur minus probabilem, non poteſt habere hoc probabile iudicium, ergo &c. Maior eſt clara ab omnibus admiſſa. Minor etiam eſt clara, quia habens fortiora motiua pro illicito, non poteſt habere iudicium probabile de licito; cum opinari, ſeu iudicare probabiliter in nobis non ſit, ſed ſequatur motiua fortiora, qualia non ſunt in minus probabili, ſed in oppoſita, & ſic conſequentia claudit.

97 Contra hoc proxlium argumentum, ſed parui momenti eſt, quia argumentum ex D. Thoma, *quodl.* 8. *non opuſc.* non facit ad rem, quia loquitur de opinionibus contrariis mixtis cum dubio; nos vero loquimur cũ ipſo Candido de opinionibus contrariis excludentibus dubium, quas pro noſtro libito ſequi poſſumus, vt oſtendimus non ſemel ex D. Thoma, præſertim *contra* 13. *Argum. Candidi.* Vndè in ſententia D. Thomæ, ſequens minus probabilem non habet dubium de illa, cum dubium neceſſario non ſit connexum cum opinione minus probabili, dum poteſt ab ea excludi ſecundum ſanctum Doctorem; inſipiens eſt enim ille homo, & imperitus, qui amplectitur opinionem etiam minus probabilem cum dubio, quod illicitum ſit, quod vult agere; quia ignorat quid ſit opinio, & quid dubium, vndè edoctus, quod qui verè opinatur, non dicitur verè dubitare, quia hic aſſenſum neutri parti præbet, ſicut ille. Et reuera ſi negotium bene examinetur titubans non dubitat, ſed fluctuat in ſcrupulis, cum quibus agere nullum eſt peccatum, vt docent omnes, dum ſequitur opinionem minus probabilem.

98 Ad tollendum dubium de illicito requiritur iudicium practicum de licito, quod facere non poteſt ſequendo minus probabilem, vnde enim formatur hoc iudicium petit Candidus? Reſpondeo formari ex rationibus perſuadẽtibus tale obiectum eſſe licitum, nec petitur principium, ſi dicamus opinionem probabilem arguere rem licitam, id enim eſt eius effectus, vnde hic nulla principij petitio, dum à cauſa procedit ad effectum.

Secunda eius ratio, quod dubium tolli non poſſit, eſt contra experientiam, dubitantes enim, ſeu potiùs ſcrupulizantes edocti de veritate obiecti, quod licitum ſit, deponunt dubium, ſi non ſunt inſipientes. Conuenit autem inter vtramque opinionem minus & magis probabilem, quod habent communem veritatem in eſſe comparatiuo, vnde ex parte rei non datur dubitatio, an ambæ ſint veræ ſimpliciter, ſeu ſecundum magis, & minus, quia illis poſitis nemo prudens dubitat, ſed tales eas apprehendit, quales ſunt, nimirum vnam minus probabilem, & oppoſitam magis probabilem, ac proindè vtramque referri ad eſſe licitum, ob motiua vtriuſque quæ perſuadent licitatem in vtroque intellectu humano, & cum id ſit primus conceptus in mente opinantis, ſequitur dubium de licitate, & illicitate rei non pertinere ad opinionem, ſed illam præcedere, vt enim dixi *initio cap.* 5. Dubium præcedit opinionem, nam primo quis dubitat, an quod intendit facere, ſit licitum, necne, deindè rationes inueſtigat, per quas deponit dubium, faciendo gradum ad opinionem, quæ cum habeat latitudinem ſuæ veritatis moralis ex motiuis fortioribus euadit opinio probabilis: ex minus vero fortibus opinio appellatur minus probabilis, vtraque tamen exiſtimatur vera propter eam probabilitatem, ſecundum magis, & minus propter inæqualitatem motiuorum perſuadentium rem eſſe licitam reſpectu vtriuſque opinionis. Et quoniam, vt plurimum contingit, quod vnam ſequens opinionem redarguit oppoſitam de falſitate, & conſequenter de illicitate, ſequitur quod vna referatur ſecundario ad eſſe illicitum alterius; ſed reuera, vtraque opinio, poſita, quod ſit probabilis, pro primario conceptu habet eſſe licitum ex natura ſuiipſius: eſſe vero illicitum ex diuerſitate opinantium. Itaque ex eo, quod vtraque ſit probabilis, nullum remanet dubium, iam ſublatum ex prudentia volentis operari, cum illud ſit magis voluntatis, quam neceſſitatis; eſto autem dubium remaneat in eo, qui ſequitur alteram opinionem, non manet tamẽ in ſequente oppoſitã, niſi in inſipiẽte. 99

Digitized by Google

100 Tertia ratio quod non poſſet tolli dubium ab æqualibus opinionibus quænam illarum ſit vera, & an ſit licitum, necne, manifeſtatur falſa ex mox dictis, & præcipuè ex S. Thoma, quem Candidus pro ſe citat, verba D. Thomæ *ex quod.8.q. 13. in fine*, ſunt hæc: *Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Dubium ergo ex ſe non ineſt contrariis opinionibus, ſiue æqualibus, ſiue inæqualibus, deindè non eſt maior ratio, cur vna dicatur vera, & licita, & non alia, ſtante æqualitate motiuorum, ergo vtraque amplecti poteſt. Præterea hoc dubium per te eſt commune vtrique opinioni æquali, ergo cuilibet illarum te commendabis, non poteris bene agere, ſtante dubio, quod non poteſt remoueri per te, & tamen dicis in ſequenti fictione, quod potes ſequi tutiorem, ergo potes operari cum dubio, quod eſt contra omnes, & te ipſum. Inſuper dubium non habet locum ſuper veritate duarum opinionum æqualium, quia vt dictum fuit ſuprà ambæ ſunt æquè veræ, & licitæ cum excluſione falſitatis, & illicitatis, cum non adſint motiua excutientia veritatem, & licitatem à contraria, & inducentia falſitatem, & illicitatem. Et ex his patet ad alia non magis, imò nullo modo peccare opinantem, quam dubitantem, ſed hunc tantum peccare, ſi dubium non deponat; quia opinans minus probabiliter non dubitat reuera ſi opinatur, & multominus opinatur illicitum, ſi mouetur ex firmis rationibus perpendentibus eſſe licitum. Nec quicquam facit eius ineptum fundamentum, quod non ſit liberum opinari, quaſi teneatur credere eſſe illicitum, quod probabile reputat, quia experientia conſtat, vt ſæpius dictum fuit, intellectum moueri à contrariis rationibus veris, cum obiectum eius ſit quodcunque ens intelligibile ſub ratione veri, & cum opiniones oppoſitæ & contrariæ circa obiectum ſint ex veris rationibus, intellectus ab omnibus moueri poteſt ad ſpeculandum, & regulandum voluntatem ad bene operandum.

101 Quarta ratio, quod ſequens opinionem minus probabilem non poſſit formare iudicium practicum, quod opus ſit licitum, ex fortioribus motiuis probabilioris ex inepto eius fundamento, quod non ſit liberum opinari, repellitur vt in præcedentibus. Probat, quia ex ſuppoſitione, magis probabilis eſt illa, quæ aſſerit illicitum, ergo habet maiora motiua. Illud antecedens, quod ſupponit, eget probatione, quia magis probabilis primarius conceptus eſt licitatis, ſecundum quem intellectus informat voluntatem ad bene operandum; conceptus verò illicitatis refertur ad oppoſitam opinionem, & ſic ad ſeipſam probabiliorem eſt impertinens, cum probabilitas oriatur ex propriis motiuis intrinſecis abſolutis, & non relatiuis, quæ tantum conſequuntur; prius 102
enim eſt aliquid eſſe ſimpliciter, quam eſſe ſecundum quid, & relatiuè. Confirmatur id, quia opinio 103
probabilior duos conceptus in ſe concludit, vnum primarium & abſolutum probabilitatis, & alterum comparatiuum maioris probabilitatis, & veritatis cum quadam relatione ad oppoſitam opinionem minus probabilem continentem pariter ſimiles alios duos conceptus, abſolutum ſcilicet probabilitatis, & veritatis, atque relatiuum minoris probabilitatis, & veritatis. Itaque falſitas concepta ab opinante magis probabiliter remotè refertur & extrinſecè ad opinionem minus probabilem; nec hoc in aliquo infringit, aut minuit eius probabilitatem, ſicut non violat in aliquo falſitas in probabiliore quæ ab opinione minus probabili ad eam refertur, quia maior, vel minor veritas oritur ab illis motiuis inæqualibus, non à falſitate. Neque potes negare hanc falſitatem ab opinione minus probabili ad opinionem magis probabilem, quia ſecundum Ariſtotelem, D. Thomam, & omnes, opinionis vt ſic formido eſt paſſio.

Demum iterum conatur probare minus opinantem non poſſe formare iudicium de re licita, ex eo, quod nobis liberum non eſt opinari. Sed cum iam id ſæpius ab eo repetitum, & à nobis reiectum ſit, non eſt immorandum, probando id, quod experientia patet.

Decimum octauum argumentum 104
ex S. Thoma *quodl.* 8. *art.* 13. in contrarietate opinionum, ſi vna amplectenda eſt, ita nobis alteram improbabilem videri, vt nihil nos moueat, quin

quin alteram indubitatam teneamus; quanto minus igitur ille concederet; poſſe nos illam amplecti, cum contraria nos moueat ita, vt maiora veritatis argumenta habere illam cenſeamus; quam longè quæſo diſtant à ſenſu tanti Doctoris, qui quantumvis reclamante conſcientia, quæ ſequitur validiores rationes, & fortiora argumenta, declinare illam volunt in eam partem, in quam præponderante parte contraria, nullo modo, neque etiam phyſicè inclinare poteſt, nonne hoc eſt formare conſcientiam contra conſcientiam, & opinari non ſecundum apparentem veritatem, ſed fingere verùm ex noſtro arbitrio?

105 Contra eſt, quia D. Thomas pro nobis eſt, cuius formalia verba retulimus ſupra reſpondentes *ad 13. Argum. & ferè totam q. 13.* quam Candidus *appellat art. 13. quodlibet.* 8. extendimus *ſub cap. 6. verſ. Exordiendo.* Non eſt immorandum, quia nihil momenti continet eius perſuaſio.

106 Decimum nonum argumentum Candidi ex Edicto Theodoſij apud Baron. ad annum Domini 435. vbi inquit: Vbi diuerſæ ſententiæ proferuntur, potius numerus vincat auctorum, vel ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat auctoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui vt ſingulos vincit, ita cedit duobus; at ſi magis probabilis in argumentis extrinſecis ſequenda eſt, publico tanti Imperatoris arbitrio, idem etiam faciendum in intrinſecis, idem etiam in intrinſecis, & extrinſecis, ſimul perpenſis, ergo.

107 Contra eſt, quia lex citata non eſt contra nos, qui ſuſtinemus in iudiciis ſequendam eſſe probabiliorem. Præterea Imperator mandat ſequi eam opinionem, quæ numero auctorum vincit aliam; certum autem eſt, noſtram vincere oppoſitam, quæ pauciſſimos habet Doctores reſpectu noſtræ, quæ in numero excedit centenarium, ergo ſecundum hunc Imperatorem noſtra ſequenda eſt.

108 Vigeſimum, & vltimum argumentum, ex receptiſſima, & communiſſima conſuetudine ciuitatum, Rempublicam, Regnum ac proindè totius Orbis iudicio, decidi enim ſolent, ac finiri vbique controuerſiæ ad plura ſuffragia, ſequendo probabiliorem per extrinſeca argumenta, & nunquam duo, aut tres ex vna parte pluris æſtimantur, quàm plurimi æſtimantur ex altera, præſertim iudicio pares; neque cenſent vnquam ſequendam partem minorem quamquam probabilem alioqui per ſe, at in comparatione alterius reprobandam; vt mirum ſit, ac magnoperè dolendum, in rebus tantum animæ, & cauſis Dei tanta cum laxitate, & libertate ad dictum vnius, aut alterius, ſine debita diſcuſſione, & reclamantibus pluribus, & rationibus, & auctoritatibus, controuerſias modo terminari.

Contra eſt, quia hæc conſuetudo 109
numerandi ſuffragia locum habet tantum in electione officiorum, & ſententia ferenda, non in aliis, vt notum eſt, ergo nihil contra nos. Præterquam quod quandoque in electione attenditur minor numerus, vt clarè dicitur *in cap. Dudum 22. de elect.* Vbi electus à minori parte dignus tamen confirmatur contra indignum electum à maiori parte. Idem dicitur *cap. Congregato 53. eod. in eodem caſu*; ergo non ſemper præualet maior pars. Deindè noſtra concluſio probatur optimè per hoc argumentum; nam in ea probanda ſeruatur conſuetudo ſuffragiorum, quæ maiora ſunt ſine comparatione, quam oppoſitæ; quæ paucis Doctorum ſuffragiis nititur, quatuor tantum, aut octo Doctorum, & noſtram ſequitur multitudo Doctorum etiam Claſſicorum; ergo argumentum facit pro nobis contra aduerſarium.

CAPVT VIII.

Argumenta ſuadentia vſum opinionis minus probabilis reſtituuntur in ſuum priſtinum ſtatum, à quo remota fuerant à D. Candido.

IN præterito Capite diluimus argumenta prælibati viri doctiſſimi contra 1
vſum opinionis probabilis, modò referemus argumenta ab eodem extenſa *ſub diſputatione 5.* fauore noſtræ opinionis, & ſoluemus eiuſdem reſponſiones, quibus exterminare

minare nititur eadem argumenta.

2 Primum argumentum pro vſu opinionis probabilis eſt hoc. Qui habet iudicium probabile de aliqua re, quod ſit licita, prudenter, & honeſtè operatur; ſed qui ſequitur opinionem probabilem, quantumvis minus probabilem altera, habet hoc iudicium, ergo, &c.

3 Reſpondet Candidus: Ad primum, nego minorem, quia opinio probabilis in comparatione oppoſitæ magis probabilis non poteſt generare in aliquo iudicium probabile; nam vt dixi, opinari non eſt liberum ſed ſequitur motiua rei fortiora; igitur intellectus poſitus inter duas opiniones probabiles opinari non poteſt, ſeu præſtare aſſenſum illi, quæ habet debiliora motiua. Quare iudicium probabile de minus probabili in comparatione magis probabilis habere non poteſt, haberet tamen illud, ſi vna tantum eſſet probabilis, & non altera, & propterea probabilis etiam minus probabilis appellari poteſt, ſed in comparatione magis probabilis non eſt, imò reprobabilis, quia iudicium probabile generare non poteſt.

4 Neque te fallat, quod minus probabilis appelletur opinio, ac proindè videatur eſſe iudicium probabile; nam appellatur opinio, quia potuit eſſe, vt de facto fuit, vt quibuſdam illa, quæ tibi videtur minus probabilis, viſa ſit magis probabilis, & hi propterea illam opinari potuerunt ſeu de illa habere probabile iudicium; at ſi viſa fuiſſet etiam illis minus probabilis, profecto in comparatione magis probabilis, nec vllus vnquam præſtare illi poteſt aſſenſum probabilem, quod eſt illam opinari, ſeu eſſe eius opinionis, quia opinari non eſt in nobis, ſed ſequitur fortiora motiua.

5 Neque dicas pariter, opinionem aliorum facio meam: Quia non potes hoc facere propter opinionem contrariam aliorum magis ponderantem in tuo intellectu, ac proindè omninò vetantem, vt tuus intellectus inclinetur in aſſenſum alterius. Vndè vides duo manifeſta.

6 Primum ruinam fundamenti Aduerſariorum, qui ex eo, quod opinio aliquorum ſit probabilis, putarunt, me poſſe illam pariter opinari, ſeu præſtare illi probabilem aſſenſum, quod impoſſibile eſt in comparatione alterius probabilioris.

7 Secundum, quod euidens eſt, & ex hoc primo infertur, non valere conſequentiam. Eſt opinio probabilis aliorum, ergo poſſum illam ſequi, ſicut illi ſecuti ſunt; nam illi auctores ſecuti ſunt, ſi opinari, & non fingere voluerunt, quia ipſorum intellectui fortiora, & maiora motiua ex illa parte propoſita ſunt, alioqui nunquam ſic opinari potuiſſent, quia opinari non eſt liberum, ſed ex motiuis. Tu vero ſic opinari non potes ex illorum tantum opinione, quia habes motiua maiora ex parte oppoſita, ſiue intrinſeca ſint, ſiue extrinſeca, hoc enim nihil refert, modo verè ſint maiora, & fortiora, quæ aſſenſum probabilem in ſuam partem trahunt.

8 Quomodo igitur ô bone vir, & qua iuſta ratione opinari potes licitum exempli gratiâ, Cambium recurſæ, quia quorundam eſt opinio probabilis, quod liceat, ſi aliorum eſſet ex alia parte, quod non liceat, magis probabilis, plurimorum ſcilicet, & doctiorum? Noſce igitur fallaciam argumenti huius primi, quia videlicet probabilis opinio aliorum non poteſt generare in aliquo probabile iudicium, ſeu probabilem aſſenſum in comparatione oppoſitæ probabilioris.

9 Contra hoc prolixum reſponſum conſiſtens in eo, quod opinio probabilis reſpectu probabilioris non poſſit in aliquo generare aſſenſum probabilem, eo quod, non eſt liberum opinari, quia intellectus ſequitur fortiora motiua. Nam *ſub præcedenti cap.* ſepius probatum eſt, & *in cap. 5. num. 2. & 31. ad* 34. opinionem eſſe liberam ſecundum diſpoſitionem voluntatis præcipientis intellectui vt videlicet inter opiniones, quæ propria habent motiua, à quibus determinari poteſt intellectus, tam ad minus probabilem, quam ad probabiliorem, cum illa motiua ſint entia intelligibilia, & vera, neceſſe eſt, quod intellectus ab illis moueatur ſecundum illorum exigentiam; ratio enim comparatiui non impedit, quin intellectus moueatur à minus forti argumento, cum & ipſum ſit ens intelligibile, ac proindè verum aptum generare probabilitatem

tem

Digitized by Google

tem in intellectu. Vnde ſequitur eſſe falſum, quod ait; nimirum, ,minus probabilem in comparatione magis probabilis, eſſe reprobabilem, quia non poteſt generare iudicium probabile. Conſtat enim opinionem non eſſe ſterilem, ſed fœcundam, dum habet propria motiua, quæ illam reddunt probabilem; illius enim motiua non ſunt nihil, nec non ens, ſeu ens rationis, ſed aliquid; ergo aliquid operari, conſequenter probabile iudicium in opinione producitur.

10 Subdit, quod opinio minus probabilis vocatur ſic, quia illa, vt potuit eſſe, & de facto fuit, viſa fuit quibuſdam magis probabilis, & propterea illam potuerunt opinari, faciendo de illa probabile iudicium, aliter non. Ergo, mi Candide, opinio minus probabilis originem habuit ab alia putata probabiliore, quæ reuera non eſt talis. Quæro à te, quis illi dedit initium? à quo originem ducit? A quibuſnam, reſpondes, ſed ignoras auctorem, dum incerta reſpondes. Quare fingis chimæram. Præterea prius eſt poſitiuum comparatiuo, nam prius eſt aliquid eſſe ens, ac proindè bonum; paſſio enim immediatè ſequitur ens, ſi opinio eſt, prius eſt cum probabilitate vt ſic, vt deindè perfici poſſit, & fieri melior, & probabilior; de bono enim, & perfecto, de minus bono, & minus perfecto fit tranſitus ad melius, & perfectius; ſic ab opinione probabili ad probabiliorem; non potuit ergo opinio probabilis inueniri, & originem trahere à probabiliore. Præterea opinio vna ab alia non trahit probabilitatem, ſed vnaquæque habet à ſuo motiuo quod ſit probabilis, quo non caret minus probabilis; ergo ab eo eſt talis.

Negat, me opinionem aliorum poſſe facere meam. Id eſt error peior priore, nam quis prohibet, quid interdicit, me non poſſe alienam opinionem facere meam ſpeculatiuè, & practicè, non obſtante, quod probabilior magis ponderet in quolibet intellectu, ac proindè etiam in meo, quia cum id pondus non neceſſitet, ſed tantum inclinet, non cogit me, ideo alienam opinionem probabilem ſequi poſſum, ſicut ſequitur eam ſuus patronus. Opinionis autem mutatio patet ex dictis *c.5.n.60.& 61.*

Ex his figmentis deducit alia duo, 12
primum eſt, quia putat, ſe deſtruxiſſe fundamentum aduerſariorum, quod dicit conſiſtere in hoc apud illos, qui ex eo, quod opinio aliquorum ſit probabilis, putarunt, inquit, me poſſe illā pariter opinari, quod eſt impoſſibile. Patet nihilominus, me poſſe loqui opinionem aliorum, vt probaui ſupra, & experientià quotidiana conſtat diſcipulos ſequi opiniones ſuas magiſtrorum minus probabiles, & rudes opiniones peritorum, quæcunq; illæ ſint. Preterea non eſt maior ratio, cur poſſim ſequi opinionem probabiliorem, & non minus probabilem, cum vſus opinionis pendeat à libertate voluntatis, & non à maiori, vel minori probabilitate. Fundamentum Aduerſariorum deſumitur ab eorum argumēto, quia prudenter & rectè agit, qui ſequitur opinionem probabilem, quia rectitudo operationis fundatur in probabilitate eius nota ex rationabilibus motiuis, non vero ex eo, quod ego poſſim ſequi aliorum opinionem probabilem, nemo enim id dixit.

Alterum eſt, inquit, non valere con- 13
ſequentiam: Eſt opinio probabilis aliorum, ergo poſſum illam ſequi. Validiſſima eſt hęc conſequentia, & quotidie practicatur in ſcholis, & alibi, nā rudes ſequuntur peritorum opiniones. Reddit ineptam rationem, non valere conſequentiam, quia liberum non eſt opinari. Iam id tanquam expreſsè falſum reiectum eſt, & ideo patet ad reliqua, quia ex quibuſcunq; motiuis licet opinari, cum quodlibet eorum ſit ens intelligibile, & motiuum intellectus ad opinandum.

Demum patet, opinionem proba- 14
bilem, ſicut in me generat iudicium probabile dictās voluntati licere operari hoc modo, ita & in alio tale iudicium generare poteſt, cum intellectus quilibet aptus ſit cognoſcere talem probabilitatem, experientia conſtat in Magiſtro lectore, qui probabilitatem, quam concipit de ſua opinione, communicat ſuis diſcipulis, talem qualem habet in ſe; & quandoque communicat minus probabilem, quā ſcit, eſſe talem. Et quamvis quiſque Doctor teneat ſuam opinionem eſſe probabiliorem, quam alij reputant minus probabilem, non inde tamen D. Candidus inferre debet, nos non

poſſe

Digitized by Google

poſſe ſequi opinionem minus probabilem, quia inter ſe diuerſæ ſunt ſecundum magis,& minus, nec vna cum alia eſt confundenda; dum controuerſia de illis eſt, prov t inter ſe diſtinctis. Imò iſta confuſio, quod eadem opinio ab vno appelletur probabilior, & ab alio minus probabilis neceſſitat opinantes ad ſequendam, quam maluerint, cum ferè omnes ſint probabiliores iudicio Doctorum.

15 Secundum argumentum. Sequens opinionem probabilem non eſt imprudens, neque temerarius, neq; malus; ſed qui amplectitur minus probabilem eſt huiuſmodi, ergo. Minor probatur, quia ille tantum dicitur imprudens, & temerarius, qui aliquid agit ſine ratione, & cauſa probabili. De malitia etiam probatur, quia illæ actiones hominis ſunt bonæ, ac proinde ab illis denominatur idem bonus, quæ diriguntur à prudentia, ergo, &c.

16 Reſpondet Diuus Candidus. Diſtinguo maiorem, exiſtimans opinionem probabilem ſecundum quid, nẽpè ſecundum quædam motiua, ſimpliciter autem, & reſpectiuè non probabilem, eo quod non poſſit generare probabilem aſſenſum, conſiderata cũ altera oppoſita, & omnibus motiuis expenſis, & ſecundum illam operans, non eſt imprudens, neque malus, nego. Exiſtimans probabilem reſpectiuè ad alteram oppoſitam, & ſimpliciter omnibus motiuis expenſis, & ſecundum illam operans, non eſt imprudens, neq; malus, concedo. Non enim aliqua tantum motiua expendenda ſunt, ſed omnia examinanda, & opiniones ponderandę, cum ſunt contrariæ, vt rectè S. Thomas ex ſupradictis. Et in hoc ſenſu falſa eſt minor. Et patet ad probationem maioris; quia qui ſic operatur, operatur ſine cauſa, & ſine ratione probabili reſpectiuè, & ſimpliciter.

17 Contra eſt, quia ea diſtinctio ſupponit, non fuiſſe adhibitam omnem diligentiam, neque opinionem eſſe ſimpliciter probabilem; ſed potius non probabilem ex eo falſo fundamento, quod non poſſit generare probabilem aſſenſum; vnde cum ſupra probatum ſit opinionem probabilem dicere, & generare in nobis probabilẽ aſſenſum, patet maiorem, & minorem eſſe veram. Sufficit præterea, expendere ea motiua, quæ ad vnamquamque opinionem probabilem pertinẽt. Et noſtris temporibus ſingulæ opiniones ſiue minus, ſiue magis probabiles hoc modo examinãtur, quibus vti poſſunt non ſolum auctores eorum, ſed etiam alij ſecundum fidem illorum.

Tertium. In propoſitionibus ſpeculatiuis licet abſque erroris, ſeu deceptionis periculo probabilem amplecti; ergo pariter in moralibus eandem licet amplecti abſque peccandi periculo. 18

Reſpondet cum S. Thoma negando paritatem; quia in ſpeculabilibus cum nullum ſit periculum diuinæ offenſæ, ſiue lędendæ honeſtatis, vnuſquiſque abundare poteſt in ſenſu ſuo; at non ſic in materia morum. 19

Contra, tum quia etiam in ſpeculabilibus, vbi de nullo opere agendo tractatur, quędam opiniones referuntur ad mores, vt quod talis, & talis propoſitio ſit de fide, aliis negãtibus, quod ſit de fide; ergo ſi in his licet opinari etiam minus probabilem, idem licebit in aliis opinionibus, ad mores ſpectantibus, ſicut illæ ſpectant, quę ſunt ſpeculatiuæ ſine vllo ordine ad opus. 20

Quartum argumentum. Deus non obligat nos ad impoſſibile; ſed in moralibus non poſſumus eligere certò ſcita; ergo ſufficit vt eligamus, & ſequamur probabiliter opinata. At opinio minus probabilis adhuc eſt propoſitio probabiliter opinata; ergo poteſt licitè eligi. 21

Reſpondet. Diſtinguo conſequens, ſufficit vt eligamus opinata probabiliter à nobis, concedo, à quibuſcũq; aliis, cum alij plures, & grauiores opinentur contrariam, nego. Vel ſufficit, vt eligamus probabiliter opinata ſecundum quid, nego; ſimpliciter & omnibus conſideratis, concedo. Quia tamen poteſt illi præſtari probabilis aſſenſus, vnde ſic ſimpliciter eſt probabilis, & quia Deus requirit à nobis, vt omnia expendamus ad hoc, vt verum, & licitũ aſſequamur, & tunc ſufficit, vt opinemur quod probabiliter iudicamus verũ, quare tunc nego ſubſũptũ. 22

23 Contra eſt, quia ſi poſſum eligere probabiliter opinatum à me; etiam alter à me inſtructus, vel credens mihi, poteſt ſequi opinionem meam, & ſecundum illam operari, ſufficit enim illi, vt mihi credat, poſſe illam eligere, quam

Digitized by Google

quam ego ſequor. Neque opinata probabiliter dicuntur talia ſecundũ quid, ſed ſimpliciter, quia quævis opinio ex quo eſt probabilis, eſt talis ſimpliciter, & abſolutè; quia probabilitas eſt verè probabilis cuiuſcunque ſit opinionis, quod vero vna ſit probabilior altera, non facit, quod vna ſit probabilis ſecundum quid, vt minus probabilis, & alia probabilis ſimpliciter; quia eſt magis probabilis, ſed hæc comparatio in extremis ſupponit rationem formę probabilitatis æqualiter in eſſe poſitiuo, quę deindè intẽdit, & remittit ſecundum maiora, & minora motiua. Itaque ratio probabilitatis in vtroque opinionis genere propriè, & verè ſupponitur; ergo non poteſt eſſe in vno ſecundum quid, diminutè, & impropriè, & in alio ſimpliciter, ſine diminutione, & propriè, cum in vtriſq; ſit æqualiter in ratione formæ probabilitatis. Manus ſiniſtra eſt calidior manu dextra, nunquid illa eſt calida ſimpliciter, & hæc calida ſecundum quid? Nequaquam, quia ratio caloris non minus eſt in vna, quam in alia, licet vna intendatur magis, quam alia; intẽſio igitur, & comparatio ſupponunt formam talem ſimpliciter, & non ſecundum quid in ſuis ſubiectis. Demũ concedo, Deum requirere à nobis, vt omnia expendamus, vt verum, & licitum aſſequamur, quod putamus conſequi, dum illa motiua nos inclinant ad credendum probabiliter eſſe licitum, quod operari volumus, eſto non ſequamur probabiliorem, dum ex ea ſufficienti probabilitate ſecuri moraliter ſumus bene agere, ſi non melius.

24 Quintum argumentum. Intolerabile onus eſſet, & multis ſcrupulis expoſitum, ſi opiniones probabiliores inueſtigare teneremur; ergo ſufficit ſequi minus probabilem.

25 Reſpondet, nego primum antecedens; nam ſufficit diligẽtia moralis & iuxta grauitatem, ac difficultatem dubij occurrentis proportionata, ſaltem vt fit in negotiis ſæculi, in quibus, ſi opus ſit, plura conſilia expetuntur, & inuicem examinantur, & iudices ſęculares audiunt Aduocatos, & Doctores pro vtraq; parte, & expendunt rationes & probationes vtrinq; adductas. Cur non idem etiã fit in negotio animæ, & æternæ vitæ, & Dei? Quanquã in communibus actionibus, & quotidianis ſatis per ſe apparet, quod ſit licitũ; vnde ſicut graue non eſt in actionibus domeſticis, atq; politicis humanum commodũ ſpectãtibus, probabiliorẽ ſemper ſequi partẽ, ſicut omnes faciunt, ita neq; graue debet videri in aſſequendo id quod honeſtũ eſt. Cæterũ in rebus dubiis, & difficilibus, non oportet, vt inquit S. Thomas cito pręſtare conſenſum, alioqui qui cito credit ex diuino oraculo leuis eſt corde, & ex Philoſopho, ad pauca reſpicientes facilè enuntiant.

Secundo nego conſequentiam, quia 26
minus probabilis, ſimpliciter non eſt probabilis, nõ enim probabilẽ aſſẽſũ generare poteſt ex dictis. Vnde qui illã ſequitur, agit contra iudicium ſeu dictamen rationis, & ſic peccat, non ſolum ex negligẽtia, ſed etiã ex malitia.

Contra, quia reuera eſt intolerabile 27
onus inueſtigare opinionem probabiliorem ex eo, quia illa opinio quã probabiliorem putat, exempli gratia Suar. minus probabilis reputatur à Sanch. ſunt Claſſici ambo, quos nomino ob reuerentiam eis debitam, eſſe intolerabile onus & grande faſtidium inueniẽdi opinionem probabiliorẽ, in qua eligenda, grauiſſimi Doctores multũ laborãt, ſit ergo arbitraria electio opinionis. Candidus, ſed non candidè ait, nos tuta conſcientia non poſſe ſequi opinionẽ minus probabilem, ac proinde vult eſſe improbabile. Sanch. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 14. ait, multo probabilius eſſe, licere ſequi opinionẽ probabilẽ relicta probabiliore. Candidus reprobat hãc opinionem, quam Sanch. vocat multo probabiliorem illa, quæ inuenta fuit ex profeſſo à dicto Candido. Cui horum ſtandum ſecundum fidem huius ſæculi? Quiſque reſpondebit, magni facienda eſt doctrina Sanchez.

Quæ ſequuntur, ſunt conſultoria, 28
non probatiua; nam aliud eſt quod homo in negotiis ſęculi ſit magis diligens, quam in cuſtodia propriæ conſcientiæ; aliud vero, quod ad illud tenetur; nam ita operatur, quia maiorẽ affectum habet ad ſęcularia, quam ad ſpiritualia; ideo ex facto hominis, quod non arguit obligationem, eam inferre non debemus pro conſcientia, quã nec Deus induxit, vt probatũ fuit *præcedenti c. contra* 7. *Argumentum.*

Ad ſecundum de negatione conſe- 29
quentiæ, patet ex dictis, opinionẽ eſſe probabilẽ non ſecundũ quid, ſed ſimpliciter; quia in ſe habet rationem formalẽ probabilitatis, hoc ipſo, quod denominatur probabilis à forma ei inhe-

Digitized by Google

rẽte, vnde poteſt generare in opinãte ſuum formalẽ effectũ probabilitatis.

30 Sextum argumentum. Qui ſequitur minus probabilẽ, non agit contra cõſcientiã, ſed is ſolum, qui operatur cũ conſcientia dubia, aut certo dictante aliquid eſſe peccatũ; ergo non peccat.

31 Reſpondet negãdo antecedens; quia agit cõtra dictamẽ rationis, quæ nullo modo poteſt inclinare aſſenſũ in minus probabilẽ in comparatione magis probabilis. Quando dicitur, quod non eſt in dubio, imò eſt in deteriore conditione in ordine ad ſequendam licitè minus probabilẽ; quia is, qui eſt in dubio; quia dubitans non propendet magis in hanc partem, quam in aliam; at hic propendet intellectus ad aſſenſũ magis probabilis, tanquam veræ, & minus probabilis tanquam falſæ, neq; aliter, rebus ſic ſtantibus propendere poteſt; ergo qui falſam opinatam ſequitur, contra conſcientiam agit; & plus peccat, quam qui eſt in dubio.

32 Contra eſt, quia falſum eſt, agentem ſecundùm conſciẽtiam minus probabilem agere contra dictamen rationis; ſiquidem omne id, quod eſt conforme conſcientiæ, eſt ſecundum dictamen illius, vt patet in omnibus conſcientiis bonis, & rectis, quæ non niſi bonum, rectum, & verum dictant; & ſi agens ſecundum conſciẽtiam erroneam ignorans inuincibiliter errorẽ non operatur contra dictamen rationis, quare dicendus eſt agere contra dictamen rationis ille, qui operatur ſecundum conſciẽtiam probabilem; ex quo enim eſt probabilis, errorem non cõtinet, & ſuum effectum formalẽ probabilitatis, & rectitudinis inducit in opinantem, vt poſſit rectè agere. Neque illa comparatio ad opinionem probabiliorem deſtruit formã probabilitatis in altera opinione; quia vt ſepius dictum fuit, comparatiuum non deſtruit, ſed ſupponit, & conſeruat poſitiuum in ſuo contrario; in Philoſophicis quoque apparet comparatiuũ ſecundum intenſionem, & remiſſionẽ, non deſtruere formam, quæ modo intenditur, modo remittitur; idem enim calor in manu remanet, augetur, & minuitur ſecundum gradus intenſionis, & remiſſionis, ſed non deſtruitur. Pari ratione, probabilitas in opinione minus probabili licet remiſſa, non ideo tamen deſtruitur in comparatione ad probabiliorẽ propter ſuã intenſionẽ, ſed remanet in ſua forma, ſecundum quam in opinante facit conceptum licitum ad rectè operãdũ ſine peccato.

Subiungit, quod opinans minus probabiliter eſt in deteriori conditione, 33
quam dubitans, ea ratione; quia dubitans ſuſpenſus manet, & opinãs intellectus propẽdet in aſſenſũ magis probabilis vti veræ, & minus probabilis vti falſæ. Sed errat certè Candidus; nã luce clarius eſt, eſſe in deteriori ſtatu dubitantẽ opinante, & quo ad operationem immanentem, quia intellectus dubius nihil intelligit, dum ſuſpendit actum intelligendi, ſeu aſſenſum in obiectum dubium; opinans vero intelligit probabilitatẽ, & ei prębet aſſenſũ iudicando eam talẽ, argumentũ enim probabilitatis mouet intellectũ ad illius aſſenſum; ergo ex hoc capite opinans eſt melioris conditionis dubitante; pariter quo ad tranſeuntẽ operationem melioris eſt cõditionis opinãs probabiliter, quam dubitans; nam is non poteſt operari circa obiectũ dubitatum, impediente opus ſuſpẽſione iudicij; opinans vero non prohibetur operari, imò cõſciẽtia dictat illi opus, ex quo agere ſecundum conſcientiam peccatum non eſt. Vnde ex his apparet falſa eius ratio, & dictum ex ea ſequens; nam irrationabile eſt aſſerere, quod intellectus opinans propendet in aſſenſum magis probabilis vti verę, & minus probabilis vti falſæ; quia intellectus habens pro obiecto opinionem probabilẽ, ſecurus eſt moraliter de veritate ſuæ probabilitatis, etiam non formidando de veritate opinionis probabilioris, quam forſan tenet falſam, iuxta dicta *c. 5. n. 18.* Imò idem 34
intellectus poteſt credere ſpeculatiuè vtramq; veram ex diuerſis motiuis, & ſi vult operari ſecundum vnam debet practicè pro ea iudicare licitum opus opinatum, ne dicatur facere contra conſcientiam practicam, retinendo ſemper conſcientiam ſpeculatiuam alterius opinionis, & non peccat, quia peccatum contingit tantum ex conſcientia practica, vt dixi *c. 5. n. 77.* ſic intellige Sanch. *l. 1. c. 9. n. 15. & 16.* Demum Candidus per dictam rationem ſupponit eundem eſſe intellectum, & potentiam intelligentem opinionem probabiliorem, & probabilem, cum incluſione illius, & huius deſtructione, in quo errat; quia vnaquęq; mouet directè ſuum intellectum, connotando alterius opinionem ratione innatæ comparationis, & relationis, quando

conci

Digitized by Google

concipiuntur ſecundum maiorem, vel minorem probabilitatẽ. Conſtat ergo ex his ex probabilitate vnius, non neceſſario inferri ex alterius maiori probabilitate falſitatem minus probabilis, quia formido actualis talem inferens falſitatem, non neceſſario comitatur opinionem, imo ab opinante quolibet reiicienda eſt, quia quilibet opinans probabiliter opinando factus eſt ſecurus, & certus moraliter ſe bene operari poſſe, ergo opinio quælibet probabilis cum ex hoc ſit vera, omnino à ſe excludit falſitatem. Vide quæ dixi de formidine. *c.5. à n. 12. ad 27.*

35 Septimum argumentum. Qui minus probabilem ſequitur non ſe exponit periculo peccandi formaliter, ita vt illi peccatum imputetur, ſed tantum periculo faciendi id, quod eſt materialiter peccatum, ergo non peccat. Antecedens probatur, quia qui prudenter agit, non poteſt illi imputari peccatum, at ex dictis, qui probabilem ſequitur, prudenter agit, ergo.

36 Reſpondet, negatur conſequentia, vt patet ex ſupradictis. Quia peccat non adhibendo diligentiam, cum teneatur, vt amplectatur, quod ſecundum ſe eſt licitum, imò facit contrarium, hoc autẽ eſt peccare formaliter.

37 Contra eſt, quia argumentum eſt forte, & terribile, ab eo perterritus paucis ſe expediuit, & quidem falſis. Qui negat conſequentiam, inſinuat, conſequens non deduci ex antecedẽte, quod cum non negauerit, ſupponit illud eſſe verum, ac proindè fatetur noſtram ſententiam. Deindè ſupponit, opinantes minus probabiliter non adhibere diligẽtiam, quod falſum eſt, nemo enim ſanæ mentis cum primo ſe offert controuerſia, ſtatim determinat, hæc opinio eſt probabilis, ſed media ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca quærit, & inuenta ſtatuit, opinionem præconceptam eſſe probabilem, quãvis adſit alia probabilior. Neque verum eſt, quod ſequens opinionem minus probabilem iam talem ſtatutam, deficere in diligentia, imò quandoq; maior diligentia adhibetur in ſtabilienda minus probabili, quam probabiliore, quæ videtur vt plurimum cognoſci ex eo, quod caret periculo peccandi; nam quis dicet, fac hoc, quia nullum eſt peccatum, nec peccati pe-
38 riculum, exempli gratia emas chyrographum eodem pretio, quia non peccas, cum æquale reſpondeat æquali. Tenens oppoſitam opinionem inueſtigat eius probabilitatem ex his motiuis, quia valet plus præſens pecunia, quam abſens in chyrographo; ergo minori poſſum illud emere, antecedens patet, quia pecunia mea exiſtens apud me nullam patitur exceptionẽ, nec periculum, vt fiat mea, cum apud me ſit tuta, & ſecura; chyrographum verò non eſt actu & cum effectu apud me, ſed ius emptum acquirendi illud ſtatuto tempore, & licet ſit certum ex teſtimonio publicæ ſcripturæ, tamen adeſſe poteſt periculum in illius recuperatione, propter hæc, & alia poteſt tuta conſcientia emi minori pretio. Hanc ſententiam tenent pleriq; cum Dia. *par. 1. tr. 8. de contract. reſ. 49.* cõtra aliam communiorem, & probabiliorẽ, vt ipſe ibidẽ refert. Ecce quod maior diligentia apparet in minus probabili, quam in probabiliore, quę ſtatim ſine ſtudio cognoſcitur, ex æqualitate rerum. Quæ tamen talis non apparet ex perpẽſis rationibus prædictis, quæ excitant inæqualitatem ex circunſtantiis, & conditionibus chyrographi. Vides hic, quod etiã opinio tenta pro minus probabili dat occaſionem dubitãdi de maiore probabilitate in probabiliore, & non eſt mirum, quia id eſt de ratione opinionis vt ſic, ergo vtriuſque contra vtramq; Non debet ergo Candidus cum ſuis carpere opinionẽ minus probabilem, ſi etiam in probabiliore concipi poteſt idem periculũ, quod Aduerſarij volunt eſſe in noſtra. Vnuſquiſque igitur abundet in ſenſu ſuo, quia rectè agit, & non peccat.

Octauum argumentum. Poſſum duas cõtrarias opiniones cenſere probabiles; ergo poſſum licitè ſequi vtrã- 39
que. Conſequentia probatur, quia vt licitè ſequar, ſufficit iudiciũ probabile.

Reſpondet, nego conſequentiam. Ad probationem, æquiuocaris, & falſa 40
inuoluis. Diſtinguo igitur. Sufficit iudiciũ probabile de veritate huius, licitũ eſt hoc agere, concedo; ſed tale iudicium nunquam habetur de minus probabili, cum hæc habet oppoſitam magis probabilem negãtem, quod ſit licitum, & tamen iſtud iudicium probabile eſt illud, quod requiritur etiam ad Aduerſariis, vt quis honeſtè agat; ſufficit iudicium de probabilitate huius, nẽpè, quo iudico, probabile eſſe, quod opus ſit licitum, neque quia cũ in iudicio de probabilitate ſtat dubiũ de veritate, & ſtat etiam iudicium de

falſitate,quia exiſtimo aliquã opinionionem probabilem,& adhuc exiſtimo falſam,ergo non eſt iudiciũ hoc, quod ſufficiat ad honeſtè agendum; & malè etiam vocas illud iudicium probabile,nam de probabilitatę habetur iudicium ſcientificum. Vide *ſupra*.

41 Contra eſt, quia qui negat conſequentiam non negat veritatem antecedentis, ſed relinquit in ſuo eſſe,negando ſolum connexionem vnius cũ alio,ac proindè inſinuat præcisè conſequẽs eſſe falſum, cum non deducatur ex veritate antecedentis,ita Logici de modo argumentandi. Poſſunt ergo amplecti duæ opiniones contrariæ, & ſic probabilis, & probabilior. Dicit autem quod æquiuocatio eſt in probatione cõſequentię,quæ eſt hæc: vt licitè ſequar ſufficit iudicium pro-

42 babile. Sed reuera non probat æquiuocationem, dum falſo negat in opinione minus probabili iudiciũ probabile,ſupra enim apertè probatum eſt, iudicium probabile dari in opinione minus probabili, non enim otiosè, & inutiliter opinio minus probabilis appellatur probabilis,ſed ſic dicitur,quia in intellectu meo generat iudicium probabile,quod de ea facit opinans in ordine ad opus licitũ, ſicut enim manus minus calida producit ſuum effectum caloris in manu non ſecus ac ſi magis calida eſſet, quia forma in eſſe poſitiuo non impeditur à ratione cõparatiua,quin producat ſuum effectũ, ita opinio probabilis non impeditur à probabiliore,quin producat ſuũ effectum probabilitatis hoc ipſo quod eſt informata forma probabilitatis, non obſtante maiore probabilitate, quæ habet tantum intendere iam informatum,& non deſtruere; vnde maioritas probabilioris nihil aliud importat reſpectu minus probabilis,niſi quod ipſa habet minorẽ probabilitatẽ,quæ ſufficit,vt intellectus informetur ad iudicandum probabiliter tale opus licere.

Quod addit, quod cum iudicio de

43 probabilitate ſtat dubium de veritate, & ſtat etiam dubium de falſitate,& ſi non eſt iudiciũ ſufficiens ad honeſtè agendum Reprobatur,vt ſupra dictũ fuit, quia iudicium probabile ex quo eſt probabile dicit licitum eſſe opus agẽdum,aliter non eſſet probabile,& verum; probabile enim eſt verum,& certum moraliter,dum habet apparẽtiam propinquam vero naturali, & ſciẽtifico, cum aliter à nobis ſciri non poſſit in ſuo genere.Excludit ergo dubium,& falſitatem in genere moris,vt id probatum fuit *c*.5.*n*.18. Concludit, malè vocari iudicium probabile opinionis minus probabilis,quia de probabilitate habetur iudicium ſcientificum.Sed contra,quia ſciẽtia non ſtat cum probabilitate,vt docent omnes, ſũt enim duo habitus diſtincti.Si verò velis cognitionem de probabilitate,vt ſic eſſe iudicium ſcientificum, in eo, quod opinio probabilis generat in opinante iudicium probabile, quovis modo opinetur,concedo,quia reuera eſt ita,aliter opinio non eſſet probabilis,ſi non poſſet oporari ſuum effectũ.

Nonum argumentum ex *Vaſq*.1.2. *diſp*. 62. *q*. 19. Poſſum per extrinſeca principia,nempè auctoritate aliorum opinari contra proprium iudicium; ergo licet ego magis probabilem hanc opiner,poſſum per extrinſeca principia ſequi alteram quam opinor minus probabilem. 44

Reſpondet,nego antecedens, quia opinari non eſt liberum, vnde nemo poteſt,non ſolum moraliter,ſed neq; phyſicè opinari,niſi vt verè,& de facto opinatur ſecundum motiua, quæ habet maiora,& fortiora. Quomodo ergo poteſt quis opinari contra id,quod opinatur. Nonne hæc manifeſtè ſe deſtruunt. 45

Si diceres,poteſt opinari contra id, 46 quod opinabatur propter aliquã nouam rationem.Cõcederem,ſi diceres etiam,poteſt opinari ex principiis extrinſecis contra id, quod opinatur ex intrinſecis, quia præfert in iudicando auctoritatem, & perſpicaciam aliorũ rationibus,& perſpicaciæ propiæ;etiã concederem.Sed tunc nihil cõtra me. Quia magis probabilis eſt ipſi opinio aliorum,quã opinio,quæ alioqui eſſet propria,ſi fideret rationibus,& perſpicaciæ propriæ. Sed oportet,vt habeat fundamentum rationis,ſic præferendi illam partem,nempè,quia ſunt plures v.g.& doctiores,& qui proprias illius rationes expenderint, vel expendiſſe putandi ſint; & tunc non agit contra iudicium,& opinionem,quę eſſet propria quo ad honeſtatẽ illius actionis, niſi motiuis intrinſecis,quæ ipſe habet præponderarent,& fortius mouerent extrinſeca auctoritatum. Quare ſimpliciter opinatur iuxta magis probabilem, & iuxta fortiora motiua, ſi iſte,qui ſuam,quam habet, opinionem fundatam in intrinſecis relinquit propter

Digitized by Google

propter fortiora motiua extrinſeca, vltra intrinſeca, quæ habet, haberet etiam pro ſe extrinſeca auctoritatum paria auctoritatibus oppoſitis, ſanè non poſſet opinari contra tuam, quam haberet, ſed hanc habeat neceſſe eſt, quia fortiora ſunt huius motiua, quare probabilior ſemper ſequenda eſt.

47 Contra eſt, quia experientia cōſtat verum eſſe quod ego relicta mea opinione probabiliore, ſecundum Vaſquez poſſum ſequi alienā minus probabilē, & qui hoc negat, negat in rebus experientiam omnibus notā, nam videmus paſſim viros doctos mutare opiniones etiā de probabiliori in minus probabilem, non ſemper quia noua, & poſterior videatur probabilior; ſed quandoque ad commodū, & vtilitatem propriam. Et ſi rudis, & diſcipulus poſſunt amplecti opinionē Parochi, & Magiſtri, cum non ſemper doceant probabiliorem; cur habens probabiliorem non poteſt ſequi minus probabilem adhærendo eius patrono. Nullam enim video neceſſitatem apprehendēdi alienam ſub ratione probabilioris, quādo reuera non eſſet talis; neque enim ad mutationē opinionis neceſſaria eſt maior probabilitas, ſi enim prior erat magis probabilior, non ideo efficit vt poſterior euadat ſimiliter magis probabilior, cum per mutationē nihil addatur, vel minuatur. Ex falſo eius fundamento pendēt hæc inconuenientia, quod non ſit liberū opinari, vti falſo ſæpius reiecto. Nam certū eſt, voluntatem poſſe im-
48 perare intellectui, vt faciat hanc, vel illam cogitationem, & cognitionem, vt docent omnes cū Scot. *in 2. diſt.* 42. *q.* 4. §. *Tertia propoſitio*, ibi eius Comm. *tom. 6. p. 2. oper. Scoti, n.* 10. Ioannes Hiribarne *in ſuo tr. De Act. hum. diſp.* 4. vbi probat, quod oportet, vt actus intellectus ſint in poteſtate voluntatis, cum cæteris omnibus potentiis imperet. Nulli autem dubium eſt, intellectum poſſe elicere actum, & iudicium non ſolum de opinione probabiliore, ſed etiam minus probabili, vt pluries probatū fuit hic, & in præcedentibus capitibus, & denuò probatur. Tùm quia inter entia vnū eſt perfectius alio, & tamen vtrumq; determinat intellectū ad ſui cognitionem, non obſtāte quod ens perfectius ſit fortius in eſſe, & in operando, quia cognoſci ſequitur ad ineſſe. Tùm quia in qualitatibus datur intentio, & remiſſio, & tamen vna non impedit aliam in ſua cognitione; vnde non minus intellectus mouetur à minus calido ad ſui cognitionem, quam à magis calido, cum cognitio habeatur à forma in ſuo eſſe vti obiecto præſcindendo à magis, & minus; ergo idē dicendum eſt reſpectu obiectorum, & motiuorum, ſiue ſint fortiora, ſiue minus fortiora in opinionibus, in genere moris. Patet ex his poſſe mutari opinionem non ſolum minus probabilē in probabiliorem, & è contra non ſolum, quia illa viſa fuit probabilior, in quam fit mutatio, ſed etiam quia liberum eſt opinari de probabiliore in minus probabilem, cum huius motiua poſſint de ſe determinare intellectū ſic opinantem ad iudicium probabile.

Decimum, & vltimum argumentū 49
eſt hoc. Ex Vaſquez, ſubditus contra propriā opinionem parere debet prępoſito præcipienti, ſi nouerit ipſum præcipere ſecundum opinionē probabilem, quam putat, ſe poſſe ſequi; ſed tunc ageret contra propriam opinionem, & ſequeretur illam, quæ ſibi videtur minus probabilis; ergo poſſumus licitè aliquādo ſequi minus probabilem, & agere licitè contra noſtrā opinionem; ergo ſi aliquando, & ſemper, cum non ſit maior ratio, cur ſequamur opinionem ſuperioris, & non alterius viri docti, & probi.

Reſpondet, conceſſa maiore, ne- 50
gando minorem, quia ſubditus in eo, quod eſt ſubditus, & in quo ſuperior non aduerſatur diuinæ voluntati, eo quod iuſtè imperat, putans ſe rem licitam imperare, non ſuum, ſed ſuperioris ſequi debet arbitrium; vnde iā ſic licet operari, imò tenetur, quare ſic eſſe licitum, imò ſic eſſe faciendū ex arbitrio ſuperioris iudicat; adeoq; nec agit contra conſciētiam propriā, neq; minus probabilem ſequitur obediendo, ſed ſequitur certā, certo enim iudicat ex motiuo obedientiæ, ſic licitū eſſe agere, imò ſic eſſe agēdū. Quare illa actio imperata dupliciter poteſt conſiderari, vel vt pēdet à ſolo arbitrio ſubditi, & ſic illicita eſſet, quia cōtra dictamen rationis, vel vt pendet ab arbitrio ſuperioris habentis iuſtam cauſā pręcipiendi; quia ipſe opinatur, rē cōtrario modo ſe habere, ac opinatur ſubditus, & non manifeſtè erat, &

tunc cum ſuſpenſione proprij iudicij circa talem actionem ſecundum ſe licita poteſt iudicari ex motiuo obedientiæ; neque eſt contra dictamen rationis, imò ſecundum dictamen, quia ratio dictat, vt cum res certa non eſt, an ſecundum ſe ſit licita, vel illicita, non ſuo ſe ſubditus, ſed ſuperioris regat arbitrio.

51 Quare tunc ſubditus agit ſecundum propriam conſcientiam, & certo ſciens, ita agendum, quia obediendum, non igitur agit contra propriam conſcientiam, aut ſequitur minus probabilem partem, quia non reſpicit actionem, vt pendet à ſuo, ſed vt pendere debet ab alterius iudicio, quomodo certum eſt, eſſe ipſi licitam, quia ex obedientia fit. Quare nego primam conſequentiam, quia ſequitur ſubditus propriam opinionem, ſiue ſcientiam, quia iudicat obediendum in re incerta; non poteſt autem ſic iudicare reſpectu viri docti, cui non eſt ſubditus, quia nullius eſt tanta auctoritas, qua doctus vir eſt; vt eius arbitrium ſequi quis tuto poſſit, imò teneatur, ſed examinanda ſunt momenta rationum, & pondera auctoritatum, & melior pars ſequenda; nam vir vnus doctus non eſt audiendus, cum plures pariter docti contrarium opinantur, ſi ſola ſpectetur auctoritas.

52 Adde, quod ex Scoto ſupra, cum peccet, qui ſequitur minus probabilem notabiliter, ſi talis iudicio prudentis eſſet opinio ſuperioris non tenetur ſubditus illam ſequi.

53 Contra eſt, quia Vaſquez *ea diſputat. 62. num. 32.* ſequendo opinionem Cordubæ *lib. 3. q. 9.* aſſerit, ſubditum poſſe, & debere ſequi opinionem ſuperioris minus probabilem contra ſuam magis probabilem. Hæc eſt maior, quam concedit Candidus, quæ tamen directè eſt contra ipſum. Negat vero minorem, quæ eſt hæc: Sed tunc ſubditus ageret contra propriam opinionem ſequendo illam ſuperioris minus probabilem. Quam tamen concedere debuiſſet, quia reuera opinio ſuperioris eſt minus probabilis, vt ſupponitur, & infertur ex conceſſione maioris. Nec minor negata ab ipſo probatur, dum dicit, in eo caſu obedientiæ, ſubditum putare ſuperiorem rem licitam præcipere, & ſe obedire tenere, ac proinde non facere contra propriam conſcientiam, neque minus probabilem ſequi opinionem obediendo, quia ſequitur certam opinionem ſic iudicatam ex motiuo obedientiæ, ex quo actio illa imperata prout à ſolo arbitrio ſubditi pendet, cenſetur ab eo illicita, quia contra dictamen rationis, licita vero prout pendet ab arbitrio ſuperioris habentis iuſtam cauſam præcipiendi.

Ex hac ſua probatione conſtat, 54 opinionem minus probabilem euadere probabiliorem, & actionem, ſeu executionem obedientiæ præſtitæ à ſubdito, eſſe certo licitam prout dependet ab arbitrio, & præcepto ſuperioris. Sed contra eſt, quia mutatur ſuppoſitio in argumento, quod aſſerit, ſubditum debere obedire ſuperiori præcipienti ſub opinione minus tuta, ſeu probabili contra propriam magis probabilem. Præterea præceptum ſuperioris non facit ſuam opinionem, ſecundum quam præcipit, nec magis, nec minus probabilem, ſed eam relinquit in ſuo ſtatu, ſicut faciunt cæteri in vſu opinionis propriæ, per quem vſum nulla opinio fit magis, vel minus probabilior, ſed ex ſuis motiuis rationabilibus iam probabilis conſtituta, augetur à ſcholaſticis eam docentibus non præcipientibus. Ex vi igitur præcepti non mutatur, ſed eadem omnino manet. Quare ſubditus obediendo ſequitur opinionem ſui ſuperioris talem, qualis erat ante præceptum; nec dicitur facere contra propriam conſcientiam, quia propria opinione relicta in eo caſu ſecutus fuit alienam, quod tenebatur dicere Candidus, ſed ſciens ſe non poſſe ita reſpondere ſecundum ſua principia, adinuenit ſupra dictam rationem obedientiæ mutantem opinionem probabilem in probabiliorem, mox à nobis vti falſam reiectam. Ex quo etiam apparet nullam maiorem certitudinem acquiſiuiſſe opinionem ſuperioris per executionem præcepti, ſed remanſiſſe in ſua certitudine morali, ſicut erat ante, manens inuariata, quia certitudo, & veritas opinionis colligitur ſicut, & eius probabilitas, vt dixi à motiuis firmis eam fundantibus.

Illa

55 Illa duplex conſideratio actionis imperatæ à ſuperiore parum refert hic, quia illa prouenit quidem à ſubdito exequente præceptum, non tam à præcepto, vt patet ex eius executione, quam à conſcientia ſubditi qualificata per opinionem ſuperioris, ſecundum quam in ratione conſcientiæ alienæ factæ propriæ operatus fuit, relinquendo propriam in actu practico, non in ſpeculatiuo.

56 Et ex his patet etiam, illum obediendi actum pendere ab vtroque, tùm à præcepto, tùm ab opinione mutuata, vt ita dicam, à ſuperiore, cui ſubditus ſe accommodauit & reſpectu præcepti, & reſpectu opinionis, vt obedientia eſſet perfectior, non autem obediuit, quia factus ſit certior de licitate rei, ſed quia opinio iam antea de ſe certa erat ex ſuis motiuis, non ex præcepto, quod ſolum perfecit actum obediendi in genere huius virtutis.

57 Colligitur ex his non magis ſuperiorem augere ſuam opinionem præcipiendo, quam Doctor conſulendo præcisè petentem conſilium de opinione ſequenda, ſicut & Parochus aſſerendo ſuum Parochianum poſſe ſequi ſuam opinionem, quia ex conſilio, nec ex præcepto conſtituitur opinio, nec augetur eius probabilitas, ſed ex eruditione Doctorum illam probantium.

58 Scotus præcitatus à Candido *in 4. diſtinct. 11. q. 6. §. Hic breuiter*, dicit, quod amydum non videtur materia conſecrabilis licet coctum: *Et cum pars negatiua multum ſit probabilior, non ſine peccato aliquis ſe exponit tali dubio.* Non loquitur generaliter, ſed in eo ſpeciali caſu, quod non puto habere nomen opinionis, ſed tantum dubij, ideo nihil probat pro aduerſariis.

59 Candidus acerrimus propugnator ſuæ opinionis obiicit ſibi hoc argumentum *ad finem q. 5.* his verbis: *Opinio probabilior eſt licita in praxi; ſed opinio aſſerens licitum eſſe ſequi minus probabilem, eſt opinio probabilior, ergo.* Colligitur ex Sanchez *lib. 1. cap. 9. num. 72.* ex eo Caſtropal. *diſput. 2. de conſcient. opin. p. 2. num. 3.* Caramuel *in ſua Theologia Fund. num. 443. impreſſ. Romanæ, fol. 154.* vocat argumentum demonſtratiuum.

Sed reuera tale non eſt, quia vtraque præmiſſa patitur exceptionem, 60
nam maior hæc: Opinio probabilior eſt licita in praxi; eſt vera in actu exercito, non vero ea, quæ eſt tantum probabilior in actu ſignato, ex quo patet ad minorem, quæ eſt hæc: Sed opinio aſſerens lic̃itum eſſe ſequi minus probabilem, eſt opinio probabilior; in actu ſignato verum eſt, falſum vero in actu exercito, & in praxi, nam praxis, & vſus cadit ſuper ſingulas opiniones minus probabiles, quæ adhuc ex vſu remanent tales, quales erant ante; actus vero ſignatus, & ſpeculatio extra praxim indicat quidem opinionem minus probabilem ſequi poſſe ſine peccato, eſſe quidem probabiliorem, & propter motiua, & propter auctoritates ferè omnium ſcholaſticorum, qui tenent eſſe veram, & probabiliorem opinionem, nos poſſe ſequi opinionem minus probabilem relicta probabiliore, & quidem probabiliorem, quam ſit oppoſita Candidi, Merendæ, & Mercori contendentium oppoſitum eſſe falſum nimirum, poſſe nos ſequi opinionem minus probabilem. Itaque obiectum huius controuerſiæ de ſequenda, vel non ſequenda opinione minus probabili, eſt ipſa opinio minus probabilis in actu ſignato concepta, & in communi præſcindendo à praxi huius, vel illius.

Candidus reſpondet ſic, negando 61
minorem, quia ſi ſpectes rationes ſeu argumenta intrinſeca; illa partis negantis, licitum eſſe ſequi minus probabilem, nondum ſunt ſoluta à Doctoribus partis affirmantis, quantumlibet ea ſoluere conati ſint, vt melius patebit in fine diſputationis noſtræ. Argumenta vero pro parte affirmante euidenter continent æquiuocationem, & ſic non probant, vt ex dictis patet. Si verò ſpectes auctoritates, pro negante ſunt Doctores grauiſſimi, vt patet ex dictis ſuprà, Ariſtoteles SS. Auguſtinus, Chryſoſtomus, Thomas, Scotus, Ricardus, Ioannes Major, Gabriel, Cancellarius Pariſienſis, Conradus, Gandauenſis, Syluеſter, Nauarrus, &c.

Contra eſt, quia quantum ad ra- 62
tiones ſpectat, grauiſſimi Doctores

 noſtram

noſtram opinionem firmarunt quampluribus argumentis, vti Sanchez, Suarez, Vaſquez, & nos licet nec ſimus digni numerari inter infimos ſcholares, corroborantes decem argumenta opinionis valida, & vniuoca, non æquiuoca, nec infirma, reſpondimus contrariis, quæ ſunt parui momenti; vt patet legentibus ſupradicta in vtramque partem. Rationes adductas ab aduerſariis refellimus tùm in præcedenti capitulo, tùm in 6. & 5. quas oſtendimus nullius eſſe efficaciæ, præſertim argumenta ipſius Candidi, quorum aliqua fundantur in eo principio Ariſtotelis: *Non eſt liberum opinari*, quod ſæpè repetit, falſo ex eius interpretatione, & contra experientiam, vt non ſemel probatum fuit in prædictis locis, ex quo deinde deduxit alia inconuenientia, vt quod quis non poſſit ſequi alterius opinionem minus probabilem, niſi eam ſibi conſtituat probabilem; eam non facere iudicium probabile, ex quo opinans neceſſitatur ex motiuis fortioribus ad opinionem probabiliorem, &c. quæ vt falſa reiecimus locis citatis, vbi declarauimus germanum ſenſum Ariſtotelis eſſe, quod opinari liberum non eſt eo modo, quo imaginatio libertatem habet, fingendi ſcilicet ſibi obiecta quæcumque vera, & falſa, ac chimeras; intellectus vero opinans hanc libertatem non habet, ſed determinatur ad intelligendum tam ab obiectis minus fortibus, quam à fortioribus, & à voluntate imperatur ad opinandum hoc, vel illo modo; & in his, quæ contra experientiam negat Candidus, nulla eſt difficultas, ſicut in ſuis rationibus de libertate ab ipſo negata opinandi, nec vllus antiquorum negauit liberum opinari.

63 Quantum verò attinet ad Doctores ab eo allegatos pro ſua opinione, ſunt quidem grauiſſimi, & veneratione digni, ſed nullus illorum non ſolum non manifeſtè, ſed nec arguitiuè, tenet, nos debere ſequi opinionem magis probabilem, relicta minus probabili, Doctorum enim citationes obſeruaui *ad fin. c. 6.* & nihil inueni pro ipſis.

64 Addo hic, Candidum citare D. Chryſoſtomum *Homil. 44. in cap. 23. Matth.* quam Mercorus dixit quartam Homiliam in ſuo Codice, vera eſt citatio Candidi, falſa Mercori; ſed neuter benè citat Sanchem, quia verba ab eo allata ſunt incerti Auctoris. Lege *tom. 2. impreſſionis Heruagianæ Baſileæ* 1539. *fol.* 477. vbi incipiunt Homiliæ incerti Auctoris, inter quas eſt illa 44. citata, his verbis: *Si enim veſtimenta empturus giras vnum negotiatorem, & alterum, & vbi meliores veſtes inueneris, & pretio viliori ab illo comparas; quomodo non oportet populum circuire omnes Doctores, & inquirere, vbi ſincera veritas Chriſti venundatur, & vbi corrupta, & omnium confeſſiones cognoſcere, & veriorem eligere, pluſquam veſtimentum?* Hic Doctor, non Sanctus Ioannes Chryſoſtomus, benè loquitur, non tamen ſuadet electionem verioris opinionis, ſed præſcribit, nos debere ſequi verum intellectum ſacrarum Scripturarum, non falſum, nec alienum ab interpretatione Sanctorum Patrum, hoc enim præceptum eſt in ſacris Conciliis, de qua re Tridentin. *ſeſſ.* 5. Vide *infrà cap.* 26. vbi hæc eadem auctoritas examinatur contra Mercorum.

CAPVT IX.

An ex duabus opinionibus contrariis æqualiter probabilibus liceat ſequi vtramque, vel alteram?

Conclusio eſt affirmatiua, 1
& communiſſima omnium, qui tenent, nos poſſe ſequi minus probabilem, relicta probabiliore. Et probatur *Primò*, quia nos poſſumus ſequi probabilem contra probabiliorem ex probatis *cap.* 6. ergo ex duabus probabilibus vnam contra aliam, & hoc à fortiori, quia probabilior magis pugnat cum minus probabili, quam probabilis contra æquè probabilem, ſi ergo probabilior ſinit ſe vinci à minus probabili, etiam probabilis à probabili non impeditur. Et facit axioma legale: Par in parem non habet imperium. *Secundò*, quamuis æqualitas videatur probabilitatem vtriuſque facere dubiam, non tamen facit conſcientiam dubiam, ſed tantum probabilem æqualiter

Digitized by Google

æqualiter ex vtraque parte; quia opinans non dubitat de probabilitate vtriuſque, cum moraliter ſit de illa certus, quod vtrique opinioni inſit, ſed dubitat, ſeu, vt rectius loquar, ignorat, quænam illarum ſit probabilior; ergo cum ſibi conſtet de probabilitate vtriuſque, poterit ſequi, quam maluerit, & non peccabit, quia ex cognita probabilitate ſecurus eſt, rem licitam eſſe, ac proinde poſſe ſine peccato agere ſecundum conſcientiam probabilem. *Tertiò*, nulla ratio ſuadet, eſſe magis ſequendam vnam, quam alteram; quia æquales ſunt rationes pro vtraque parte; ergo in optione eſt voluntatis eligere quam voluerit.

Quærunt hic Moraliſtæ, quomodo iudex debet ſe gerere, quando in materia iuſtitiæ habet æquales opiniones, an poſſit ſequi, quam maluerit? an verò debeat diuidere litigatum inter partes?

3 Reſpondeo in dubio iuris, iudex poteſt ſequi opinionem, quam vult, & gratificari potius vni, quam alteri; in dubio vero facti iudex debet vel diuidere, vel partes compellere ad concordiam, & compoſitionem.

4 Primum de gratificatione probatur; quia ex æqualitate opinionum non magis perſuadetur fauere vni, quam alteri parti, ergo in eius eſt libertate fauere, cui voluerit. Confirmatur, quia ex duobus æquè dignis concurrentibus ad electionem,
5 Epiſcopus poteſt gratificari, cui voluerit, ex Gloſſ. *in cap. Eccleſia veſtra*, 57. *de elect. V. Non cenſuerit.* Barboſa *ibid. num.* 8. *& allegat.* 72. *num.* 199.

6 Secundum de diuiſione, aut compoſitione colligitur *ex l. Et hoc Titius*, 41. *ff. de hæredit. inſtitut. leg. Titius*, 54. *ff. ad Senat. conſ. Trebellian.* Rationem differentiæ affert Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 45. quia probationes facti ſe tenent ex parte cauſæ, ſecundum quas lis eſt decidenda; opinionum verò diuerſitas ſe tenet ex parte iudicis interpretantis ius, ideo fauere poteſt, cui vult, ſine alterius præiudicio; quia nulli præiudicat, qui ſequitur opinionem probabilem contra oppoſitam æquè probabilem. In facto igitur dubij lex præfata præcipit diuiſionem; in dubio vero iuris nihil præſcribit, ſed relinquit arbitrio iudicis. Hanc ſententiam docent ſexdecim Iuriſtæ citati à Vericello *tract.* 2. *q.* 14. *num.* 2. vbi pro ſe quoque refert viginti duos Theologos. Pro contraria parte recenſet paulò antè ſex Theologos, & decem nouem Iuriſtas, petentes diuiſionem, ſeu compoſitionem.

Candidus eximius Doctor *q.* 6. de 7
hac re, duarum ſcilicet opinionum æquè probabilium nonnulla præmittit examinanda.

Dicit autem, quod duo contra- 8
dictoria in propoſitionibus, ſeu opinionibus poſſunt apparere vera, ac proinde eorum ambæ opiniones eſſe probabiles, vt habere duas præbendas, nam opinionem eſſe probabilem nihil aliud eſt, quam eam apparere veram cum aliquo fundamento non leui; & vtraque contradictoria apparet vera propter diuerſa fundamenta rationum, & modo licita, & modo non licita propter eorundem diuerſitatem, quod eſt vtramque contradictoriam eſſe probabilem. Res verò vt in ſe eſt, non poteſt ſe habere niſi vno modo, ac proinde de ea niſi vnum iudicium habere poſſumus. Intellectus autem ab eo, quod ſibi apparet probabile, procedit ad iudicandum, quod eſt, de quo non poteſt iudicare vtramque partem contradictionis, niſi vno modo; cum vno tantum modo ſe habeat res vt eſt, & cum non habeat rationem vnius magis, quam alterius, neutrum iudicare poteſt; & ſic ſuſpenſus manet ad iudicandum de re, vt eſt, an ſit licita, vel non licita, quia de hoc non poteſt iudicare, niſi vno modo, & ſic ſtat, intellectum eſſe dubium & ſuſpenſum de re vt eſt; & licet poſſit iudicare de re vt apparet, quod ſit probabile, rem eſſe licitam, vel non eſſe licitam; tamen hoc iudicium facere non poteſt de re, vt eſt, quia vno tantum modo eſt. Quare cum intellectus iudicat vtrumque eſſe æquè probabile, in dubio eſt, an ſit, vel non ſit, ſecundum rem, ac proinde dubius adhuc eſt, an res ſit ita, vel non ita, ſit vera,
vel falſa, ſit licita, vel non licita. *Hæc* 9
eſt ſumma diſcurſus illius ſatis prolixi, & obſcuri, qui aliud non dicit, niſi quod

in

Digitized by Google

in opinionibus, & rebus opinatis duo iudicia ſpectare poſſumus, iudicium apparens, & iudicium reale, ſeu rei provt eſt in ſe, illud habere poſſumus, quo probabile putamus eſſe licitum, vel non eſſe licitum operari; & per hoc iudicium nondum habemus veritatem rei, vt eſt in ſe, nec eo modo, quo apparet, ſcilicet duplicem veritatem de contradictoriis, quia res vno tantum modo ſe habet, vnde dubius manet de licitate rei. Ex dictis tria deducit.

10 Primò, aliud eſſe iudicare aliquid eſſe probabile, & iudicare probabiliter aliquid eſſe, quia primum iudicium eſt de re provt apparet, & cum apparere poſſit affirmatiuè, & negatiuè, vtroque modo iudicatur probabilis. Secundum verò, cum vno tantum modo ſe habeat, vel affirmatiuè, vel negatiuè, & ſic tantum vna pars iudicatur, quod ſit, vel non ſit; ex quo Ariſtoteles dixit, non eſſe nobis liberum opinari vtramque partem contradictionis.

11 Secundò, intellectum inter duas partes æquè probabiles poſitum, verè & propriè remanere dubium ad proferendum iudicium de re, vt eſt, cum nullam habeat rationem ſufficientem ad proferendum tale iudicium.

12 Tertiò, deducit, non quamlibet probabilitatem ſufficere ad hoc, vt quis poſſit opinari, ac licitè ſequi in praxi opinionem aliorum, quia cum probabilitate vtriuſque partis æquali, vel quaſi æquali non poteſt quis opinari vnam, & iudicare probabiliter de re v.g. quod ſit licita. Vnde videndum, ait, eſſe, quænam probabiliter ſufficit ad agendum. Pro qua re,

13 Proponit ſub tertio aduertendo verificari has duas propoſitiones. Prima eſt: Vtraque pars quæſtionis contradictoria eſt probabilis. Patet ex dictis. Secundò: Non eſt probabile, vtramque partem contradictionis eſſe veram. Probat, quia ſicut poſſibile non eſt, vtramque partem contradictionis eſſe veram, ita neque eſt probabile.

14 Hinc concludit, quod verum eſſe non poſſit, quod quidam dicunt, licitum eſſe ſequi vtramque partem in opinionibus probabilibus, eo quia poſſumus ſequi licitè, quod eſt probabile. Non poteſt, inquit, hoc eorum dictum eſſe verum, quia ſic licitè ſequeremur, quod eſt probabile, & quod non eſt probabile; nam cum non ſit probabile, vtramque partem contradictionis eſſe veram, ſi licitè poſſemus ſequi, quod eſt probabile, poſſemus licitè ſequi, quod non eſt probabile eſſe verum, vnde committitur magna contradictio; oportet igitur diſtinguere de probabili, quod poſſumus ſequi.

Diſtinguit ergo duplex probabile, vnum ſecundum quid tale, qualis dicetur ea propoſitio, quæ ſecundum aliquod medium, ſeu motiuum talis eſt, licet ſecundum aliud ipſa non ſit probabilis, ſed contraria. Alterum ſimpliciter, qualis dicetur ea propoſitio probabilis, quæ attentis non tantum aliquibus mediis, ſed omnibus, per quæ illius veritas cognoſcibilis eſt, expenſis, inuenitur probabilis. 15

Et quidem cum vtraque pars contradictionis eſt probabilis, non poteſt eſſe niſi ſecundum aliqua media, quia ſecundum hæc vera apparet vna pars, ſecundum alia apparet vera altera contradictoria; nam idem ſecundum idem apparet idem, & non oppoſitum. At omnibus ſimul, & inuicem expenſis ad iudicandum ex illis de re, non niſi vno modo, apparere poteſt, vel affirmatiuè, vel negatiuè, vel dubiè, non magis vno modo, quam oppoſito. Quare non vtraque affirmatiua, & negatiua, omnibus expenſis ſimul, & inuicem, apparere poteſt vera, quia vel illa, quæ ſunt pro vna parte contra alteram, habent victoriam inuicem, & ſimul expenſa, vel vincuntur ipſa, vel in dubio ſtat victoria partis vtriuſque. Et ſi quidem vna pars vincit, illa apparet vera, & dicitur probabilis ſimpliciter, ſeu omnibus expenſis; ſi neutra vincit, neutra apparet vera ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid, & non poteſt diſcerni, aut iudicari aliquid vnum ſimpliciter, nempè quod ſit vera, vel falſa, ſed remanet dubia, quia intellectus, qui vt de re iudicet, vnum ſimpliciter iudicare debet, non enim poteſt iudicare, 16

quod

Digitized by Google

quod partim vera, partim falſa ſit, partim licita, partim non licita, ſuſpenſus remanet neceſſariò, & dubius, & ſic res, ſeu actio ſimpliciter dicetur non probabilis, neque improbabilis, ſed dubia.

17 Cùm igitur iudicium, quod ferri debet de re ab intellectu, an videlicet licita ſit, vel non licita, vera vel falſa, quodque debet præcedere electionem, debeat eſſe de re, quatenus eſt cognoſcibilis moraliter per omnia; quia alioqui non eſſet iudicium prudens, ſed ad pauca reſpicientis, quales ſunt imprudentes, & citò credentes; & alias, ſi ſolum per aliqua media, & non per omnia iudicetur, poſſit contingere error, ſicut ſæpè contingit; nam omnibus conſideratis, quod per aliqua probabile prius videbatur, iam non videtur probabile; ideo non ſufficit ad prudenter eligendum, quod probabile ſit aliquid ſecundum quid, ſed debet eſſe probabile ſimpliciter; quia alioqui non eſſet facta diligentia ad verum inquirendum, nempè omnia conſiderando, & inſpiciendo, & ſic error eſſet culpabilis.

18 Ex quo patet, quod illa propoſitio: Sufficit in moralibus probabilitas; vera eſt de probabilitate ſimpliciter, non ſecundum quid; quia per hanc non iudicatur de re ſimpliciter, neque ſecundum debitam diligentiam, quæ debet adhiberi, quæ eſt, vt expendantur inuicem ſimul omnia media, per quæ moraliter eſt cognoſcibilis, & iudicabilis, quo modo ſola res poteſt eſſe ſimpliciter opinabilis. Nam cum per aliqua probabilis ſecundum vnam partem contradictionis, & per alia æquè probabilis eſt ſecundum alteram, non eſt opinabilis; quia in neutram partem inclinari poteſt intellectus, vt præſtet illi probabilem aſſenſum, & licet de vtriuſque partis probabilitate ſecundum quid ſcientificè iudicet, de veritate tamen rei dubius manet.

19 Et hæc eſt ratio validiſſima, vt ego quidem exiſtimo, & per præfatam diſtinctionem rem totam declarans, & detegens errorem ſeu fallaciam, quæ orta eſt, in hac materia, confundendo probabilitatem ſimpliciter, quæ ſufficit ad prudenter eligendum, cum probabilitate ſecundum quid, quæ minimè ſufficit. *Hæc ad verbum, & ſententiam Candidus, quæ examinanda ſunt.*

Examen primum ſit: Diſtinguit D. Candidus duo iudicia circa obiectum opinatum: vnum apparens, alterum rei prout eſt, quod nos vocabimus reale ad differentiam iudicij apparentis. Dicit ergo, quod iudicium apparens importat duas contradictorias ex diuerſis motiuis apparenter ambas veras, quo iudicamus probabile aliquid eſſe licitum, vel non eſſe licitum; quod ego concedo. Subiungit verò per iudicium apparens intellectum non poſſe iudicare, vtrumque de eo, quod eſt, quia vno tantum modo res eſt, vel vera, vel falſa, & propter hoc vnò tantum modo intellectus iudicare poteſt; cum tamen ſuſpenſus maneat, non poteſt iudicare de re vt eſt, an ſit licita, vel non licita, ac proinde reſtat dubius. Vnde poſitus inter duas æquè probabiles remanendo dubius non poteſt iudicare de re, vt eſt, cum nullam habeat ſufficientem rationem ad proferendum tale iudicium. Hoc poſterius eſt omnino falſum; Tùm quia per illud primum iudicium apparens, quod eſt proprium opinionis, attingitur obiectum opinabile ex ſuis motiuis rationabilibus, exiſtimatum probabile, & licitum ad operandum prudenter; & ſine peccato; ergo fruſtra quæritur aliud iudicium. Tùm quia iudicium rei vt res eſt, non pertinet ad opinionem, ſed ad ſcientiam, hæc enim ad vtrumque non eſt, ſed ad vnum neceſſarium, quod aliter ſe habere non poteſt, vnde reſpectu illius, obiectum non poteſt eſſe niſi vno modo, vel falſum, vel verum; opinio vero ad vtrumque quia fundatur in apparentia diuerſorum motiuorum, quibus intellectus opinatiuus ferri poteſt in vtramque contradictoriam diuerſimodè; affirmatiuè ſcilicet, & negatiuè iudicando vtramque veram, vel vtramque falſam. Sufficit ergo opinanti iudicium apparens ex motiuis ſibi proportionatum, alio autem iudicio de re prout eſt in ſe, non eget ſiſtendo in cognitione opinatiua, & non tranſeundo ad cognitionem ſcientificam. 20

Tùm

Digitized by Google

Tùm quia falſum eſt, intellectum manere ſuſpenſum, & dubium in iudicio rei vt res, ſed dicendus eſt inuincibiliter ignorare veritatem rei vt res eſt, dum eius veritas ſolum apparenter attingi poteſt. Gratis quoque aſſerit intellectum reſpectu duarum opinionum æqualiter probabilium remanere dubium, eo quod non habet rationem ſufficienter proferendi tale iudicium; nam quoad apparentiam opinionum, certus eſt ambas eſſe probabiles, dum tales ſunt ex ſuis principiis, quorum virtute tales quoque ſupponuntur, quod ſufficit, quia cognoſcuntur tantum probabiliter, & non ſcientificè, prout res eſt, quia id munus non eſt cognitionis opinatiuæ, ſed cognitionis ſcientificæ, reſpectu cuius non dicitur dubius, ſed ignorantia inuincibili laborare.

21 Examen ſecundum eſt ſuper duas eius propoſitiones in tertio aduertendo. Prima eſt: Vtraque pars quæſtionis contradictoria eſt probabilis. Secunda eſt: Non eſt probabile vtramque partem contradictionis eſſe veram. Dicit primam veram, ſecundam falſam; quia ſicut poſſibile non eſt, vtramque eſſe veram, ita neque eſt probabile. Æquiuocat hic Doctor; nam poſita veritate prioris propoſitionis, neceſſario ponitur veritas eadem poſterioris, nam vtraque pars quæſtionis contradictoria probabilis eſt in eo, quod continet veritatem apparentem moraliter, quod ſufficit ad cognitionem probabilem, quæ ſuum obiectum tantum apparenter attingit, vt proportio ſit inter obiectum, & cognitionem; ex quo ſequitur, quod etiam ſit probabile, vtramque eſſe veram; quid enim aliud eſt, ambas partes eſſe probabiles, niſi probabile eſſe, eaſdem eſſe veras? in quo enim conſiſtit probabilitas, niſi in veritate earum, ergo ſi vera eſt prima, eſt etiam vera ſecunda, & quidem non minus, quàm prima, quia vna infert alteram, propter medium probabilitatis in vtraque repertum. Æquiuocatio autem eius apparet in eo, quod primam ſumit ſecundum veritatem apparentem; ſecundam vero conſiderat ſecundum veritatem realem, id eſt, rei prout eſt, in quo ſenſu poſterior eſt falſa; quia non eſt probabile, imò neque verum, vtramque partem contradictionis eſſe veram, & ſic benè loquitur, ſed non ad rem, quia cognitio realis, id eſt, rei prout eſt, non ſpectat ad opinionis iudicium, ſed ad ſcientiam, quæ opponitur opinioni. Vnde eius ratio euacuatur, quia ſicut poſſibile eſt, vtramque partem contradictionis eſſe veram apparenter, ita & hoc idem probabile eſſe poteſt. Et ſicut non eſt poſſibile vt verificentur duæ contradictoriæ ſecundum veritatem rei, prout eſt, ita neque idem probabile in eodem genere veritatis rei, vt res eſt; & eo magis, quia probabilitas non miſcetur cum ſcientia, ſicut nec veritas apparens, eſt veritas rei.

Examen tertium eſt. Ex eo quod dixit: Non eſt probabile, vtramque partem contradictionis eſſe veram; deducit aliud falſum, nimirum, verum non eſſe, licitum eſſe ſequi in opinionibus probabilibus vtramque partem, ex eo, quod poſſumus ſequi licitè, quod eſt probabile, & probat, quia ſic licitè ſequeremur, quod eſt probabile, & quod non eſt probabile; nam cum non ſit probabile vtramque partem contradictionis eſſe veram, ſic licitè poſſemus ſequi, quod eſt probabile, poſſemus licitè ſequi, quod non eſt probabile eſſe verum, vnde committitur magna contradictio. Sic ille: Ego autem oſtendo, nullam eſſe contradictionem, ſed magnam æquiuocationem tranſeundo à veritate apparente ad veritatem realem; nam, vt ex dictis patet, duo contradictoria verificantur ſecundum apparentem veritatem, non verò ſecundum veritatem realem, id eſt, rei prout eſt, quia cum vno modo ſit, neceſſe eſt, quod vna ſit vera, altera falſa; in apparentia verò cognitionis vtraque poteſt eſſe vera propter diuerſitatem motiuorum, à quibus intellectus inclinatur modo ad vnum, modo ad alterum; amplectendo igitur vtramque contradictoriam, ſequimur ſemper quod eſt probabile, licet non quod eſt verum veritate rei, cum id non ſpectet ad conſcientiam probabilem, ſed ad ſcientiam rei prout eſt, 22

eſt, quod non conſiderat intellectus opinatiuus.

23 Examen quartum ſuper diſtinctione probabilis ſimpliciter, & ſecundum quid. Probabile ſimpliciter eſt illud, quod cognoſcitur tale conſideratis omnibus ſpectantibus ad eius veritatem. Illud verò dicitur probabile ſecundum quid, quod tale cognoſcitur ſecundum aliquod motiuum, licet ſecundum aliud non ſit probabile, ſed contrarium. Contra hanc diſtinctionem eſt: Tùm quia hoc ipſo, quod aliquid eſt probabile, eſt ſimpliciter tale, per formam probabilitatis, quæ licet ſuſcipere poſſit magis, & minus, tamen de ſe ſpectata ſuum ſubiectum denominat tale, quia habet in ſe totam eſſentiam quam in ſeipſa dicit; ergo ſi eſt probabile, eſt ſimpliciter probabile, & non ſecundum quid, quia totam ſuam eſſentiam forma probabilitatis tribuit ſubiecto, quod denominat probabile, non ex parte, ſed ex toto;
24 quia formæ rerum ſunt indiuiſibiles, ſicut numeri; ergo dum communicantur ſubiecto indiuiſibiliter communicantur; ſed probabilitas eſt quædam forma; ergo communicatur indiuiſibiliter ſubiecto probabili; ergo quandocumque illud eſt probabile, ſimpliciter eſt tale, & non ſecundum quid: Tùm quia ad conſtituendum probabile ſufficiunt illæ rationes, quæ ex diligentia adhibita occurrunt, quamuis poſtea aliæ ſe præſentent opinanti, non ideo, ſubiectum non dicetur ſimpliciter probabile, quia etiam ex vnica ratione forti poteſt conſtitui vna opinio probabilis. Tùm quia tam exacta diligentia exhibenda ſuper omnibus motiuis non eſt neceſſaria, quando agitur de opinione iam ab aliis conſtituta probabilis, ſufficit enim credere viro docto, vel per ſe docto illam conſiderare. Tùm quia ea diſtinctio non facit ad rem in præſenti quæſtione de æqualitate opinionum, cum fiat tranſitus à duabus opinionibus æqualibus factis inæqualibus per hanc diſtinctionem, & ſic fruſtra ea hic proponitur, dum non facit ad propoſitum quæſtionis propoſitæ. Tùm quia explicatio probabilitatis ſecundum quid ipſam deſtruit, nam quodlibet conſtituitur ex ſuis compoſitiuis, non ex deſtructiuis, vt patet, quia aliter non eſſet recipere eſſe, ſed remanere ſine eſſe; at opinio probabilis, ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundum quid conſtituitur ex ſuis compoſitiuis, nempè ex motiuis rationabilibus conſtituentibus eam probabilem, & non ex contrariis eam deſtruentibus; ergo probabile ſecundum quid non eſt ſecundum aliquod medium probabile, & ſecundum aliud non probabile, ne dicamus idem deſtruere ſeipſum.

Examen quintum ſit: Dicit, quod vtraque contradictoria affirmatiua, & negatiua omnibus ad inuicem expenſis non poteſt apparere vera. Et id probat, quia illa, quæ ſunt pro vna parte contra alteram, vel vincuntur, vel vincunt, vel in dubio ſtat victoria vtriuſque partis. Pars vincens apparet vera & dicitur ſimpliciter probabilis. Si neutra vincit; neutra apparet vera ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid; & cum non poſſit diſcerni quænam ſit vera, vel falſa, remanet dubia, ac proinde quæſtio dicetur ſimpliciter dubia, non autem probabilis, nec improbabilis. 25

Supradicta prima propoſitio eſt omnino falſa, etiam in eius ſententia cum ſuperius ab ipſo dictum fuerit, vtramque opinionem ex diuerſitate motiuorum eſſe ſimul veram *in 2. Aduert.* nam eſſe ſimul probabiles vtraſque & eſſe ſimul veras, ſeu tales apparere, non differunt inter ſe, nam ſi ſunt probabiles, ſunt etiam veræ veritate apparentiæ, & probabilitatis. Præterea opinio, exempli gratia, affirmatiua quod chyrographum emi poteſt minori pretio iudicatur probabilis non ſecundum quid, ſed ſimpliciter, ex ſuis motiuis eam conſtituentibus probabilem, non expenſis motiuis negatiuæ pro qua tantum faciunt, & non pro affirmatiua, vnaquæq; enim fundatur in ſuis principiis, & ex oppoſitis deſtruitur. Qui ergo tenet affirmatiuam contra negatiuam, argumentis propriis conatur deſtruere oppoſitam; & è contrà, conſequenter probabilitas attenditur ex motiuis conſtitutiuis, non verò deſtructiuis, vt videtur docere Candidus, dum ait ſub eo §. Nam aliud eſt, probabile eſt ſecundum quid, quod ſecundum aliquod medium, ſeu motiuum tale eſt,

Digitized by Google

licet ſecundum aliud, ipſum non ſit probabile, ſed contrarium, igitur vnaquæque opinio habet ſua fundamenta contra oppoſitam, quam poteſt deſtruere, vel relinquere in ſuo ſtatu probabilitatis. Vtraque ergo apparet vera ex ſuis omnibus motiuis ſibi conuenientibus, & non ex oppoſitis, cum prius ſit aliquid in ſuo eſſe per ſua intrinſeca, quam quod deſtruatur ex contrariis.

26 Ad probationem eius, vel vincunt, vel vincuntur, vel dubia manent. Reſpondeo, ſi loquamur de opinionibus æqualiter probabilibus, locum non habet victoria, quia non eſſent æquales, ſed inæquales propter victoriam maioris medij contra minus; ideo victoria datur inter inæquales, quarum vna habet maiora, & fortiora motiua, ideo vincit oppoſitam contradictoriam, non in ratione formæ qualitatis, ſed in ratione comparatiua maioris, & minoris probabilitatis, vt probatum fuit *cap.* 5. *num.* 18. Victoria ergo non tollit probabilitatem, ſed defectum oppoſitæ oſtendit, quod ſcilicet ſit minus probabilis. Et quamuis non detur victoria inter æquales opiniones, quia par non agit in parem, non ideo iudicium rationis dicitur anceps, & dubium, ſed determinatum, dum opinans vtramque cognoſcit, & iudicat probabilem ex æquo. Falſum ergo eſt, quæſtionem remanere dubiam, dum conſtat de veritate vtriuſque opinionis tam æqualis, quam inæqualis.

27 Examen ſextum ſit circa eam propoſitionem. *Sufficit in moralibus probabilitas.* Requirit probabilitatem ſimpliciter dictam, non ſecundum quid, quia per hanc non iudicatur de re ſimpliciter, neque iudicatur de illa ſecundum debitam diligentiam adhibendam, quæ eſt, vt expendantur inuicem, & ſimul omnia media, per quæ moraliter cognoſcibilis eſt, & iudicabilis. Per hæc Dominus Candidus videtur petere in exquirendis opinionibus, diligentiam non in eſſe poſitiuo, ſed in comparatiuo, quod reiectum fuit *ſub capite* 7. *num.* 27. 36. 38. 65. *&* 66. *& capite* 8. *num.* 28. Verùm autem eſt, quod conſideranda ſunt omnia motiua, quæ occurrunt memoriæ, non quæcumque ſed ſolum illa, quæ fundant probabilitatem in opinione, quam volumus ſequi. Subiungit, quod ea propoſitio non eſt opinabilis, quæ ſecundum vnam partem per aliqua eſt probabilis, & per alia æquè probabilis eſt ſecundum alteram; quia intellectus in neutram inclinare poteſt, vt præſtet illi probabilem aſſenſum. Quæro à te, intellectus tuus (Candide) propoſuit quæſtionem, an ſequi poſſimus quamlibet ex opinionibus æqualibus? & reſpondiſti: Duarum opinionum oppoſitarum æquè probabilium, non licere vtramque ſequi, niſi vtraque aliunde ſit tuta. Ergo tu iudicaſti poſſe dari vtramque probabilem æqualiter, & ſic intellectum tuum inclinaſti ad aſſenſum vtriuſque partis, ac proinde teneris aſſerere dictam propoſitionem de æqualitate opinionum eſſe propoſitionem opinabilem, quam tu opinatus fuiſti. Nullus ſanæ mentis negat æqualitatem dari poſſe in opinionibus; ergo illæ iudicari poſſunt probabiles ſecundum æqualitatem. Tandem concludit: Et licet de vtriuſque partis probabilitate ſecundum quid ſcientificè iudicet, de veritate rei tamen dubius eſt. Dico, dum intellectus iudicat, quod vtraque pars eſt probabilis, format iudicium adæquatum, non ſecundum quid, & imperfectum, de probabilitate, vt probaui *cap. Præſenti, ſub n.* 3. Non dicitur dubius de veritate rei, ſed penitus ignoraret, dum per ſolum iudicium probabile rem opinatus fuit ſecundum apparentiam.

Candidus, vt ſuam tueatur opinionem de proſcriptione opinionis minus probabilis ſtatuit ſequentem concluſionem de opinionibus æquè probabilibus.

Dico, inquit, primò: Duarum opinionum oppoſitarum æquè probabilium non licere vtramque ſequi, niſi vtraque aliunde ſit tuta. 28

Probat primò, quia cum vtraque ſit æquè probabilis, nempè quod liceat v.g. cambium recurſæ, & quod non liceat, adhuc intellectus eſt dubius de veritate rei, an liceat ſcilicet verè, vel non liceat, vt patet *ex Aduert.* 3. Neque poteſt dubium cum fundamento deponere, per hoc, quod vtraque ſit probabilis ſecundum quid, quia probabilitas ſecundum quid, neque tollit

tollit dubium de veritate rei; cum non faciat rem ſimpliciter probabilem, neque ſufficit ad eligibilitatem ex ſuprà iam dictis; ſed in dubio an aliquid liceat, non licet agere; ergo, &c.

29 Reſpondeo, ex quo vtraque eſt æqualiter probabilis, ex hac ſuppoſitione clarè conſtat, intellectum circa illas non eſſe dubium, ſed opinantem, cum non dubitet de earum probabilitate, ſed notitiam habeat de illa, ac proinde, quod vtraque liceat ex ſuis motiuis, vt patet ex noſtro ſecundo argumento. Parum autem refert, quod intellectus ſit dubius, ſeu, vt melius loquar, ſit ignorans inuincibiliter de veritate rei, quia ſermo non eſt de reali veritate nobis ignota, cum loquimur tantum de veritate apparente neceſſaria in ſtabiliendis opinionibus, vt patet *ſuprà ſub num.* 20. *& ſeq.* Quis prohibet, me deponere dubium, ſi verè hic eſſet? nemo certè. Nullum hic dubium reperitur, ſed duplex opinio æquè probabilis ſimpliciter ſufficiens ad electionem opinionis cuiuſlibet; poteſt enim voluntas edocta de probabilitate vtriuſque, ſequi quam voluerit. De Cambio recurſæ damnato à S. Congregatione Duardus *de Cambiis*, q. 42.

30 Probat ſecundò: Non poteſt quis licitè agere, niſi opinetur, ſe licitè agere; ſed cum opiniones de honeſtate alicuius actionis ſunt contrariæ, & æquè probabiles, non poteſt quis opinari, eſſe honeſtum, vel licitum id, quod agit; ergo non poteſt vtramque licitè ſequi. Maior conceditur ab aduerſariis, & patet, quia quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Minor ſæpè probata eſt ſuprà, quia in paribus motiuis diuerſarum partium non poteſt intellectus opinari vnam, ſed ad iudicandum, an honeſta ſit actio, necne, paria ſunt motiua duarum partium aſſerentis, & negantis; ergo non poteſt intellectus opinari vnam neque aſſerentem, quod liceat; ergo voluntas non poteſt illam ſequi.

31 Reſpondeo maiorem eſſe veram, minorem falſam, & contra experientiam; quia poſitis duabus opinionibus æquè probabilibus, ſicut qui illas primo adinuenit, eaſdem opinatus eſt, quia nullà potentia præter intellectum poteſt eas ponere in eſſe; ergo dum intellectus poſuit eas in eſſe, intellexit eas, ergo opinatus fuit illas; nihil enim aliud eſt opinari, quam intelligere probabiliter. Ad probationem minoris patet, illa diuerſa motiua determinare intellectum ad opinandum; quod illi per ea obiicitur, nempè vtramque opinionem indicare ex ſuis motiuis rem eſſe licitam, vt ſuprà probaui, & alibi; ea enim motiua ita appellantur, quia mouent intellectum ad opinandum, & iuxta motum voluntas eligit, quod vult; quia intellectus dictauit illi vtrumque eſſe licitum. Adde, quod paria ſunt motiua conſtitutiua quoad æqualitatem probabilitatis: imparia verò quoad illicitatem conſequentem in ordine ad negationem, vel affirmationem; ac proinde, ſi opinor licitum eſſe emere chyrographum minori pretio, & ſic affirmo ex propriis motiuis, alter verò negat ex aliis motiuis diuerſis, pariter ergo attenditur in ordine ad æqualitatem probabilitatis in opinionibus, negatio vero, & affirmatio honeſtatis refertur ad diuerſitatem motiuorum.

Probatur tertiò, quod res vera, & falſa appareat, vtroque modo iudicari poteſt, ſed quod ſit, niſi vno modo; at cum æqua ſunt motiua ad iudicandum, quod ſit, non eſt ratio, cur iudicetur potius vno modo, quam altero; ergo non poterit intellectus proferre iudicium, & ſic dubius remanebit; ac ſic eſt in caſu noſtro, cum contrariæ opiniones ſunt æquè probabiles, quarum vna aſſerit, rem eſſe licitam, altera negat; ergo dubius remanet intellectus, an licita ſit, vel non licita, & ſic non poteſt licitè agere. 32

Reſpondeo ad hoc argumentum; 33 Nam Cãdidus in maiori propoſitione aſſumit veritatem apparentem ſimul, & realem, ſcilicet rei provt eſt, & cum ſit vno modo, vno tantum iudicanda eſt; ſed id non facit ad rem, quia hic non eſt ſermo de iudicio rei vt res, ſed de iudicio apparente. Minorem nego; quia intellectus ex diuerſitate motiuorum, licet

Digitized by Google

æqualium in productione probabilitatis, moueri poteſt modo ad vnum, modo ad alterum, cum ambo ſint entia deducentia intellectum, cui obiiciuntur, ad opinandum vtroque modo, vt non ſemel probaui *ſuprà, & cap.* 5. *numero* 31. 32. 33. *&* 34. *& cap.*7. 6. *cap.*8. 9. *&* 48. Poteſt ergo intellectus opinando proferre iudicium de licitate rei, provt apparet, conſequenter dubius non remanet, cum certus ſit moraliter, ſe rectum iudicium proferre, dum ſibi conſtat de ſuppoſita probabilitate æquali opinionum; ignorat ergo inuincibiliter inæqualitatem opinionum, dum ambæ ſibi apparent æquales, & nulla ratione dubius dicitur, quaſi debeat ſuſpendere actionem voluntatis, ne operetur rectè, quod ab intellectu tanquam rectum apparenter voluntati proponitur.

34 Probat quartò: Quamvis vtraque ſit probabilis, non tamen probabile eſt, vtramque eſſe veram; ſed non poteſt quis licitè ſequi, quod non eſt probabile eſſe verum; ergo vtramque non poteſt quis licitè ſequi.

35 Reſpondeo falſam eſſe maiorem; quia poſito vno, ponitur alterum, & pro eodem apud omnes accipiuntur, probaui *cap.* 19. *num.* 21. nam exemplum ponamus in emptione chyrographi minori, vel æquali pretio, vtraque opinio eſt probabilis, & conſequenter vtraque eſt vera; quia aliquam opinionem eſſe probabilem, nihil aliud eſt, quam eſſe veram, hoc eſt, eſſe licitum opus, quod opinio ſuadet rectè fieri poſſe; & ſi ita eſt, provt reuera eſt, hoc idem quoque probabile eſt, quod ſit verum; iſti enim conceptus pro eodem accipiuntur, & indicant effectum opinionis, cuius eſt iudicare de probabilitate, veritate, & licitate rei faciendæ, quod ſcilicet ſine peccato fieri poteſt. Minorem eius argumenti concedo, quod quis non poteſt ſequi, quod non eſt probabile eſſe verum, cum tunc careat probabilitate veritatis, & veritate probabilitatis.

36 Probat quintò, probabilis opinio cum æquè probabili contraria reddit dubium intellectum de veritate rei, liceátne, vel non liceat; ſed cum tali dubio non licet ſequi minùs tutam; ergo. Maior probatur, quia ex vtraque parte ſunt paria motiua ad iudicandum de veritate; ſed ex vna tantum eſt veritas; ergo dubius remanebit intellectus ad iudicandum pro alterutra.

Reſpondeo, hoc argumentum eſſe æquiuocum, à veritate apparent ſyllogizando ad veritatem rei, provt eſt, dum in probatione dicit ex vna tantum eſſe veritatem, ſcilicet rei; duas verò eſſe veritates apparentes circa idem obiectum, quod vt contingens aliter ſe habet reſpectu noſtri. Negatur ergo maior, quia intellectus opinans duas contrarias æquè probabiles, vel vnam licere, & alteram non, non eſt dubius; quia actu opinatur, vel opinari poteſt eas, tales eſſe nobis, quales apparent. Ad probationem maioris, ſæpius dictum fuit, diuerſitatem motiuorum indicare diuerſitatem opinionum, paritatem verò æqualitatem opinionum, quæ ambæ ſunt veræ veritate probabili; veritas verò obiectiua, ſeu rei vna eſt, ſed nobis ignota, ideo eam non ſcimus, ſed opinamur veritatem apparentem, quam attingere poſſumus. 37

Probat ſextò, cum eſt dubium de vno ex duobus, non tollitur tale dubium per hoc, quod aſſeritur aliquid communem vtrique, ſicut ſi ſit dubium, an ſit Petrus, vel Paulus, non tollitur per hoc, quod aſſeritur, quod ſit homo; ergo cum eſt dubium, an aliqua actio ſit licita, vel non ſit licita, non tollitur per hoc, quod aſſeritur, probabile eſt, quod ſit licita. Nam ly *probabile eſt*; commune eſt vtrique tam licito, quam non licito, & cum vtroque ſtat etiam æquè. Sed tale dubium oportet tollere, vt licitè agatur; ergo probabile eſſe, non ſufficit, vt rectè agatur. 38

Reſpondeo, hoc argumentum ſupponere dubium in opinionibus æqualiter probabilibus, quod falſum eſt, ac proinde non facit ad rem, conſtat autem dubium hic non habere locum, nam dum ſupponuntur duæ opiniones ex æquo probabiles, tales debent reputari, de quibus certa moralis cognitio habetur; ergo ſuper illis nulla dubitatio cadere poteſt, dum de illis propriam habemus notitiam; neq; dubium aſſeri poteſt ex parte licitatis, aut illicitatis; quia cum ambæ ſint probabiles, ſunt conſequenter licitæ, 39

vt

Digitized by Google

vt dictum fuit ſuprà in reſponſione ad quartum eius argumentum, quia eſſe probabile commune vtrique deducitur ex talibus motiuis, quæ indicant veritatem moralem rectitudinis, quæ in eis eſt, vt rectè agere voluntas valeat. Ad quid enim ſeruit iudicium intellectus, dum dictat voluntati talem opinionem eſſe probabilem ex ſuis fundamentis rationabilibus; niſi quod ſecundum eam benè operari poteſt, quia ſibi videtur apparenter vera; eſſe enim probabile, & eſſe apparenter verum coincidunt, ſecundum omnes Doctores benè ſentientes. Nec verum eſt, quod ly *probabile eſt*, ſit commune vtrique, ſcilicet tam licito, quam non licito; non enim eſſe probabile communicatur non licito in ordine ad opus faciendum; quia illicitum fieri non poteſt rectè, & ſecundum conſcientiam opinantem probabiliter; ly ergo probabile eſt commune vtrique opinioni ex æquo importans eſſe licitum tantum operari ſecundum eam. Pono exemplum in emptione chyrographi minori, vel æquali pretio, præſcindendo ab æqualitate probabilitatis, non à contrarietate; vtraque opinio circa emptionem chyrographi habet communem probabilitatem, quod liceat emere minori, & non minori, ſed æquali tantum; ergo ea probabilitas communis vtrique refertur ad eſſe licitum reſpectu vtriuſque. Nec eſt neceſſe, quod ſequens opinionem ſibi commodam, & vtilem emendi illud minori pretio; vt ſe præſeruet indemnem à periculo, quod accidere poteſt in recuperatione chyrographi, quod reprobet opinionem contrariam; ſed relinquere poteſt in ſuo ſtatu, imò & eam tenere ſpeculatiuè veram, dum eam non vult practicari. Illud ergo eſſe probabile refertur tantum ad rectitudinem rei faciendæ, non ad illicitatem eiuſdem, quam non conſiderat agere volens ſecundum conſcientiam opinantem, certus de rectitudine operis, non debet curare de ſcrupulo quod ſit illicita; imò ille cenſetur potius ſtultus, & inſipiens, qui profitendo talem opinionem, dubitat de eius illicitate, & periculo peccandi; eſt enim ſimul dubitans, & opinans, quod repugnat, quia opinio, & dubium ad inuicem, non poſſunt ſtare ſimul, & ſemel in intellectu docto.

Probat ſeptimò: Probabilitas ſecundum quid non ſufficit ad licitam, & honeſtam electionem faciendam; ſed cum duæ oppoſitæ ſunt æquè probabiles, vtralibet illarum habet ſolum probabilitatem ſecundum quid; ergo tunc non eſt, quod ſufficiat ad honeſtam,& licitam electionem faciendam. 40

Maior patet *ex Aduert.* 3. quia honeſta electio ſequitur iudicium prudens de honeſtate rei, quod quidem iudicium debet eſſe de re, attentis omnibus, per quæ cognoſcibilis, ſeu iudicabilis eſt; alioqui citò crederet quis, & facilè ad pauca reſpiciens enuntiaret; ſed probabilitas ſecundum quid non eſt attentis omnibus, ſed tantum quibuſdam; nam aliis attentis, ſeu expenſis, probabilitas eſt in parte contraria & conſequenter improbabilitas in iſta. Nam quibus probatur vna contradictoriarum, iiſdem ex neceſſitate conſcientiæ improbatur altera, adeoque attentis omnibus res ſimpliciter dubia manet, non probabilis. 41

Minor eſt euidens, quia cum oppoſitæ ſint æquè probabiles, probabilitas vnius eſt ſecundum quædam media,& ſecundum alia alterius;ergo conſequentia currit.

Reſpondeo, dictam diſtinctionem ſuprà reprobatam fuiſſe *ſub num.* 23. & in terminis opinionem contrariarum æqualium nulla ratione admitti poteſtquia vtraque ex ſuppoſitione, quod ſit probabilis, ea eſt talis ſimpliciter propter formam ſuæ probabilitatis, quæ vnica eſt indiuiſibiliter, vt probaui *ſub num.*24.taliter conſtituta vtraque ex ſuis principiis concurrentibus ad formandam vtriuſque probabilitatem;neutra ergo eſt probabilis ſecundum quid, ſed ſimpliciter,& perfectè in genere moris. Patet ergo falſitas maioris, & minoris. 42

Ad probationem maioris, verum quidem eſt, quod prudens iudicium 43

Digitized by Google

de honeſtate rei debet eſſe de ea attentis omnibus, per quæ cognoſcibilis eſt eius honeſtas; ſed nego hic habere locum probabilitatem ſecundum quid, quia vtraque opinio æquè probabilis conſideratur ſecundum omnia motiua, quæ ad eas ſpectant, quaſque conſtituunt perfectè in ſua forma probabilitatis. Conceptus huius probabilitatis ſecundum quid deſtruit omnino vtramque opinionem æquè probabilem; & præterea cum totam, probabilitatem refundat in vnam,alteram facit improbabilem; nam in argumento dixit, quod vtraque eſt probabilis ſecundum quid, & in probatione maioris, aſſerit, quod probabilitas eſt in parte contraria, & conſequenter improbabilitas in iſta; ergo vtriuſque deſtruitur probabilitas, cum probabilitas ſecundum quid per ipſum ſit improbabilitas, dum totam probabilitatem ponit in contraria; ergo non ſunt dabiles duæ opiniones æquè probabiles, propter imperfectionem huius probabilitatis ſecundum quid, & tamen in hac quæſtione Domine mi eas ſupponis.

44 Ad probationem minoris per nos negatæ, ex quo oppoſitæ ſunt æquè probabiles, probabilitas vnius conſtituitur ex omnibus ſuis motiuis, & probabilitas alterius ex ſuis, contraria enim ſicut ex contrariis opponuntur, ita ex ſuis principiis ſibi proportionatis componuntur;omnia ergo media referuntur ſingula ad ſuas opiniones, quas conſtituunt probabiles. Et neſcio, qua ratione hic Doctor probet ſuam minorem, dicendo, quod probabilitas vnius eſt ſecundam quædam motiua, & ſecundum alia alterius. Quid eſt hoc; ſecundum quædam media? niſi voluntaria excogitatio ſine vllo fundamento. Opinio quælibet conſtituitur probabilis per vnum, vel plura media, quibus poteſt conſtare, & omnia faciunt ad eius conſtitutionem, adeo quod vnum rationabile medium ſufficit ad eius eſſe perfectum in genere probabilitatis; pluralitas vero mediorum auget probabilitatem iam conſtitutam in ſuo eſſe poſitiuo; vnde opinans habens duo vel tria argumenta, quæ firmant probabilitatem ſuæ opinionis in illis ſiſtere poteſt, quamuis alia inueſtigare poſſit, vel non occurrunt memoriæ. Quis arguet de negligentia ſic opinantem? Quis hanc probabilitatem vocabit ſecundum quid? nullus certè, niſi irrationabiliter.

Probat octauò, probabilis propoſitio cum æquè probabili oppoſita, non eſt probabilis, ſed dubia, ergo vt ſic non eſt eligibilis. Antecedens probatur, quia expenſa cum æquè probabili non poteſt generare probabilem aſſenſum, ergo. Confirmatur, quia dubium eſt, quando intellectus non habet ſufficiens medium ad veritatem inueniendam, ſeu ad alteram partem concludendam ex S.Thoma 3.*diſt*.17. *art*.4. & Durand. *ibid*. *q*.1. 45

Reſpondeo, maiorem ſeipſam perimere. Quomodo propoſitio probabilis non eſt probabilis, cum nulla verior prædicatio detur, quam eiuſdem de ſeipſa? Habens probabilitatem in quantum eam habet, non poteſt non habere, cum id ſit neceſſarium ſecundum Philoſophum; res enim quamdiu eſt, neceſſe eſt. Nec oppoſita opinio, cum ſit æquè probabilis, poteſt illam ſpoliare ſua probabilitate, quia par non agit in parem; neutra ergo ab altera deſtruitur in ſua probabilitate. Ad probationem antecedentis gratis aſſerti, gratis reſpondetur negando, opinionem probabilem non poſſe generare aſſenſum probabilem. Ipſa enim eſt probabilis, ergo eum generare poteſt, quia omnis forma poteſt generare ſimile ſibi; calor enim generat calorem, ſic proportionaliter in moralibus probabilitas generat probabilitatem. Ad confirmationem reſpondeo ex ſuppoſitione opinionum æquè probabilium, intellectus non dicitur dubius ad illas,ſed opinatiuus habens ſufficiens medium ad concludendum ſecundum vim illius,probabilitatem. S. Thomas, & Durandus allegati nihil ad rem. 46

Candidus duo formauerat argumenta pro ſuis aduerſariis. *Primum*, ſic ambæ opiniones ſunt æquè probabiles; ſed in moralibus licet ſequi, quod eſt probabile, ergo licet ambas ſequi. *Secundum*, opinio tollit dubium, 47

bium, ergo ſi ſim in dubio de re aliqua, per opinionem aliorum poſſum illud deponere, ergo ſequi vtramque opinionem probabilem.

48 Reſpondet ipſe ad primum, diſtinguendo minorem, licet ſequi probabile ſimpliciter concedo, quia hoc non ſtat cum dubio de veritate rei. Licet ſequi probabile ſecundum quid, nego minorem, quia hoc ſtat cum dubio de veritate rei. Vnde adhuc dubitare poſſum, liceat, necne; non ergo probabilitatem rei, quam in moralibus nos ſequi poſſe, ac debere, quia certitudo non datur, & Philoſophus, & Theologi concedunt; accipimus nos illam, quæ eſt ſecundum quid, quia cum illa ſit etiam ſecundum quid improbabilitas propter argumenta contrariæ partis, non eſt probabilitas ſimpliciter, ſed dubietas.

49 Contra eſt, nam ea minor: Licet ſequi in moralibus, quod probabile, vera eſt in ſententia omnium ferè Doctorum; nam cum de illis licitam rei veritatem prout eſt ex parte ſua habere non poſſumus, ſufficit nobis cognitio probabilis, quod tale opus fieri poteſt ſine peccato. Diſtinguit ergo minorem eſſe veram, quando opinio eſt ſimpliciter probabilis, non ſecundum quid. Sed hanc diſtinctionem ſæpius reprobauimus reſpondendo eius argumentis. Huius ſuæ diſtinctionis reddit rationem. Videlicet nos poſſe ſequi opinionem ſimpliciter probabilem, quia hoc non ſtat cum dubio de veritate rei; nos vero non poſſe eam ſequi, quando eſt ſecundum quid probabilis, quia hoc ſtat cum dubio de veritate rei. Quid intelligis; Domine mi, per veritatem rei? An veritatem realem, hoc eſt, rei prout eſt ex parte rei intelligis? An veritatem apparentem nobis, non rei? Si primo modo, vt debes, & colligitur ex dictis initio quæſtionis, & ſic extra viam curris, quia non de cognitione ſcientifica rei ſermo eſt; ſed de cognitione probabili, & apparente vera nobis licet forſan non ſit talis ex parte rei, quam apparentem cognitionem excludere à ſe dubium, notum eſt apud omnes; cum opinio, & dubium ſimul eſſe non poſſint in intellectu docto. Concludit ergo, quod probabilitatem rei non poſſumus habere, quia in moralibus non datur certitudo, ideo ille accipit eam, quam vocat probabilitatem ſecundum quid, quæ & ipſa talis dicitur propter argumenta contrariæ partis, quæ illam faciunt ſecundum quid improbabilem. Sed ex dictis conſtat, vtramque opinionem ſuppoſitam æquè probabilem eſſe talem ſimpliciter ex ſuis conſtitutiuis, cuius probabilitas non deſtruitur per oppoſitam, ſed remanet talis, ac ſi contrariam non haberet, dum ſufficienter firmatur per ſua media.

Reſpondet ad ſecundum, diſtinguo antecedens, opinio mea tollit 50
dubium meum concedo, quia ſi habeo opinionem de aliquo, aſſentior vni parti, & ſic iam non ſum dubius. Opinio aliorum tollit dubium meum, nego, quia opinio aliorum ponderata, & expenſa cum opinione aliorum contraria non tollit, ſed ponit in me dubium de rei veritate. Et ſic nego primam, & ſecundam conſequentiam, quia cum æqualiter mouear à duabus contrariis opinionibus, dubius maneo, & licitè non poſſum illam ſequi, in qua eſt peccati periculum.

Propterea egregiè docet S. Thom. 51
citato Opuſculo, quod in contrariis opinionibus, vt licitè quis ſequatur vnam, oportet, quod ab altera non moueatur per rationes illius ſaltem, æquè, vel quaſi æquè. Et Sanchez *cap.* 10. *num.* 4. concedit rem dubiam eſſe, & in ea non licitè operari, quando rationes vtrimque ſunt pares, vel ferè pares, ergo; dico ego, etiam quando ſunt hinc, inde pares auctoritates; nam eadem ratio eſt extrinſeci, & intrinſeci argumenti in ordine ad hoc, vt alius per ipſa de re iudicet.

Contra eſt, ſi opinio mea tollit dubium meum, ex eo quod aſſentiendo vni parti, iam non ſum amplius dubius, etiam opinio aliena facta mea tollet dubium meum, conſequenter aduerſarij diſtinctio nullius eſt momenti, quia ſequitur, quod ſimpliciter ſit verum, quod opinio tollit dubium. Probatur au- 52
tem, quod alienam opinionem poſſum facere meam, licet anteriori meæ ſit contraria, quia nihil prohi-

bet, me poſſe opinari opinionem alienam, nam dabilis eſt mutatio opinionis, ex probatis *cap.* 5. *num.* 60. *&* 61. *cap.* 8. *num.* 11. *&* 12. cum ſit libera, & à voluntate noſtra dependeat *cap.* 5. *num.* 33. *&* 34. *cap.* 7. *numero* 6. *cap.* 8. *num.* 9. *&* 48. & ſicut diſcipulus imbibit opinionem magiſtri, ita & quilibet alius, & quotidie experimur ediſcentes aliorum opiniones, & ſequimur pro noſtro arbitrio, regulato tamen ab earum mediis, quæ nos erudiunt, non errare ſequendo opinionem hanc, vel illam probabilem cognitam. Vnde gratis aſſerit non tolli dubium meum per alienam opinionem contrariam comparatam etiam cum mea; quia huiuſmodi comparatio ſuperueniens nihil tollit de ratione opinionis, nam eam non controuertit in dubium, ſed talis remanet, qualis eſt ex natura ſua; ſed ex ſe eſt opinio; ergo non poteſt ſtare cum dubio, quia ibi eſſet aſſenſus ſine aſſenſu. Adde quod mea opinio tollit meum dubium, & tamen mea opinio eſt oppoſita contrariæ; ergo contrarietas non impedit ablationem dubij. Itaque opinio
53 vt opinio non poteſt ſtare cum dubio, ſicut non poteſt ſtare aſſenſus, & non aſſenſus ſimul, ergo vbicumque reperitur opinio, ibi reperitur deſtructum dubium vt quid ſibi incompoſſibile. Per dictam diſtinctionem à nobis nunc reprobatam negat duas conſequentias argumenti, hac ratione; quia cum æqualiter, inquit, mouear à duabus contrariis opinionibus, dubius maneo, & licitè non poſſum ſequi illam, in qua eſt periculum peccati. Nego remanere dubium, quia moueri à duabus opinionibus contrariis, eſt ambas intelligere vt æquè probabiles, ac proinde illas poſſum tuto ſequi.

S. Thomas allegatus ab eo pro eo
54 non eſt, ſed pro nobis; Inquit enim: *Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Scilicet retinendo duas præbendas, licet tutius ſit dimittere alteram.

55 Quòd ſubiungit ex Sanchez verum eſt de dubio, ſed cum ſermo eius ſit de æqualitate opinionum, non licet arguere ab vno ad alterum, contra communem regulam, quod ex diuerſis non fit illatio. Pares auctoritates non faciunt parem probabilitatem, ſed illam augent ſuppoſitam ex rationibus intrinſecis.

Candidus de æqualitate opinionum ponit alias concluſiones parui momenti, quæ ex dictis inferuntur.

Secunda ergo eius concluſio eſt 56
hæc: Cùm æquè, vel quaſi æquè ſunt probabiles opiniones contrariæ, idem aſſerendum, quod in prima, nimirum, quod neutram ſequi poſſumus, niſi eam, quæ eſt tuta. Quantum ſpectat ad hanc quaſi æqualitatem, probat, tùm quia parum pro nihilo reputatur; Tùm quia experimur, inquit, non præſtari aſſenſum ab intellectu, cum quaſi mouetur æquè ab vtraque ad iudicandum de veritate rei; oportet igitur, vt notabiliter ſit magis probabilis vna, vt illi aſſentiatur intellectus, & voluntas liberè ſequetur, S. Thomas vult, vt nihil moueat pars contraria.

Reſpondeo hoc poſterius argu- 57
mentum non ſubſiſtere; ſed eſſe falſum, quia experientia oppoſitum docet, præſtari nimirum aſſenſum ab intellectu, etiam ex vi huius argumenti; nam intellectum moueri ab vtraque opinione, nihil aliud eſt, quam intelligere opinatiuè vtramque, & iudicare de veritate rei apparente, non verò de veritate rei, prout eſt, quia hæc cognitio non ſpectat ad intellectum opinantem, ſed tantum ſcientem, & cum agamus de opinionibus non oportet quærere ſcientiam, quam ignoramus, nec attingere poſſumus propter contingentiam obiecti, ideo contenti ſumus de cognitione opinatiua. Et illud quod ſubiungit, nimirum, oportet, vt notabiliter ſit magis probabilis vna, vt illi aſſentiatur intellectus, aduerſatur ſupradictis in concluſione *de quaſi æquè probabilibus.* Si quaſi; ergo non notabiliter magis probabilis, vnde & tranſit ab æquè probabilibus ad inæqualiter notabiliter probabiles, & ideo non loquitur congruenter. Nec D. Thomas, nec Vaſquez pro eo ſunt.

Tertia concluſio: Duarum oppo- 58
ſitarum æquè probabilium, tutam eſſe amplectendam, ſi vna ſola eſt tuta. Hæc concluſio idem omnino

cum

Digitized by Google

cum prima, quam dicit eſſe S. Thomæ, & Maioris, ſed neutrius eſt, vt colligitur ex eius argumento. *Primò* ex axiomate D. Auguſtini: Tene certum, & dimitte incertum; & ex cane Æſopi, qui veram carnem pro vmbra deluſus reliquit. *Secundò*. Æquè probabiles contrariæ opiniones reddunt intellectum dubium propter æqualia motiua, & cum non ſunt ambæ tutæ, remanet dubius intellectus, ne alteram ſequendo, committatur peccatum, alteram vero ſequendo, certus eſt, quod peccatum non committitur; ergo ſi quis minus tutam amplectatur, non credit, ſeu non opinatur, ſe rectè agere, & ſic peccat, quia, *Quod non eſt ex fide, peccatum eſt.*

59 Reſpondeo ad primam, illud axioma non facere ad rem, quia duæ opiniones contrariæ ex quo ſunt ambæ probabiles; vna non eſt certa, & alia incerta, ſed ambæ certæ ſunt ex ſua probabilitate, quæ importat moralem certitudiniem, ex dictis *c.* 5. *num.* 9. *&* 15. De eo axiomate dixi *cap.* 6. *numero* 19. *&* 30. Fabula Æſopi applicari non poteſt, quia de vera carne conſtabat ex parte rei, & de vmbra etiam eodem modo, errauit ergo ſumendo vnum pro alio. In quæſtione noſtra ſermo eſt de opinionibus, non de rebus nobis ignotis; Notum vero erat intellectui fabulantis potuiſſe dari fabulam à ſe narratam, tanquam certam ex parte rei. Ad ſecundum patet falſitas antecedentis; nam non ſemel probatum fuit, intellectum reſpectu ducarum æquè probabilium opinionum contrariarum non eſſe dubium, ſed reuera opinatiuum illarum, ac proindè vtramque poteſt voluntati proponere ſequendam ſine peccato, ob earum probabilitatem. Domine mi Candide, quomodo cognouiſti hanc concluſionem, quod dantur duæ opiniones æque probabiles contrariæ, nonne illas iudicaſti tales ex ſuis motiuis? ergo ſecundum te tuus intellectus non remanſit dubius, ſed opinatiuus illarum. Quod ſi dicas, cognitionem, & iudicium cadere ſuper opiniones in actu ſignato, non in actu exercito, quod hæc & illa numero ſint ambæ contrariæ, & æquales opiniones in ſua probabilitate. Contra eſt, quia cognitio ſignata, vt ita dicam, fundatur in cognitione exercita, quomodo tu cognouiſti cambium recurſæ licere, & non licere, iudicando vtraſque æque probabiles, non obſtantibus earum motiuis æqualibus, non remanſiſti igitur dubius.

Quarta concluſio: Duarum oppoſitarum æquè probabilium vtramque poſſe eligi, ſi ſunt æquè ambæ tutæ. Eſt communis. Ratio eſt, quia tollitur dubium ne vtraque liceat, quod trahi poteſt ex æqua probabilitate contradictoriarum, quod per hoc, quod in neutra eſt peccati periculum. Sic cum duo proponuntur eligendi æquè idonei, & habent par ius, vt eligatur magis idoneus, in poteſtate eſt eligentis eligere quem vult. 60

Reſpondeo, concluſionem quidem negari non poſſe, ſed eſſe admittendam, non ſolum propter illam tuitionem æqualem, ſed etiam & magis propter æqualitatem probabilitatis, cum magis influat probabilitas in rectam actionem, quam tuitio, ex quo poteſt dari probabilior opinio, & minus tuta, quod hic admittit etiam Aduerſarius ſub prima Concluſ. §. Nam probabilitas; quam tu docuiſti *præcedenti quæſtione* eſſe ſequendam, quod ſignum eſt probabilitatem magis influere in rectam actionem, quam tuitio. Et id confirmatur magis exemplo ab eo adducto de electione; nam Epiſcopus conſiderando vtrumque clericum in concurſu beneficij æqualiter reſpondiſſe ad interrogata, & in ceteris quoque eſſe pariter dignos, iudicat ex hoc, vtrumque eſſe æqualiter dignum beneficio, ac proindè tutam ex hoc facit ſuam conſcientiam concludendo poſſe beneficium conferre, cui ipſe voluerit, hæc concluſio fundatur primo in equalitate idoneitatis, ex quo ſequitur ſecuritas eius conſcientiæ, non enim Epiſcopus cognoſceret ſe tutum fore in conferendo cuilibet eorum beneficium, niſi ſibi prius conſtaret de æquali idoneitate. Ita neque voluntas in eligenda opinione tenet ſe ſecuram, niſi ſit ab intellectu inſtructa ſuper æquali probabilitate, qua poſita intellectus voluntati dictat, ſe tuto poſſe eligere, quem maluerit, quia tutatur ex probabilitate. 61

Quinta concluſio: Duarum oppoſitarum æquè probabilium, quarum neutra 62

neutra æquè ſeparatim eſt tuta, ſed tamen vna eſt neceſſario amplectenda, vtraque eſt licita. Dicit eſſe Maioris. Probat, quia cum vtraque eſt æquè probabilis, & neutra æqualiter tuta, non eſt maior ratio amplectendi vnam, quam alteram; at propter neceſſitatem amplectendi vnam, illa eſt licita; ergo vtraque ſeu vtrauis. Minor probatur, quia in nullo caſu quis neceſſitatur ad peccandum; at ſi minor non eſſet vera, neceſſitaretur, vt patet in caſu de innocente, de quo ſunt duæ opiniones æquè probabiles, vna quod non liceat eum damnare cognitum talem priuata ſcientia, quantumlibet conuictum; & altera, quod teneatur Iudex illum damnare conuictum; ſi enim neceſſitaretur Iudex ad iudicandum, neque poſſet officium relinquere, aut aliter agere, tunc poſſet agere vtrumque, ſeu melius, ex duobus alterutrum, quia neceſſitas cadens ſuper vtramvis, tollit ab ea periculum peccandi. Refertur à Diana *p.5.tract.4.reſ.22.*

63 Reſpondeo concedendo concluſionem cum ſua probatione. Vnum tamen noto contra ipſum Candidum. Tu aſſeris has duas opiniones de innocente eſſe æqualiter probabiles; ergo tales iudicari poſſunt à quolibet intellectu opinante, non obſtante motiuorum æqualitate; ergo ex hac æqualitate non poteſt intellectus remanere dubius, provt non ſemel aſſeruit in præcedentibus. Nec dicas, neceſſitatem amplectendi vnam, & inæqualitatem tuitionis determinare intellectum ad iudicandum vtriuſq; probabilitatem. Quia contra eſt; nam neceſſitas operandi ſequitur ad opinionem; ergo cum ſit poſterior non poteſt determinare potentiam ad opinandum, dum opinio præmittenda eſt operationi, vt rectè fieri poſſit. Nec inæqualitas tuitionis idem præſtare poteſt, quia poſtponitur ipſi probabilitati, ex dictis *in præcedenti concl. de beneficio.* Prius ergo operatur intellectus, & voluntati proponit opus rectè agendum, & ſi æqualis probabilitas, tutamen, & rectitudo ſit in oppoſitis agendis, ex parte intellectus, voluntas cum ſit libera ſeipſam mouere poteſt ad vtramque partem. Verum quidem eſt, quod voluntas inuenit aliquam ſpecialem conditionem, qua mouetur, vt dicit S. Thomas 1. 2. *q.* 13. *art.6. in fine*, quem Candidus vocat quintum articulum. Sed vt verum fatear, raræ ſunt opiniones æquè probabiles, cum in ſingulis aliquid ſpeciale ſupra aliā inueniri facilè poſſit, ideò caſus eſt magis ſpeculatiuus, quam practicus. Vnde voluntas in his æqualibus putatis ex affectu ſemper magis propendet in vnum quam alterum. Sic Epiſcopus vni ex æquè dignioribus confert beneficium ex affectu quodam ad perſonam, cui gratificatur.

Colligitur ex hactenus dictis Candidum niti probare ſuas concluſiones pluribus argumentis, quæ bene ſpectata reducuntur ferè ad vnum, nimirum, intellectum ab æqualibus opinionibus contrariis motum remanere dubium, quod vti falſum pluribus ſupra oſtendimus. 64

CAPVT X.

Vtrùm teneamur eligere partem tutiorem? Negamus contra Candidum.

SVb capite quinto *q.*5. vocauimus opinionem tutam, quæ caret periculo peccandi formaliter, non materialiter. Tutiorem vero, quæ vtroque caret, exempli gratia, opinio obligans ad reſtitutionem in certo caſu eſt tutior, quia caret vtroque periculo ſequens illam. Oppoſita vero opinio non obligans dicitur tuta; quia fundatur in medio conſtituente illam probabilem, aut probabiliorem, quam ſequens, non peccat quidem formaliter, ex eo, quod ſuam tuitionem, & ſecuritatem habet à probabilitate, tamen nonnulli formidare poſſunt periculum peccati materialis tantum. Loco tamen præcitato dixi cum Sanchez *in Select. diſp.* 44. *num.* 66. Ambas poſſe appellari æquè ſecuras, & vnam non eſſe alia tutiorem in ordine ad peccatum formale, à quo ambæ ſunt exemptæ, nihilominus retinetur loquendi modus communis, propter naturam opinio- 1

Digitized by Google

opinionis, quæ non excludit formidinem à ſe, ſaltem radicalem, vtique formalem, & actualem memoriæ inhærentem hominibus ſcrupuloſis, vel ignaris quid ſit opinio probabilis propriè accepta in moralibus, quæ excludit omnem actualem formidinem peccati, dum ea facit hominem ſecurum à periculo peccandi, ergo in mente ſua retinere non poteſt illum timorem, ſi bene intelligit naturam opinionis iuxta ibidem dicta *ſub n.* 10. *& ſeq.*

2 Dicendum ergo eſt, nos tuta conſcientia poſſe ſequi opinionem tutam relicta tutiore. Probatur *Primò*, quia vſus opinionis probabilis eſt licitus, relicta etiam probabiliore, vt tenent communiter Doctores, paucis exceptis, vt patet *ex cap.* 6. ſed opinio tuta eſt probabilis, vt patet ex ipſo vocabulo, quo appellatur tuta, id eſt, ſecura à peccato, à quo aliena etiam eſt opinio probabilis, conſequenter idem eſt, quod probabilis, cum & ipſa ſit fundata in ratione, ſicut probabilis; ergo vſus opinionis tutæ eſt licitus. *Secundò*, eſt differentia inter tutam, & tutiorem; quod illa non petit tantam diligentiam, quantam petit tutior ad ſui vſum; hæc enim petit diligentiam in gradu comparatiuo, & ideo per illum vocatur tutior; ſed nemo tenetur eſſe diligentior, melior, & perfectior, ex probatis *capite* 7. *numero* 27. 36. 65. *&* 66. ergo nec tenetur ſequi opinionem tutiorem, ſufficit ergo vſus opinionis tutæ. *Tertiò* ex D. Thoma *quodlibeto* 8. *q.* 13. vbi loquendo de pluralitate præbendarum concludit his verbis: *Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Contrariæ autem opiniones ſunt, quod liceat habere plures præbendas, & quod non liceat habere plures præbendas: prima eſt tuta, poſterior vero eſt tutior, quia longè abeſt à periculo peccati tam materialis, quam formalis, quia habens legitimè vnam præbendam nec per imaginationem adeſſe poteſt periculum peccandi quovis ex dictis modo; in priori poteſt ſuſpicari periculum peccati materialis tantum; nullum tamen peccatum formale, & ideo Sanctus concludit, quod ex contrariis opinionibus nemo ſe committit diſcrimini; nec peccat, quia ſecurè agit retinendo plures præbendas, quia eſt opinio minus tuta; ergo ſecundum D. Thomam poſſumus ſequi opinionem minus tutam, relicta tutiore, licet in hac non poſſit concipi diſcrimen, nec aliquod peccatum, ſicut in tuta, quæ tamen remota eſt à peccato non minus, quam altera tutior, dum in nulla earum commiſceri poteſt culpa formalis peccati. Ita docent omnes, qui affirmant, nos poſſe ſequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliorem, cum Sanch. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 14. Vericell. *tr.* 2. *q.* 10. & aliis quos citaui *c.* 6. *n.* 15.

Candidus *q.* 7. hanc quæſtionem proponit. Vtrum videlicet teneatur quis ſequi tutiorem partem, quatenus tutior à non tuta, ſeu non exempta à periculo peccandi materialiter diſtinguitur. Ponit quinque concluſiones, & confundit opinionem, & dubium ſimul.

Dicit ergo primo, cum ex duabus oppoſitis partibus affirmantibus, & negantibus, vna eſt probabilior notabiliter altera, & altera eſt tutior non tenemur eligere tutiorem. Hanc fusè probauit *ſub ſua q.* 1. & hic his duobus argumentis. *Primò*, qui habet iudicium probabile de honeſtate actionis ſecundum ſe, eſt certus, quod non peccat ſic agendo, ſed pars notabiliter probabilior generat tale iudicium; ergo cum ſit iam tutus, non eſt neceſſe, quod ſequatur tutiorem. *Secundò*, Probabilior eſt ſecundum dictamen rationis; ergo licet illam ſequi, relicta tutiore. 3

Hæc eius argumenta cum concluſione videntur pati difficultatem ſecundum eius principia, nam *in q.* 5. probando non eſſe ſequendam opinionem minus probabilem, relicta probabiliore, pluribus vtitur mediis, inter alia, quod opinio minus probabilis non eſt ſecundum dictamen rationis, quod dictat eſſe preſtandum aſſenſum opinioni habenti fortiora motiua *ex arg.* 4. Et qui non vitat periculum peccandi etiam materialiter, quãtum poteſt, iſte amat periculum, & perit in illo, id eſt, peccat formaliter *ex arg* 12. Sed ſequens opinionem probabiliorem, relicta tutiore, non ſequitur dictamen rationis ſecundum fortiora motiua, nec vitat periculum peccandi 4

peccandi materialiter ; ergo debebat potius ex ſuis principiis inferre, ãplectendam eſſe tutiorem, relicta probabiliore, quia probando noſtram minorem, nulli dubium eſt, ſequendo tutiorem, amplecti habentem potiora motiua, & alienam à quovis peccato propter ſuam ſecuritatem in gradu comparatiuo, vnde relata ad probabiliorem, provt refertur in concluſione, cenſetur excedere eam in omnibus & in probabilitate, cum magis appropinquetur veritati reali, & multo longius ſit periculum omne peccandi propter maiorem approximationem ad veritatem rei, provt eſt.

5 Dicit ſecundo, aliquando, idque non raro, neque expedire tutiorem ſequi. Probat, quia qui vult ſequi tutiorem, fit ridiculus, tanquam vir modici iudicij, & qui timet, vbi non eſt timor; vnde S. Antoninus *p.1. tit.3 c.10.* curans ſcrupuloſos, inquit, non obligare ita Dei, & Eccleſiæ præcepta, vt eorum obſeruantia quis fiat ridiculoſus, ſaltem apud bonos, & diſcretos. Et S. Ambroſ. in Pſal. 118. *Non ſit ergo irrationabilis timor, nec eſt ſapientia ſine timore Dei. Ita timor ſine ſapientia eſſe non debet.* Huc etiam venit illud Eccl. 7. *Noli eſſe iuſtum multum.*

6 Diſplicet argumentum, non concluſio; nam Candidus alias nimis ſcrupuloſus opinionem probabilem præſcripſit, & abiecit à conſcientiis timoratis, modo vero eum appellat ridiculum, qui ſequitur tutiorem, qui tamen laudandus eſt, ſecundum Gregorium Papam relatum *c. fin. diſt. 5.* nam *bonarum mentium eſt ibi etiam aliquo modo culpas ſuas agnoſcere; vbi culpa non eſt, quia ſæpe ſine culpa agitur, quod venit ex*
7 *culpa*; ſententia hæc comparatur ab Innocentio III. relato *c.2. de obſeru. ieiunij.* Quamvis, qui ſequitur tutiorem, timeat aliqualiter culpam proſecutione probabilioris, quæ reuera non eſt, non eſt pro ridiculo habendus, dum electionem facit melioris pro vtilitate conſcientiæ ſuæ. Nec habendus eſt pro homine modici iudicij, dum facit, quod melius eſt, ſed ipſemet Candidus in hoc arguendus eſt, qui meliora ſpernit. Demum S. Antoninus loquitur *in fine 6. & 7. Reg.* de modo curandi ſcrupuloſos, qui non faciunt ad rem præſentem, dum enim quis ſequitur pro ſuo arbitrio opinionem tutiorem relicta probabiliore, non dicitur ſcrupulis agitari, ſed ſequi quod omnes dicunt, poſſe fieri; nullus autem dicit, poſſe ſequi nos ſcrupulos, ſed omnes docent, eſſe repellendos, & contemnendos.

Dicit 3. In dubio non ſemper tutior 8
pars eligenda. Probat, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis; ergo poteſt eſſe, vt non ſit ſequenda pars tutior, vt patet ex ſequentibus.

Hæc concluſio eſt de dubio, non 9
de opinione, per quam confirmatur noſtra; Si enim in dubio non tenemur ſemper ſequi tutiorem, multo minus in opinione tenemur ſequi tutiorem.

Dicit 4. In dubio facti non eſt ne- 10
ceſſe ſequi ſemper tutiorem. Probat, quia tutior eſt, quæ obligat, ac ſtringit; ſed in dubio facti quis non ſemper obligatur, ergo. Minor probatur, quia aliquando eſt obligatio iam in poſſeſſione, quia incepit, & tunc in dubio melior eſt conditio poſſidentis; aliquando non eſt, quia nondum incepit, & tunc plus requiritur ad hoc vt incipiat, quam dubietas; ſicut in naturalibus, ergo. Hinc Doctores, in dubio, an quis emiſerit votum non teneri, quia non debet poni obligatio per dubium, quæ non erat. At in dubio, an quis ſoluerit votum, tenetur; quia in dubio non debet tolli obligatio, quæ iam erat in poſſeſſione; hoc autem intelligitur, niſi ſit aliquod ius certũ, ipſum dubiũ facti condẽnans pro facto.

Procedit hæc concluſio cum ſua 11
probatione in verè dubiis extra opinionem, propter eam regulam: *In dubiis melior eſt pars poſſidentis*, de qua dixi *c.4. n.20. ad 25.* Vbi probaui ex diligentia adhibita, dubium tranſiſſe in opinionem probabilem fundatam in prędicta regula. In dubiis ſcilicet tranſactis in opinionem, melior eſt conditio poſſidentis rem tanquam ſuam, cum nullam habeat rationem opinandi eſſe alterius.

Dicit quintò: In dubio an actio ſit 12
licita, necne tutior pars eſt ſequenda. Probat, quia vt quis licitè agat, debet habere probabile iudicium, quod actio ſit licita; ſed in dubio neutra pars eſt ponenda; ergo in dubio an ſit licitum, non poteſt poni licitum, nec res iudicari licita.

Concluſio hæc intellecta ſecundum 13
vim argumenti vera eſt, quod ſcilicet dubitans

Digitized by Google

dubitans non poteſt agere cum conſcientia dubia, ſed tunc debet ſequi partem tutiorem, ſi velit euitare peccatum; quia nemini licet agere cum conſcientia dubia. Et in hoc nulla eſt difficultas; & non plus probat argumentum aduerſarij. Sed quoniam communiſſima eſt ſententia, quod dubitans adhibita diligentia, poteſt deponere dubium, & incipere opinari probabiliter actionem eſſe licitam, ex motiuis inuentis per eam diligentiam, ac proinde poſſe ex opinione probabili agere, quod non licebat, durante dubio.

14 Aduerſarius ſe opponit dicendo: Intellectus in iudicando, ſeu opinando, ſequitur motiua obiecti ex Ariſtotele; ergo prius in obiecto debet apparere magis ratio liciti, quam contraria; ſed in dubio, quod ſupponimus, non ſic apparet; ſupponimus enim dubitari ex parte obiecti, an ſit licitum, vel illicitum. Igitur intellectus tale iudicium practicum formare non poteſt. Vide ſuperiori quæſtione poſt quintam noſtram probationem.

15 Contra eſt, cum ex dubio ſit tranſitus ab opinionem, poſſunt offerri intellectui noſtro talia motiua, quæ obiectum repræſentent primo licitum, vel illicitum, imò diuerſa, quæ vtrumque dicant licitum, vnde ſtante dubio adhuc nullum apparet iudicium, cum dubium careat iudicio, & aſſenſu. Quare ſi intellectus iudicat opinando, non amplius eſt dubius, quia iudicium, & aſſenſus non ſtant cum dubio quod ſuſpendit actus intellectus.

16 Ad axioma: Melior eſt conditio poſſidentis non ſolum rem, ſed etiam libertatem, reſpondet ſic: Poſſeſſionem ideo meliorem facere conditionem poſſidentis, cæteris paribus, quia minus requiritur ad conſeruandum, ſeu manutenendum id, quod iam eſt, quam ad inchoandum, quod nondum eſt. Hoc patet in naturalibus, nam forma aquæ, quæ eſt in poſſeſſione, quãdo iam eſt in materia, minus requirit qualitatis propriæ ad ſe manutenendum, quam requirat, vt primo in materiam introducatur, quare cum qualitate qualibet remiſſa, vel media, & vt ita dicam, dubia, ſe manutenebit, cum qua non introducitur. Idque patet experientia, & conceditur ab omnibus. Cùm igitur eſt poſſeſſio alicuius rei, ſiue formæ, ſiue iuris, aut obligationis in moralibus, minus requiritur, vt conſeruetur, aut manuteneatur, quam vt primo inchoëtur, adeoque ſe manutenebit ius iam in poſſeſſione in dubio, in quo non inchoaretur, & remanebit obligatio iam in poſſeſſione in dubio, quæ non inchoaretur.

Hoc poſito reſpondet ad argumentum à nobis factum, concedendo illud 17
axioma locum habere reſpectu etiam aliarum virtutum propter iuſtitiam, & diſtinguit minorem, eſt poſſeſſio humanæ libertatis phyſicæ acceptæ concedo, ſed hæc non facit ad rem, quia hæc etiam eſt in dubio practico, & in aliis caſibus, in quibus eſt aliqua obligatio moralis, quæ obligat moraliter voluntatẽ, vt illi nõ liceat agere vtrũque, eſt poſſeſſio humanæ libertatis moraliter, nego, quia ſemper in dubio de actione licita in qualibet materia cuiuſcumque virtutis particularis libertas humana eſt obligata per certum ius in generali, quod in dubio de actione licita non poteſt moraliter, ſeu licitè agere, quamuis poſſit agere phyſicè. Obligatio igitur per tale ius eſt in poſſeſſione, quia iam exiſtit, & per poſitionem talis obligationis non eſt poſſeſſio moralis in voluntate.

Quòd autem ſit talis obligatio ſic 18
probo, in dubio practico, an aliqua actio ſit licita eſt obligatio moralis, per quam tollitur moralis libertas voluntatis ad vtrumque, ſed in dubio licitæ actionis ſemper durat dubium practicum; ergo in dubio licitæ actionis eſt obligatio moralis, & ſic non moralis libertas voluntatis, ſed obligatio eſt in poſſeſſione. Maior conceditur ab omnibus Theologis. Minor probatur, iudicium practicum, ſiue certum, ſiue probabile, ſiue dubium neceſſario ſequitur motionẽ obiecti, vt patet *ex noſtra* 2. *q.* ſed perſeuerante dubio licitæ actionis ex parte obiecti, eo quod non ſint ſufficientes rationes, per quas appareat licita, aut illicita, obiectum iudicij practici perſeuerat cum motione dubia; ergo durabit iudicium practicum dubium. Iam conſequentia currit, quod eſt obligationis moralis, & non moralis libertatis poſſeſſio.

Quare apparet falſitas contrarij 19
argumenti, nimirum, quod ſit poſſeſſio libertatis, negatur enim hãc eſſe in dubio de actione licita, & cõſequẽter

poſſe deponi dubium ſpeculatiuum de eadem per iudicium practicum, quod non eſt priuandus quis poſſeſſione libertatis; cum enim talis poſſeſſio non ſit, cum dubitatur de actione licita, vt probaui, non poteſt tale iudicium formari, per quod ſpeculatiuum deponatur. Cum autem dubitatur in materia iuſtitiæ, an licitum ſit retinere rem, quæ iam poſſidetur, quia verè dubitatur, an ſit poſſidentis? Dico, dubium de actione licita, ſiue practicum, ſiue ſpeculatiuum non perdurare, quia cum ſit inchoata bona fide poſſeſſio rei, quæ in dubio alio ſpeculatiuo, in quo dubitabatur, cuius illa res verè ſit addita vni parti facit, vt cum dubiis rationibus poſſit, ac debeat manuteneri, iam tollit dubium de actione licita retinendi, ſeu continuandi poſſeſſionem rei, quæ verè eſt, adeoque tunc non eſt dubium de actione licita, quia obiectum iudicij practici tunc eſt iſtud, an res dubia de proprietate, ſed iam ab vna parte poſſeſſa, relinquenda ſit parti poſſidenti, & in hoc non eſt dubium, eſſe licitum.

Quare hæc propoſitio obiectiua: in dubio eſt melior conditio poſſidentis rem; eſt veritas indubia de honeſtate in materia iuſtitiæ.

20 Non ergo ab hac propoſitione indubia de honeſtate tranſire fas eſt ad propoſitionem aliquam dubiam de honeſtate in materia cuiuſcunq; virtutis etiam iuſtitiæ, & dicere, quod in tali dubio de honeſtate, melior eſt conditio poſſidentis, putando poſſeſſionem ſtare pro libertate humana; quia in tali dubio de honeſtate actionis, oſtendi poſſeſſionem ſtare pro obligatione, & non pro libertate. Et aduerte bene iterum, quod dubium, ſiue ſpeculatiuum, ſiue practicum de actione licita in materia iuſtitiæ tollitur per poſſeſſionem rei, quæ eſt circunſtantia, ſeu ratio quædam, quæ ſuperuenit obiecto dubio de licito, ſeu non licito, & facit illud iam indubie licitum. Vnde non tollitur dubium de honeſtate actionis per poſſeſſionem libertatis, quia ſic non poteſt tolli, cum poſſeſſio non ſit libertatis, ſed obligationis, vt probaui. Quia vero poſſeſſio rei tollens tale dubium de honeſtate rei, ſolum pertinet ad materiam iuſtitiæ, & non aliarum virtutum, ideo non licet tranſire à virtute iuſtitiæ, in qua dubium vtrumque de honeſtate poteſt tolli per poſſeſſionem rei, ad alias virtutes, in quarum materia dubium de honeſtate non poteſt tolli per poſſeſſionem rei, quæ in earum materia non venit, ſicut venit in materiam iuſtitiæ, ac proinde neque per poſſeſſionem libertatis, quæ non eſt vnquam in tali dubio, nec in materia aliarum virtutum, nec in materia ipſius iuſtitiæ. Dubium igitur ſiue ſpeculatiuum, ſiue practicum de licita, ſiue non licita actione cuiuſcunque virtutis, etiam iuſtitiæ, per poſſeſſionem libertatis tolli non poteſt, neque deponi, vt loquuntur, quia poſſeſſio libertatis non eſt, ſed eſt poſſeſſio obligationis.

21 At verò in materia iuſtitiæ tolli poteſt per poſſeſſionem rei, quia hæc eſt ratio ſuperueniens obiecto dubio, quæ tollit dubium de licita, ſeu non licita actione, quæ ratio non accidit, niſi materiæ iuſtitiæ. In cuius rei indicium eſt, quod ſi quis exiſtens in poſſeſſione rei, & in dubio, an res ſit ſua, & teneatur ad reſtituendum, dubitaret ex conſcientia erronea practicè ſe teneri ad reſtituendum, peccaret quidem in tali dubio, quia non eſt in poſſeſſione libertatis, ſed non teneretur ad reſtituendum; quia eſt in poſſeſſione rei; qui tamen cum ſit in poſſeſſione rei, ſi exiſtimaret, vt deberet ſecundum veritatem, ſe non teneri ad reſtituendum, neque peccaret, neque teneretur ad reſtituendum. Ex quo vides, quod dubium practicum in materia iuſtitiæ tollitur per poſſeſſionem rei, quæ verè eſt; quia qui erat in dubio, an poſſet rem retinere, quia dubitabat, an ſua erat per poſſeſſionem rei, tollit dubium de honeſtate retentionis, at dubium de honeſtate actionis nunquam tollitur per poſſeſſionem libertatis etiam in materia iuſtitiæ, quia hæc verè non eſt in tali dubio.

22 Igitur poſſeſſio rei in materia iuſtitiæ tollit dubium de honeſtate actionis, quia verè eſt talis poſſeſſio; at poſſeſſio libertatis, neque in materia iuſtitiæ, neque aliarum virtutum, vnquam tollit dubium de honeſtate actionis, quia talis poſſeſſio libertatis verè non eſt, ſed eſt poſſeſſio obligationis.

Digitized by Google

tionis. Et hanc diſtinctionem bene aduerte, quia diu me fatigauit, vt intelligerem, ſed cum Dei adiutorio tandem attigi.

23 Vnde colligitur, dubium de actione licita, ſiue ſpeculatiuum, ſiue practicum ſit, ſiue generalius, ſiue minus generale, ſiue formale, ſiue obiectiuum, vt puto magis appellandum, poſſe tolli per aliquam rationem ſuperuenientem, ſiue circunſtantiam, quæ faciat rem licitam ex dubia, vt optimè aduertit Sanchez *illo cap.* 10. modo talis ratio vera inueniatur, quæ afficiat dubium obiectum; at nunquam poſſe tolli per poſſeſſionem libertatis, vt videtur velle ipſemet Sanchez; quia poſſeſſio libertatis in tali dubio nunquam eſt, ſed eſt poſſeſſio obligationis. Hucvſque D. Candidus, ſatis prolixus in hoc diſcrimine poſſeſſionis rei conceſſæ, & negatæ poſſeſſionis libertatis, ſine vlla probatione ſe occupando in perſuadendo tantum hoc falſum diſcrimen, vt infra patebit, ſingula recogitando.

24 Ait ergo primum, poſſeſſionem ideo facere meliorem poſſidentis conditionem; quia minus requiritur ad conſeruandum id, quod iam eſt, quam ad inchoandum, quod nondum eſt, quod probat exemplo in naturalibus, in quibus plura requiruntur ad dandum illis eſſe, quam ad eorum conſeruationem. Concedo hoc in naturalibus pro quibus facit illud, quod facilius aliquid deſtruitur, quam conſtituatur. In re tamen noſtra non facit ad rem, cum experiamur oppoſitum in eo axiomate, ſine enim vllo labore, ſum in poſſeſſione phyſica huius libri, & incipio dubitare, an ſit meus; quia non inuenio in eo nomen meum, nec eo vſus ſum aliquando, nihilominus viſis aliis meis libris, inueni aliquos ſine nomine poſſeſſoris, & aliquos non recordor me legiſſe, & tamen ſcio, eſſe meos; ergo per has rationes poſteriores prioribus derogantes abiicio dubium, conuertendo illud in opinionem firmatam illis rationibus, & confirmatam illo axiomate: In dubiis melior eſt conditio poſſidentis. Poſſeſſio vt ſic phyſicè accepta nullo eget labore, cum naturalis ſit poſſeſſio reperta apud me, forſan ſine me ex parte rei, incipio dubitare, vt dixi; ſemper tamen retineo poſſeſſionem phyſicam, donec excutio dubium adhibita diligentia; per quam tranſeo ad opinionem, & de dubitante incipio eſſe opinans; & moraliter poſſidere librum ſecundum illud axioma: *Melior eſt conditio poſſidentis*, confirmans illas rationes, vt liber apud me maneat. Poſſidemus ergo phyſicè pro nobis ſine nobis; moraliter vero pro nobis cum nobis propter diligentiam adhibitam, qua & apud nos conſeruamus rem, apud nos inuentam vti noſtram. Itaque eodem modo conſeruamus poſſeſſionem moralem, quo eam inchoauimus. Poterat ergo D. Candidus relinquere illud exemplum de rebus naturalibus, & tranſire ad ſuam diſtinctionem per nos examinandam. 25

Diſtinguit ergo hanc minorem: In dubio licitæ actionis in materia cuiuſcunque virtutis eſt poſſeſſio humanæ libertatis, quæ poteſt exercere vtrũq; actum; concedendo illam de poſſeſſione humanæ libertatis phyſicè acceptæ, negando vero de poſſeſſione humanæ libertatis moraliter acceptę; quia ſemper in dubio de actione licita reſpectu cuiuſlibet virtutis libertas humana eſt obligata per certum ius in generali, quod in dubio de actione licita non poteſt moraliter & licitè agere, quamvis poſſit agere phyſicè. 26

Ad eam minorem ego dico, non ſemper aliquem poſſidere ſuam libertatem, ſed quandoq; poſſeſſionem eſſe pro obligatione; nimirum quando lege ſuppoſita dubitatur an obliget in hoc, vel illo caſu, dubio non ſublato per debitam diligentiam, ea regulâ ſtat pro lege, quæ habet pro ſe poſſeſſionem obligandi ſubditos; in aliis caſibus, poſſeſſio ſtat pro libertate dubitantis, vt ſi quis dubitet an votum emiſerit, & adhibita diligentia, ſi dubium excutere non valet, poteſt credere ſe non eſſe obligatum, ex hac regula; quia poſſidet in dubio ſuam libertatẽ, & ex dubio non oritur indubia obligatio, & ita docet etiam ipſe Candidus *ſub 4. concl.* Et ex his patet, non ſemper libertatem humanã in dubio de actione licita eſſe obligatam, ſed tunc ſolũ, cum apparet legem extare, pro qua tunc eſt eius poſſeſſio contra libertatẽ. 27

Poſita igitur hac conſideratione reliqua ibidem dicta patent vera, quia in dubio licitæ actionis non eſt operandum, dum ipſum dubium durat; quia agens agit contra conſcientiam, depoſito vero dubio ex adhibita diligentia fit tranſitus ad opinionem, cum qua tunc poſſumus operari, vt
28 patet in exemplo allato de libro. Et inde deducitur, eam diligentiam tres effectus producere, primo deſtruit dubium per rationes adductas, quæ conſtituunt opinionem, quæ eſt ſecundus effectus, tertio phyſicæ poſſeſſioni adiungit moralem, ante enim diligentiam poſſidebat tantum phyſicè, & naturaliter, vnde in dubio exiſtens de re nihil diſponere poterat, accedente vero morali poſſeſſione fundata in opinione, & ea diligentia, poſſeſſor redditus eſt tutus, & ſecurus, quod res eſt tua, & hoc modo intelligitur ea regula; melior eſt conditio poſſidentis. Vide *cap.* 4. *à num.* 9.

29 Ponit diſcrimen inter poſſeſſionem rei, & poſſeſſionem libertatis, in eo, quod de poſſeſſione rei conſtat eam extare, non vero conſtat exiſtere poſſeſſionem libertatis, imò manifeſtum eſt, eam non extare cum poſſeſſio ſit pro obligatione, & ideo poſſeſſio rei tollit dubium, ex quo licita iudicatur retentio rei, non vero poſſeſſio libertatis tollit dubium, cum ea non extet, ideo cum eo dubio non poteſt operari.

30 Contra eſt, quia poſſeſſio phyſica, nec moralis tollunt dubium, ſed diligentia adhibita expellit dubium, de phyſica conſtat; quia ea præciſè non ſpectatur, ſed tantum ſupponitur, & facit dubitare, ſed non reſoluit dubium; moralis vero poſſeſſio conſtituitur ex diligentia, quæ iam ſuſtulerat dubium, generando opinionem; ergo cum moralis poſſeſſio ſequatur ad vtrumque ad diligentiam, & opinionem, non poteſt tollere dubium, iam ſublatum per illam diligentiam, & poſitionem opinionis. Eodem modo diſcurrendum eſt de poſſeſſione libertatis, quando non ſupponitur lex, & eius obligatio, nam poſitum dubium vincendum eſt per diligentiam adhibendam, in exquirendis motiuis perſuadentibus, licitum eſſe agere, per quæ conſtituitur opinio, & ſubſequenter qui antea dubitabat, nunc opinans probabiliter manutenetur in poſſeſſione ſuæ libertatis, quod non extet obligatio voti. Itaq; in neutro caſu moralis poſſeſſio conſequens ad diligentiam, & opinionem poteſt tollere dubium non amplius exiſtens, cum fuerit deſtructum à diligentia, & opinione, cum qua ſtare non poterat.

Recole memoriam, quia ſuperius 31
dixi, extare poſſeſſionem libertatis in dubiis, quando nihil legis ſupponitur, quod tamen Candidus generaliter negat, non dari poſſeſſionem libertatis, & id ipſe nullo modo probat, ſed ſupponit, quod tamen probare debebat, vt diſcrimen ab eo poſitum inter vtramque poſſeſſionem appareret rationabile. Si enim quæratur ab eo, cur in tua ſententia poſſeſſio rei tollat dubium, & non poſſeſſio libertatis? Reſpondebit; quia conſtat de poſſeſſione rei, non vero de poſſeſſione libertatis, quæ non extat. Inſufficiens eſt reſponſum; quia petis principium, cum inter te, & nos, id ſit in quæſtione, nobis aſſerentibus, & te negante; & in hoc videris tibi contradicere; quia *paulo ante* §. *Ad argumentum*, concedis illam regulam. *Melior eſt conditio poſſidentis*, in omnibus virtutibus, & modo reſtringis ad virtutem iuſtitiæ, dum negas poſſeſſionem libertatis in cæteris.

Ratio negandi poſſeſſionem liber- 32
tatis conſiſtit in eo, quia in dubio de actione licita in qualibet materia cuiuſcunq; virtutis particularis libertas humana eſt obligata per certum ius in generali, ideo dubio durante pro obligatione ſtat poſſeſſio contra libertatem humanam. Hæc ratio non eſt vniuerſalis, ſed tantum reſpicit exiſtentiam legis, pro qua ſi certo extat, intelligitur regula, quod melior eſt conditio legis poſſidentis obligationẽ contra ſubditum dubitantem, qui tũc non eſt in poſſeſſione ſuæ libertatis, ſed obedire tenetur, niſi deponat dubium per diligentiam, & opinionem. Fallit ergo eius ſuppoſitum, & ratio, quod ſemper poſſeſſio ſit pro obligatione, cum manifeſtè conſtet, tunc hominem dubitantem manutenendum eſſe in poſſeſſione ſuæ libertatis, cum exempli gratia dubium eſt circa exiſtentiam legis, aut circa aliquam obligationem priuatam voti ieiunij, &c. non enim dubium valet

Digitized by Google

valet inferre certam obligationem, ſed dubitans deponendo dubium per debitam diligentiam opinionem conſtituendo poteſt ſe manu tenere in poſſeſſione ſuæ libertatis.

CAPVT XI.

Vtrum vnus Doctor, vel etiam alter ſit ſufficiens fundamentum Opinionis in praxi eligendæ.

1 SVppono opinionem recipere probabilitatem ad rectè operandum non ab auctoritate preciſè Doctoris; quia Doctori aſſerenti ſine ratione non eſt credendum *c.5.n.*38.*&*46.poſſumus tamen credere, maximè ſi habeatur pro viro docto,& pio,& id neceſſarium eſt ignorantibus,& diſcipulis;quia ſecundum Ariſtotelem,& veritatem,oportet addiſcentem credere,
2 & ignaros vt plurimum magis mouet auctoritas propter magnam fidem humanam quam habent erga virum doctum,quam ratio,quæ opinionẽ probabilizat, & quod eius vim attingere non valent propter imbecillitatem ſui intellectus. Doctus vero cognoſcit opinionem Doctoris probabilem magis per rationem, quam per eiuſdem auctoritatem,& ideo dixi *præcitato c.*5. *n.*79. opinionem recipere ſuam probabilitatem à firma ratione vna, vel pluribus;eius vero augmentum à Doctoribus, & quo plures ſunt, eo magis augetur opinionis probabilitas. Habet igitur opinio fundamentum ſuę probabilitatis in ratione,& in Doctoribus eius augmentum,& æſtimationem.

3 Quæſtio ergo eſt,an tuta conſcientia poſſimus eligere, & ſequi opinionem vnius,aut alterius Doctoris ſentientis contra communem,aut plures alios?

4 Reſpondeo affirmatiuè, quia nos ſequi poſſumus quamlibet opinionem minus probabilem,ex probatis *ſub c.*6. talis reputatur opinio ſingularis contra communem, iuxta dicta *c.*5.*n.*42. ergo eam ſequi poſſumus. Confirmatur, quia magni æſtimatur auctoritas viri docti, exempli gratia, Sanchez Ieſuita, qui tenet hanc opinionem *l.*1. *c.* 9. *n.* 7. vbi pro ſe citat Angelum,& Sylu. *V. Opinio* Nauar. *c.* 27. *n.*88. Valent. Sà, quibus fauet D. Thomas *quodlib.* 3. *art.*10. Nec doctus eligens hanc opinionem tenetur examinare eius probabilitatem, ſed poteſt credere, ſicut ignorantes; vt notat idem Sanchez *n.* 8. Vericellus *tr.* 2. *q.*5. refert vigintiquinque Doctores, & id probat multis, adducendo auctoritatem *l.*1.§.*ſed neq; C.de veter.iure enucl.* his verbis: *Sed neque ex multitudine auctorũ,quod melius,& æquius eſt iudicatote; cum poſſit vnius forſan, & deterioris ſententia & meliores, & maiores aliqua in parte ſuperare*, quam ante illum notauerat Sylu. *V. Opinio.* Verum quidem eſt, quod ſingularis opinio bene exa- 5 minanda eſt, & ſcholaſtice tractanda, reſpondendo fundamentis opinionis communis,quantum fieri poteſt; nec his obſtant dicta *cap.* 5. *q.* 7. *&* 9.

Candidus *q.*8.nonnullas ponit con- 6 cluſiones ſuis principiis conformes, quibus euertit noſtram concluſionẽ.

Concluſio eius prima eſt.Dico pri- 7 mo;quod vnius,aut alterius Doctoris opinio non eſt ſufficiens fundamentũ opinandi,ac operandi,quando aduerſatur communi, niſi fortè ita ſolueret argumentum contrariæ,& confirmaret ſuam, vt aut certam, aut longè probabiliorem ſuam redderet. Eſt communis omnium Theologorum.

Primam partem probat,quia com- 8 munis ſententia ferè certam reddit,& indubitatam, ſi enim vox populi,vox Dei; multo magis vox Sapientum conſentientium. Secunda pars etiam probatur, quia ex S. Thoma *in illo opuſ.* 8. *art.* 13. *ſuprà citato*, ſi quis in contrariis opinionibus ita vni adhæreat propter eius motiua, vt alterius motiua non moueant, ipſe ſine peccato ſecundum ſuum ſenſum poteſt operari, & Durandus in prologo rectè aſſerit, quod dimittens rationem propter auctoritatem humanam,incidit in inſipientiam beſtialem.

Contra ſupradictam limitationem 9 reſpondeo ſufficere quod opinio ſit verè probabilis & talis ſcholaſticè cognita,quamvis non æſtimetur probabilior,vt patet ex ratione noſtræ concluſionis. Vnde neſcio, qua veritate dicat, ſuam concluſionem eſſe omnium Theologorum,cum ferè nullius ſit, ſed noſtra eſt communiſſima.

Digitized by Google

10 Ad primam partem reſpondetur, communem opinionem haberi pro certa certitudine morali, & ferè maiori, quam opinio vnius vel alterius Doctoris, quæ præſumitur minoris certitudinis; nihilominus experientia conſtat, communes opiniones fieri minus probabiles ſingularibus probabilioribus propter noua media de recenti inuenta, vnde Caramuel *in ſua Theologia Fundamentali, n.* 1859. aſſerit, quod quotidie oriuntur nouæ opiniones probabiles, quæ antea non erant, quia intellectus hominis in dies fit excultior, & perſpicacior.

11 Quòd dicit: vox populi, vox Dei; quia dependenter à Deo mouet linguam ignarus populus, vnde Gloſſ. 1. *in cap. Non vos*, 42. 23. *q.* 5. ait, vanas eſſe voces populi, ac proinde non eſſe audiendas, vtique ſapientum, quorum infinita propè multitudo aſſerit, nos ſequi poſſe opinionem probabilem, ſine vlla limitatione, quos recenſui vltra centenarium *c.* 6. *ſub num.* 14.

12 Pro ſecunda parte citat D. Thomam *Opuſcul.* 8. *art.* 13. nihil tale dicit de contrariis opinionibus, quod eorum motiua moueant, vel non moueant. Vide eius formalia verba relata *cap.* 6. *ſub num.* 24. in præcedentibus ſæpius repetita contra ipſum Candidum, qui alium locum Sancti Thomæ *Opuſcul.* 3. *art.* 10. *initio huius quæſtionis*, citat pro ſe, vbi quærit: *Vtrùm diſcipuli ſequentes diuerſas opiniones Magiſtrorum, excuſentur à peccato erroris.* Reſpondet his verbis:

13 *Dicendum, quod diuerſæ opiniones Doctorum Sacræ Scripturæ, ſi quidem non pertineant ad fidem, & bonos mores, abſque periculo auditores vtramque opinionem ſequi poſſunt. Tunc enim habet locum*, quod Apoſt. dicit ad Roman. 14. *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. In his verò, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores nullus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius Magiſtri, in talibus enim ignorantia non excuſat, alioquin immunes à peccato fuiſſent, qui ſecuti ſunt opinionem Arij, Neſtorij, & aliorum Hæreſiarcharum. Nec poteſt excuſationem habere propter ſimplicitatem auditorum, ſi in talibus erroneam opinionem ſequatur. In rebus enim dubiis non eſt de facili præſtandus aſſenſus quin imò*, vt Auguſt. dicit in lib. 2. de Doctr. Chriſt. *Conſulerè debet, quis regulam fidei, quam de Scripturarum planioribus locis, & Eccleſiæ auctoritate percepit. Qui ergo aſſentit opinioni alicuius Magiſtri contra manifeſtum Scripturæ teſtimonium, ſiue contra id, quod publicè tenetur ſecundum Eccleſiæ auctoritatem, non poteſt ab erroris vitio excuſari.* Patet ex his confirmatio noſtræ concluſionis ad mentem D. Thomæ, contra Candidum; nam apertè dicit, quod auditores abſque periculo peccandi vtramque opinionem ſequi poſſunt, quando ſuorum Magiſtrorum diuerſæ ſunt opiniones, non limitando, quod probabilior ſit ſequenda. Nec dictum Durandi eſt contra nos, aut ſequentes auctoritatem alicuius Doctoris, quia non relinquimus rationem propter Doctorem, ſed vtrumque ſectamur, & rationem, & Doctorem propter rationem.

Concluſio ſecunda, quod vnius, 14
aut alterius Doctoris opinio non eſt ſufficiens ratio opinandi, & operandi, quando aduerſatur opinioni plurium, ſeu grauiorum, ſeu rationibus probabilionibus præponderantibus auctoritati; eſt Ariſtotelis, qui non vni, aut alteri Doctori opinanti fidendum aſſerit, ſed dubitandum, vt veritas inueniatur 3. *Metaph. cap.* 1. ait: Ad illam, quæ quæritur ſcientiam, neceſſe eſt in primis nos percurrere, de quibus primo dubitandum eſt, &c.

Allegare hic Ariſtotelem eſt fru- 15
ſtra laborare, quia *in* 3. *Metaph.* docet modum acquirendi ſcientias, nec verbum quidem facit de modo proſequendi opiniones, vt patet legenti illud primum caput. Conceſſo etiam, quod loquatur de opinione, quid inde? Nobis non aduerſatur, dum aſſeruimus, ſequentes opinionem vnius Doctoris contra communem credere eidem propter rationem, & non tantum propter eius auctoritatem, qui ſuam opinionem licet ſingularem firmauit ſolidis rationibus, reſpondendo etiam contrariis.

Nec argumentum, quod ex Ma- 16
iore *in* 4. *q.* 3. *prologi, concluſ.* 5. ait, duobus circumſpectis maior fides datur, quam vni, tribus, quam duobus,

bus,

Digitized by Google

bius, &c. Ergo multitudini plus credendum eſt, quam paucitati. Vrget contra nos; quia credulitas opinionis accipitur primo à ratione, non à multitudine Doctorum, quia opinio probatur ex firmitate rationum, non ex numero Doctorum; qui ſolum extrinſecè augent illius probabilitatem, non idcirco ſequitur; ſingularem opinionem diminui in ſua probabilitate, quæ procedit à ratione.

Limitauit autem hanc ſecundam concluſionem, vt loqueretur congruenter ad præcedentes; nimirum, eſſe ſequendam probabiliorem, vnde ſuccinctè repetit nonnulla argumenta, quæ iam per nos ſoluta fuerunt *ſub cap.* 7. ideo non ſunt hic repetenda.

17 Concluſio tertia, quod vnius, & alterius Doctoris opinio non eſt ſufficiens fundamentum opinandi, & operandi, quando paritas Doctorum, aut rationum eſt in contrarium. Poſſet tamen eſſe, ſi vel auctoritas, vel ratio contraria non obſtaret. Eſt S. Thomæ ſuprà, qui non concedit, poſſe quem in contrariis opinionibus alteram ſequi, ſi alterius momenta ipſum moueant, at hic mouent æqualiter. Eſt etiam Syluest. qui V. Opinio dicit, rem tunc eſſe in dubio, cum non habet rationem probabilem ad vnam partem tantum; ſed ad vtramque æqualiter, vel quaſi, aut ad neutram, quod de rationibus; quia auctoritates in tantum mouent, in quantum cenſentur ipſis ſubeſſe rationes, certum eſt, tunc non poſſe quem opinari, aut operari, quia in dubio neutrum licet.

18 Iam vidimus nihil tale dicere Sanctum Thomam, ne verbum quidem de momentis mouentibus, lege eius verba *ſuprà ſub num.* 13. quæ conſulto retuli, & alia eiuſdem *ex quodlib.* 8. *art.* 13. quæ extendi *ſub cap.* 6. *n.* 24. Syluester quoque falsò allegatur, cum ibidem nihil tale dicat, lege ipſum, ſi mihi non credis.

19 Pro probatione ſuæ concluſionis repetit ſuccinctè argumenta præcedentium quæſtionum, & quod non ſit liberum opinari; & quod mouent tantum fortiora motiua; & quod inter æqualia remanet intellectus dubius. Quibus, & aliis reſpondimus in præcedentibus, ideo non eſt immorandum.

Facit ſibi tres obiectiones nomine aduerſariorum, & illis reſpondet, quas ſubiicimus ad verbum cum ſuis reſponſis. 20

Dices, cur non poſſum, ſi ſcire nequeam verum, diligentia adhibita, & cur magis teneor tunc abſtinere; quia illicitum ille dicit, & non poſſum facere, quia hic dicit licitum? 21

Reſpondeo, quia ad bonum plus requiritur, quam ad malum agendum; vnde cum dubitatur, an licitum ſit, an illicitum, non poſſum facere, quia vt benè agam, debeo, te etiam conſentiente, iudicare me agere, quod eſt licitum; at in paribus motiuis, cum ſtet dubius intellectus non poteſt poni plus vna pars, quam altera, & ſic non poteſt poni licitum, adeoque non poteſt opinari.

Contra eſt, quia ſi vnus aſſerit licere, alter verò negat, & vtriuſque opinio eſt probabilis, poſſum eligere, quam volo, vt docet D. Thomas ſuprà relatus *ſub num.* 13. de diſcipulis, qui vtramque Magiſtrorum opinionem ſequi poſſunt ſine periculo peccandi. Candidus autem obiectionem format in caſu dubio, non in opinionibus, vnde non facit ad rem, cum in quæſtione ſermo ſit de opinione ſingulari contra communem; non de dubio; quia extra controuerſiam eſt, dubitantem non poſſe operari, dum dubius remanet; certum verò eſt, nos poſſe operari dum opinamur licere operationem, iuxta iudicium eius, qui nos opinionem docet, etiam vtramque æquè probabilem, vt probatum fuit *præced. cap.* 9. contra ipſum Candidum hic aſſerentem, nos non poſſe plus ponere in eſſe vnam partem, quam alteram. 22

Obiicit ſecundò, ſufficit indocto conſilium vnius probi, & docti, vt illud ſequi poſſit; ergo & docto ſufficiet. 23

Reſpondet quidam apud Azor. cum ipſo; *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *q.* 5. negando conſequentiam, & benè. Sed ego reſpondeo, etiam negando antecedens, ſi ille indoctus dubitat, aut habet rationem dubitandi, eo quod

audiuerit alios aliter opinari, & poteſt ipſos conſulere; nam certè tunc debet, quia vt inquit S. Thomas in dubiis non citò credere oportet. Et non ſic faciunt homines in rebus temporalibus, ſed multos conſulunt, ſi res eſt grauis. Quare in rebus dubiis, & grauibus deberet conſulere multos, ſi poteſt, & ſequi plures, & grauiores; quod ſi non poſſit, aut non occurrerit ratio dubitandi de conſilio, excuſabitur, ſi erret.

24 Obiectionis argumentum verum eſt, & tenet conſequentia, quia doctus non debet eſſe deterioris conditionis, quam ſit indoctus; vnde doctus ſine vllo intellectus labore ſequi poteſt opinionem alicuius viri docti, quam credit eſſe probabilem; cuilibet enim licet ſequi conſilium alterius tam indocto, quam docto, id docente Salomone Prouerb. 3. 5. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*, ſed vtere alterius conſilio; non tantum ergo indoctus, ſed etiam doctus, qualis cenſetur vir prudens maximè in moralibus; exhortatur ergo Salomon etiam doctum ad quærendum conſilium, & non tantum indoctum, qui eo magis indiget. Quæ maior ratio eſt, quod doctus non poſſit ſequi alienum conſilium, vt indoctus, cum vterque ex æquo credere poſſit viro docto, imò magis doctus, quam indoctus, cum ille ſciat ſe credere veram opinionem, hic verò purum præſtet aſſenſum potius auctoritati, quam rationi dicentis conſilium? Quod ait Candidus negando etiam antecedens non facit ad rem, quia ſupponitur, conſilium à viro docto, & probo datum eſſe veram opinionem, & pro tali haberi à petente conſilium, ideo fruſtra extendit conſilium ad dubium; & licet alias dubitauerit, tamen nunc non dubitat,

25 dum credit danti ſibi conſilium; eſt enim ille homo non ſolum imprudens, ſed inſanus, qui petit conſilium, & non credit, cum à quolibet quæratur conſilium, ad fugandum ignorantiam, & dubium, vt illud ſibi proſit, & vtile ſit.

26 Obiicit ſibi tertiò: Quid faciet confeſſarius apud ruſticos, qui tot Doctores, ſeu libros conſulere non poteſt, cur non poteſt vni Doctori fidere, præſertim cuius liber eſt impreſſus?

Reſpondet D. Candidus, ſi non poteſt habere plures libros, aut differre conſilium, vt interroget doctiores, ſufficit illi habere librum valde probati auctoris, qui vel examinet, vel diſcutiat opiniones, vel ſequatur probabiliores, qualis cenſetur Toletus, aut quiſpiam ſimilis. Bona reſponſio, ſed nec Toletus ſcholaſtice procedit in examinandis opinionibus, nec curat de diſtinctione opinionum, quænam ſit probabilis, aut probabilior, ſed abſolutè reſoluit, quæ ſibi videntur magis vtilia ad ſalutem animæ. Sufficit ergo ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliore. 27

CAPVT XII.

Corollaria tria Domini Candidi examinantur.

DOctor Candidus in fine ſuæ diſputationis ponit tria Corollaria, quæ ſunt Compendium eorum omnium, quæ in præcedentibus quæſtionibus dixerat, quæ expendenda ſunt, vt quiſque recogitet, quam infirmis rationibus ſuas concluſiones ſingulares comprobauerit. 1

COROLLARIVM I.

Ratio vnica Ariſtotelis firmat omnes ferè noſtras ſupra poſitas aſſertiones, illa ſcilicet, quam ſupra citauimus 2. *de Anima, text.* 153. Opinari non eſt in nobis; neceſſe enim eſt falſum, aut verum dicere. 2

Probatur igitur aſſertio ſecundæ quæſtionis noſtræ, (nam primam hæc ratio non attingit) ſic: Verùm, vel falſum eſt ſe habens vno modo tantum, & determinatè, & independenter omnino à noſtra libertate; ergo non poteſt dici vtroque modo, & indifferenter, & dependenter à voluntate noſtra, ſeu vt volumus, quod eſt non eſſe liberum opinari. Maior eſt certa, quia verum, vel falſum pendet à rebus, quæ vno modo tantum, & determinatè, & independenter 3

pendenter à noſtra libertate ſe habent; nam ideo eſt vera propoſitio, quia res eſt. Minor eſt Philoſophi, & patet, quia ſemper opinando dicimus verum, vel falſum; conſequentia vtraque currit.

4 Contra, quia Ariſtotelis auctoritas intelligenda eſt comparatiuè, quod opinari non ſit liberum, eo modo, quo liberum eſt homini imaginari; homo enim imaginatur, quod vult, quod non eſt, ac ſi eſſet; non verò ſic opinatur, ſed intelligit res prout ſunt in ſe, vel in ſuis motiuis, & circumſtantiis nobis apparent. Ita omnes intelligunt Ariſtotelem, vt dixi *cap.* 5. *num.* 34. Homo igitur liberè opinatur, agente voluntate ex ſuo imperio in potentiam intellecti-

5 uam *cap.* 7. *num.* 6. *cap.* 8. *num.* 9. actus enim intellectus ſubſunt imperio voluntatis, quæ præcipit intellectui, vt agat iuxta motionem ſibi factam ab obiecto ratione ſui, vel circumſtantiarum, vt probaui *eodem cap.* 8. *numero* 48. Intellectus igitur de eadem re opinari poteſt, quod ſit licita, & quod ſit illicita iuxta qualitatem motiuorum, & circumſtantiarum, quæ rei accidere poſſunt; nam obiectum opinionis contingens eſt, & aliter ſe habere poteſt ad differentiam obiecti ſcientiæ, quod neceſſarium eſt, & aliter ſe habere non poteſt, vt notaui *cap.* 5. *num.* 7. hinc eſt, quod obiectum neceſſarium potentiam determinat ad vnum, vel quod ſit falſum, vel quod ſit verum, quod ſcitur; obiectum verò contingens ſicut variatur, ita & potentiam mutat, & determinat modo ad vnum, modo ad oppoſitum propter diuerſitatem motiuorum, & circumſtantiarum. Ex quo apparet, rationes ſupradictas Candidi nullius eſſe momenti in materia opinionis; ſed tantum eas locum habere in ſcientia, cuius obiectum cum ſit neceſſarium, mouet po-

6 tentiam tantum vno modo. Conſtat quoque opinari non dependere à voluntate, ſed à motiuis, & circumſtantiis obiecti contingentis determinantis intellectum ad opinandum hoc, vel illo modo iuxta exigentiam argumentorum; operatur ergo independenter à voluntate quoad ſpecificationem actus, licet dependeat à voluntate imperante exercitium actus, dum illi præcipere poteſt, vt ſibi dictet circa licitatem, vel illicitatem rei; intellectus ergo non opinatur ex arbitrio voluntatis, ſed obiectum ſuum iudicat ſecundum motiua dependentia à contingentia ipſius obiecti.

Probat tertiæ quæſtionis aſſertio- 7
nem ſic, quod non poſſumus vtramque contradictionis partem opinari; quia opinando neceſſe eſt dicere ſe habens tantum vno modo, ſeu ſecundum vnam contradictionis partem; ergo non niſi vno modo, ſeu ſecundum vnam tantum partem dici poteſt.

Contra eſt, quia eius argumen- 8
tum procedit tantum pro ſcientia; nam intellectus ſcire dicitur, cum ſe habet tantum vno modo, affirmando veritatem rei, ſi ita eſt, vel negando eandem, ſi ita non eſt; quia obiectum ſcientiæ aliter ſe habere non poteſt, ſed tantum vno modo, cum ſit neceſſarium. Vnde contra nos inutile eſt, imò falſum omnino eſt; quia cum opinans determinetur à ſuo obiecto, non poteſt vno modo ſe habere, cum obiectum aliter ſe habeat, vt dictum eſt; nec hoc Candidus negare poteſt, niſi confundendo ſcientiam cum opinione.

Probat quartam; quia ſi vtramque 9
probabilem opinari poſſemus, iam non vno modo tantum, ſeu ſecundum vnam tantum partem dicere poſſemus, cum ſit vtraque vtcumque probabilis.

Contra ex mox dictis; poſſumus 10
enim vtramque opinari probabilem, vt experientia conſtat apud grauiſſimos Doctores, qui legitimè ita opinantur, & nullus contradicit præter ipſum, deſcendendo de genere in genus; nam intendit agere pro ſua quæſtione, & operatur pro ſcientia, de qua non agit. D. Thomas apertè docet *locis citatis Opuſcul.* 3. *art.* 10. cuius verba attulimus *præced. cap. num....* nos poſſe opinari vtramque dum aſſerit, diſcipulos poſſe ſequi vtramque opinionem Magiſtrorum; & *Opuſcul.* 8. *art.* 13. *relato cap.* 6. *num.* 24. nos poſſe ſequi vtramque ſine peccato. Item *quodlib.* 1. *art.* 13. Vtrùm habens duas Eccleſias teneatur vtriuſque officium dicere? Reſpondet his 11
verbis: *Sed de electione officij rationabiliter*

biliter videtur, quod debeat dicere officium illius Eccleſiæ, in qua maiorem gradum habet, putà ſi in vna ſit Decanus, & in alia ſimplex Canonicus, debet dicere officium Eccleſiæ, in qua Decanus. Quòd ſi in vtraque Eccleſia fuerit ſimplex Canonicus, debet dicere officium dignioris Eccleſiæ, quamuis fortè in minori Eccleſia habeat opulentiorem præbendam, quia temporalia nullius momenti ſunt ſpiritualibus comparata. Si verò ambæ Eccleſiæ ſunt æqualis dignitatis, poteſt eligere quodcumque officium magis voluerit, ſi fuerit ab vtraque Eccleſia abſens. Si autem fuerit in aliqua earum præſens, debet ſe conformare illis, cum quibus conuerſatur. Patet manifeſtè D.Thomam opinatum fuiſſe probabilitatem vtriuſque opinionis, ac proinde licere dicere officium vel huius, vel illius Eccleſiæ; ergo poſſumus opinari vtramque opinionem eſſe probabilem, quicquid dicat Candidus contra ſuum Magiſtrum.

12 Probat quintam: Si opinando dici neceſſe eſt, quod ſe habeat tantum vno modo, & determinatè; ergo id tantum opinabimur, quod habet fortiora veritatis motiua, quæ eſt pars probabilior.

13 Contra eſt, quia in antecedente ſupponit, quod eſt in quæſtione, vel agit pro obiecto ſcientiæ, quod ſe habet vno tantum modo; opinio enim eſt ad diuerſa, & non vno ſe habet tantum modo, ita exigente ſui obiecti conditione, vnde ex falſitate antecedentis non niſi conſequentis falſitas inferri poteſt; opinamur enim ex quibuſcumque motiuis, ſiue fortioribus, ſiue minus vrgentibus; vtrumque enim cum ſit ens verum mouere, & determinare poteſt intellectum ad opinandum vtrumque oppoſitum eſſe probabile, vt probaui *cap.*5. *num.*31. *&* 32. *cap.*6. 7. *cap.* 8. 9. *&* 48. Et id experientia patet apud omnes viros doctos, dum ſpeculantur modo probabilem, modo probabiliorem.

14 Probat ſextam: Quia ſi dici neceſſe eſt, quod ſe habet vno modo, & independenter à libertate noſtra; ergo non eſt in arbitrio dicere, ſeu iudicare vtramlibet partem, ſed ſuſpendi intellectum, ſeu dubitare neceſſe erit.

15 Contra eſt, quia ex ſupradictis patet huius falſitas; nam obiectum opinionis non ſe habet vno modo, ſed diuerſimodè ſe repræſentare poteſt potentiæ intellectiuæ, quæ illud iudicat ſecundum determinationem rationum, & argumentorum; vnde nec eius iudicium eſt poſitum in arbitrio voluntatis ſed regulatur à motiuis, & circumſtantiis obiecti; intellectus ergo non manet ſuſpenſus, & dubius, ſed vlterius procedit, opinando vtramque æqualiter probabilem; ſicuti D.Thomas, *vt ſuprà ſub num.*11. iudicauit æqualiter probabile, præbendatum in duabus Eccleſiis æqualibus, poſſe recitare officium vnius ex illis Eccleſiis, quod non fecit dando conſilium illud, niſi prius opinando vtramque probabilem.

Probat ſeptimam: Quia ſi opinando, vnum, vel vnam partem dici neceſſe eſt; ergo ſi attendantur auctoritatum motiua cum vno, vel altero, ſtantibus pluribus in contrarium, opinari nequimus. 16

Contra eſt, melius erat illi, ſi tacuiſſet, non recolligendo, quia per hanc epilogationem, videtur laboraſſe inopia argumentorum, dum ferè ſemper vtitur eodem medio improportionato, ab obiecto ſcientiæ, quo ſecundum vnum dici neceſſe eſt, arguendo ad obiectum opinionis, quo plura, & diuerſa dici oportet, ex eorum diuerſitate; opinamur ergo, & à nullo obiecto impedimur, cum opinio ſit ad contraria, & oppoſita etiam contradictoriè, reſpectu diuerſorum motiuorum. 17

Corollarium II.

Non omne probabile, inquit Dominus Philalethus, ſufficiet, vt opinemur, & ſequamur illud in praxi, quia illud probabile ſolum ſufficit ad opinandum, & ſequendum licitè in praxi, quod poteſt generare opinionem de licita actione; ergo non omne probabile ſufficit, vt opinemur, & ſequamur illud in praxi. Maior conceditur ab omnibus etiam aduerſariis, vt oſtendimus *q.*1. Lege Sanchez *lib.* 1. *cap.*9. Et patet, quia quod non eſt ex fide, peccatum eſt; ergo ne peccemus, oportet vt generetur in nobis fides, ſeu opinio de actione licita, 18

Digitized by Google

licita, ſeu quod liceat ſic agere.

19 Contra eſt, antecedens habet duas partes, prima eſt, quod non omne probabile ſufficit vt opinemur, & operemur. Secunda eſt; illud probabile ſolum ſufficit ad opinandum, & operandum, quod poteſt generare opinionem de re licita. Hoc poſterius omnes concedunt vtriuſque ſectatores. Nos cum noſtris negamus priorem partem, & dicimus, hoc ipſo, quod aliquid eſt probabile, non poteſt non generare in nobis opinionem de re licita, quia obiectum probabile informat intellectum, qui ſimul cum illo neceſſario producit opinionem probabilem, non improbabilem, ac proinde iudicat rem propoſitam licere; aliquid enim eſſe probabile, & eſſe verum & licitum, probatum fuit *cap.7. n.9. & cap.9. num.*31. Sanchez ab eo citatus non facit pro ipſo, cum quo omnes ſentiunt, ex poſitione opinionis, quæ reuera ſit probabilis in gradu poſitiuo, quemlibet poſſe ſine peccato agere; quia aliquid eſſe probabile eſt regula honeſtæ actionis.

20 Deinde, (ſubiungit Candidus) ideo non poteſt quis operari in dubio de peccato, quia oportet habere fidem, quod non ſit peccatum. Minor probata eſt ſæpè, & patet, quia cum vtraque pars contradictionis eſt probabilis ſecundum aliqua motiua, nempè quod talis actio ſit licita, non poteſt vtraque generare iudicium de veritate ſui, nam ſicut vtraque contradictoria non poteſt eſſe vera, ita neque probabiliter iudicari poteſt, quod vera ſit; ergo non omne probabile poteſt generare probabile iudicium de veritate ſui. Probabile igitur, quod poteſt generare opinionem de veritate ſui, nempè quod talis actio ſit licita, non eſt probabile æquè ex vtraque parte, quia quantum vnum probat eſſe licitam actionem, tantum alterum deſtruit, vt patet in duobus æquè mouentibus in contrariam partem; neque eſt minus probabile ex vna, quia hoc in concurrentia alterius validioris non mouet, & ſic non eſt aptum facere fidem, & opinionem; ergo ſolum eſt magis probabile, & ideo vna tantum pars contradictionis verè, & ſimpliciter probabilis vocari poteſt, loquendo de illa probabilitate, quæ apta eſt, generare opinionem quod aduertit Syluester, Ricardus de Mediauilla, &c.

Contra eſt, quia licet nullus poſſit in dubio operari ſine peccato, poteſt tamen licitè operari ſine peccato, non obſtante, quod vtraque pars contradictionis ſit probabilis, & non poſſit ſic generare veritatem rei vt res eſt; poteſt verò generare veritatem apparentem, & probabilem in obiecto vtriuſque partis, conſequenter omne probabile generat iudicium probabile de veritate ſui quoad nos, ſi non quoad rem, quæ vti contingens à nobis attingi non poteſt, ſed ignoratur, ideo pro conditione obiecti ſufficit cognitio opinatiua, quæ ambas contradictorias opinatur veras ſecundum probabilem certitudinem ex diuerſitate motiuorum. 21

Ad generandum opinionem de veritate ſua ex vtraque parte, non eſt neceſſe æqualis probabilitas ex vtraque, quia certum eſt, dari inæqualitatem opinionum, & cum vna alteri aduerſatur, non idcirco altera deſtruitur, ſed remanet cum ſua probabilitate in gradu ſaltem poſitiuo, quod ſufficit, vt res operanda dicatur licita. Exemplum de duobus æquè mouentibus in contrariam partem facit potius pro nobis, quia ſicut neuter ſuperat alterum, nec deterius facit, ita vna opinio non ſuperat, nec deſtruit alteram, nec facit deteriorem. Demum minus probabile in concurrentia magis probabilis tantum mouet intellectum, quantum facit obiectum magis probabile, vnumquodque in gradu ſuo, hoc magis, illud minus, conſequenter ſingula eorum mouent intellectum ad generandum opinionem propriam, vnicuique addendo maiorem, vel minorem probabilitatem; prius enim intelligitur probabiles, quam quod vna ſit intenſa, & altera remiſſa, prius enim eſt eſſe ſimpliciter, quam ſecundum quid, igitur ambo obiecta generant æquè probabilem opinionem ſimpliciter, & ſecundum quid, atque comparatiuè minorem, vel maiorem, iuxta diuerſitatem motiuorum, minus, vel magis vrgentium. Doctores, quos de more citant, 22 23

citant, nihil pro ipſo, ſed contra ipſum ſunt.

Corollarivm III.

Cùm contra rationem, inquit Candidus, quæ ſolui non poteſt, ni-
24 hil valeat auctoritas opinantium, vt rectè Doctores conſentiunt, valde conſiderandum eſt, cur propendere quiſque magis debeat in ſententiam antiquiorum hactenus à nobis explicatam, quam in illam recentiorum, ſiquidem argumentum, quo nitebantur antiqui nondum ſolutum apparet, quantumlibet illud ſoluere conati ſunt multi, ac doctiſſimi viri.

Eſt autem huiuſmodi argumentum ex dictis, quod pariter eſt fundamentum ſententiæ antiquiorum.

25 Ad honeſtè agendum requiritur opinio, ſiue iudicium probabile in eo, qui agit, de honeſtate ſuæ actionis; ſed tale iudicium non poteſt haberi de vtraque contradictoria propoſitione, cum qua affirmatur ex vna parte honeſtas actionis, ex altera negatur, quando vtraque eſt æquè probabilis, & multò minus, quando vna eſt minus probabilis altera; ergo. Minor probatur, quia in hoc ſecundo caſu ſolum poteſt haberi ratio de probabiliore, & in primo de neutra poteſt haberi, ſed tunc remanet conſcientia æquilibris, vt illi loquuntur, præſertim Ioannes Cancellarius apud Gabrielem *diſtinct.* 15. *q.* 8. *art.* 2. *dub.* 2. aut vt Syluester loquitur *V. Dubium*, *& V. Opinio*, tùm ſumus in dubio probabili, prout hoc diſtinguitur à dubio ſcrupuloſo; quod quidem dubium probabile non admittit illud iudicium probabile de honeſtate actionis, quod requiritur ſecundum omnes ad rectè agendum; nam in æqualibus motiuis contrariis pro vtraque contradictoria non poſſunt de vtraque formari duo contrarij probabiles aſſenſus ſe inuicem excludentes, & multò minus in inæqualibus, ſequitur ergo, &c.

26 Contra eſt, licet inter Doctores ſim minimus, imò vix diſcipulus aliorum, nihilominus conabor aliquid dicere in deſtructionem eius argumenti. Maior eſt certa, & communis vtriſque. Minor tanquam falſa à torrente ſapientiſſimorum negatur, & ad eius probationem reſpondetur, pariter eſſe falſam, quod non poſſumus habere iudicium de honeſtate vtriuſque contradictoriæ; nam talia motiua vtique habere poteſt, quæ intellectum determinent ad honeſtatem vtriuſque, dum opinionis obiectum poteſt alio, & alio modo ſe habere, cum ſit contingens, ac proinde ſecundum diuerſitatem mouere intellectum ad honeſtatem opinandam in vtroque, exempli gratia, honeſtum eſt, quod chyrographum æqualiter ematur, quia tantum valet illius ius, quantum valet pretium, quo emitur; honeſtum quoque eſt, & licitum emere illud minori pretio, quia multò plus æſtimatur pecunia præſens, quam abſens in chyrographo, & quia poteſt eſſe expoſitum alicui periculo, & labori in recuperatione eius, licet inſtrumentum ſit verum, & reale, quotidie negotiatores huius veritatem experiuntur. Ecce duo contradictoria ambo vera in ſua probabilitate reſpectu diuerſorum motiuorum.
Contradictoriæ propoſitiones atten- 27
duntur à multis ſub hac expreſſione licitum eſt agere, non eſt licitum agere, tamen comparatæ cum materia rei, habent potius rationem oppoſitionis alterius, & diuerſitatis, nemo enim dicet, has eſſe contradictorias propriè, & verè: Chyrographum emi poteſt æqualiter: Chyrographum emi poteſt minori pretio, in his enim conceptibus adeſt ſemper pretium, quod vt quid poſitiuum reſpuit omnino contradictionem, quæ ſemper eſt inter ens, & non ens, tam in terminis, quam in propoſitionibus; illud enim *non ens* formaliter accipitur pro negatione formali entis: pretium autem ſiue æquale, ſiue inæquale non eſt non ens, ſed ens reuera poſitiuum. Poteſt ergo quilibet intellectus moueri ad affirmandum in vtraque contradictoria honeſtas, & licitas actionis; non verò neceſſitatur ad negandum alterum, quia hoc proprium in obiectis ſcientiarum non autem in opinionibus, quæ in contradictoriis inueſtigant veritatem quod ad nos, ſeu probabilem, ac proinde opinans vtramque

Digitized by Google

vtramque licitam arguere poteſt.

28 Duas partes habet eius minor, primam, quod non poſſit haberi iudicium de duabus contradictoriis, quando vna earum eſt minus probabilis. Secundam, ſimiliter ex æqualibus. Primam impugnauimus *locis citatis hic ſub num.*26. Secundam verò diluimus *cap. 9. num.* 31. 33. 57. 59. *&* 63. & docuimus hic *ſub n.*11. eſſe S.Thomæ.

29 Doctor noſter volens oſtendere inexpugnabilitatem ſui fundamenti, quod intellectus noſter non poteſt opinari contradictoria ſiue æqualia, ſiue inæqualia, præbendo duos aſſenſus probabiles, & contrarios, conuertit ſe contra Vaſquez 1.2. *q.*19. *artic.* 6. aſſerens impugnaſſe eius aſſertum, qui dicebat, poſſe haberi duos contrarios aſſenſus eiuſdem propoſitionis moralis, vnum intrinſecum, & alterum extrinſecum. Non vidi ex profeſſo hanc impugnationem. Verùm quidem eſt; quod Caſtropalao *diſputatione ſecunda*, *p.* 2. *num.*4. & Sanchez *lib.*1. *cap.*9. *num.*12. *&* 15. impugnarunt Vaſquez, inquit ille, qui inuehitur in eundem Sanchez his verbis: Neque pariter validum eſſe probatur ad euertendum prædictum fundamentum, quod ipſe Sanchez aſſeruit, poſſe illos duos aſſenſus probabiles eſſe ſimul, ſiue ab extrinſecis vnus, & ab intrinſecis alter, ſiue ambo ab intrinſecis pariter motiuis prouenirent; quia intellectus, vt ipſe dicit, non affirmat vtramque partem contrariam eſſe veram, ſed tantum vtramque eſſe probabilem, quod verè affirmare, & ſine contradictione poteſt.

30 Non videtur, inquam validum, vt ego ſupra fusè argui, & deinde reperi etiam in Caſtropalao contra ipſum etiam argumentari, eo quod neque ab intrinſecis, neque ab extrinſecis motiuis procedere poſſunt in eodem intellectu duo aſſenſus probabiles contrarij propter eam rationem, quam attulerat *num.*1. quia intellectus non habet libertatem propoſita veritate obiecti, niſi vt aſſentiatur parti, quam veram exiſtimat, qualis eſt vna tantum pars, & hæc ſola probabilior. Æquiuocat autem Sanchez, vt notat idem Caſtropalaus, dum facit tranſitum à probabili obiecto ad probabile iudicium; nam ſtat quidem de obiecto contrario, ſeu in contrarium mouente, formari poſſe iudicium, quod tale obiectum ſit ex vtraque parte probabile, ſed hoc eſt iudicium euidens de probabilitate honeſtatis, quod eſt inſufficiens ad honeſtè agendum, & non eſt illud iudicium probabile de veritate honeſtatis, ſeu de honeſtate ipſa actionis, quod tanquam neceſſarium ad honeſtè agendum requiritur ab omnibus, quodque cum haberi non poſſit, niſi de vna contradictionis, manifeſtum eſt, nondum inueniſſe Sanchez, quomodo vtramque poſſit quis opinari, & in praxi ſequi.

31 Contra primum eſt, quia intellectus iuxta propoſitionem obiectorum ipſum mouentium operari poteſt, opinando modo vnum, modo alterum, quia cum obiectum opinionis ſit contingens, & aliter ſe habeat, non vno tantum modo determinare poteſt intellectum ad opinandum, ſed pluribus modis, & diuerſis iuxta conditionem motiuorum ſe repræſentantium intellectui; cum enim quodlibet eorum ſit ens, poteſt intellectum opinatiuum mouere ad ſui cognitionem, itaque homo opinans libertatem habet opinandi modo affirmatiuè, modo negatiuè circa eandem rem.

32 Contra ſecundum, de ſuppoſita æquiuocatione à probabili obiecto ad probabile iudicium; nam Sanchez *eo num.*12. dum aſſerit, in eodem intellectu eſſe poſſe duas opiniones ex diametro ſibi contradicentes, probat hac ratione: *Nec id eſt duabus contradictoriis aſſentiri, cum intellectus non affirmat vtramque partem eſſe certam, ſed vtramque eſſe probabilem, id eſt, neutram eſſe ita certam, quin vtraque probabiliter ſuſtineri valeat.* Nulla hic apparet æquiuocatio, nec tranſitus à probabili obiecto ad probabile iudicium; nam dum dicit, ſe non affirmare vtramque partem eſſe certam, hunc conceptum refert ad obiectum in ratione rei, de quo non affirmat, nec negat, cum illud ratione ſui ignoret, ſed ait vtramque eſſe probabilem reſpectu noſtri, attentis motiuis

Digitized by Google

determinantibus intellectum ad opinandum vtramque partem contra-
33 dictionis. Probaui autem *cap.7. n.19.* idem eſſe iudicium de probabilitate honeſtatis actionis, & iudicium probabile de veritate honeſtatis; nam aſſerere quod probabile eſt, hanc actionem eſſe honeſtam, non poteſt fieri ſine iudicio intellectus opinantis; nam iudicium de probabilitate quaſi in actu ſignato determinat veritatem honeſtatis actionis exequendæ in praxi. Itaque meus intellectus ſpeculatur vtramque contradictoriam, & licere, & non licere chyrographum minori emere; dum autem ſe repræſentat occaſio emendi in praxi, iudico licere minori pretio emere chyrographum, præſcindendo ab alia contradictoria, quod non liceat, retenta opinione negatiua in mente, & non pecco per hoc, quia peccatum tribuitur voluntati, non intellectui, qui non dicitur peccare, cum neceſſario operetur, non voluntas, cuius eſt agere, & non agere, ac proinde ipſa peccat, dum vult, quod non licet.

34 Inuehitur Candidus contra Caſtropalaum aſſerentem, ad hoc vt intellectus præſtare poſſit aſſenſum parti minus probabili, ſuſpendere debere aſſenſum primum de opinione probabiliore. Ait enim non poſſe ferre iudicium niſi de probabiliore ex motiuis fortioribus, non obſtante ea ſuſpenſione. Quod ſi illi opponatur imperium voluntatis non debere intellectum attendere ad motiua fortiora. Reſpondet.

35 Primò, quia poteſt quidem voluntas imperare, vt non attendat intellectus actualiter, ſed non vt ſaltem habitualiter illa non recordetur, quod ſufficiet, vt contrarium aſſenſum elicere non poſſit.

36 Contra, quia nulla eſt differentia inter intellectum in actu, & in recordatione; ſi enim actu intelligit, non poteſt non recordari, quia recordatio eſt actualis intelligentia. Ea reſponſio non facit ad rem, nec tollit obiectionem de imperio voluntatis, quæ poteſt præcipere intellectui vt retenta opinione probabiliore in actu ſignato, & ſpeculatiuo, applicet motiua opinionis minus probabilis, ſecundum eam formando conſcientiam probabilem in praxi, ſecundum quam operandum eſt.

Secundò, impugnat obiectionem; 37
ſequitur enim, qui ſic vult iudicare, in iudicio, quod format de honeſtate actionis, non vult iudicare rectum, ſeu quod ſibi videtur verum, ſed non curat, ſiue iudicet verum, ſiue falſum; non enim vult attendere motiua, & ſigna veritatis, quibus ad aſſenſum contrarium induceretur, & ſic incurrit errorem affectatum, ſeu ignorantiam craſſam habet, quomodo non excuſatur à peccato.

Contra eſt, quia gratis perſuadet 38
quod non probat, cum luce clarius ſit, nos ex contrariis opinionibus ſequi poſſe, quam maluimus. Multa alia dicit repetendo ſæpius, quod vſque modo, nullus eius fundamentum euertiſſe, neque antiquiorum argumenta ſoluiſſe, ſed gratis aſſerit, vnde & gratis dimittitur, quia omnia eius fundamenta leuia, & argumenta nihil vrgentia ſoluta, & exterminata fuerunt à tot viris doctiſſimis Antiquis, & Modernis.

CAPVT XIII.

Motiua ſexdecim pro Opinione probabili impugnata à D. Merenda propugnantur.

ERuditiſſimus vir timoratæ 1
conſcientiæ Antonius Merenda Iuriſconſultus Foroliuienſis, publicus Legum Interpres Ticini, mox Bononiæ, paucis abhinc annis in Domino defunctus in ſenectute bona, edidit librum inſcriptum *Diſputationes de Conſilio.* Typis Duccianis Bononiæ 1655. in quo inuehitur contra tenentes opinionem probabilem relicta probabiliore, multa congerens, quæ deuiant ab inſtituto, maximè Sanctorum Patrum, quæ nec indirectè opponuntur opinioni probabili. Referemus autem motiua pro ſequentibus opinionem probabilem, & eius reſponſa non ad verbum, ſed ad ſententiam, quæ diluemus, vt infrà patebit.

Primum motiuum eſt tale: Ope- 2
ratio,

Digitized by Google

ratio adhærens regulæ dignæ approbationis, eſt laudabilis: talis eſt operatio adhærens regulæ probabili; ergo operatio adhærens regulæ probabili eſt laudabilis.

3 Reſpondet Merenda, quod opinio probabilis dicitur in ordine ad ſpeculationem, quia ſic ſpeculans non dicitur temerarius, non verò eſt probabilis in ordine ad praxim, & ad iuſtificandam operationem; & hanc diſtinctionem ait non eſſe nouam; nam Iuriſperiti in ſcholis dicunt opinionem probabilem retineri poſſe, non autem ſequi in iudicando, & conſulendo. Ex ſpeculatione ergo non poſſumus inferre eſſe licitum ſecundum eam operari, quia ſecundum Diuum Paulum, omnia quidem poſſum, ſed non omnia expediunt; & hanc diſtinctionem confirmat ex doctrina Hurtadi *Cler. Minor. tom. 1. tract. 3. cap.* 4. vbi ait, quod ſpeculatiuè probabile, non ſemper eſt tale practicè, ſed ſolum quando ambo concordant.

4 Contra eſt, quia hæc diſtinctio nullius eſt momenti reſpectu opinionis in moralibus, in quibus intellectus ſpeculatiuus dirigit, & regulat practicum ad opus, circa enim idem obiectum ambo verſantur, vnde benè dixit Ariſtoteles quod intellectus extenſione fit practicus, dum ſubminiſtrat regulas de rectitudine, honeſtate, & liciate rei agendæ, intellectus igitur practicus conformatur ſpeculatiuo, in præſcribendo, & dictando voluntati tale opus licere. Exempli gratia, intellectus ſpeculando opinatur probabiliter licere chyrographum minori emere, quia valet plus pecunia præſens, quam abſens chyrographi, & vt plurimum experiuntur creditores difficultatem in recuperatione ſui crediti; hæ ſunt rationes conſtituentes opinionem probabilem prouenientes ab opinante ſpeculatiuè, intellectus verò practicus infert; ergo poſſum emere hoc chyrographum minori pretio, ex prædictis rationibus ſpeculatiuis; intellectus ergo practicus ſequitur ſpeculatiuum, & ab eo denominatur eius operatio licita, & honeſta, cum ſic iudicetur ab illis rationibus, quæ cuilibet chyrographo aptari poſſunt. Quod ſi aliquando videatur ineſſe obiecto particulari aliqua ſpecialis ratio, quæ videtur dependere ſolum à iudicio practico, & non à ſpeculatiuo, ac proinde intellectum ſpeculatiuum iudicare aliquid licitum, quod practicus iudicat illicitum; res ita ſe non habet, quia non ſe tenet ex parte iudicij tantum practici, ſed etiam ex parte iudicij ſpeculatiui, à quo deſcendit in practicum; non enim ex practico oritur ea circumſtantia, ſeu ſpecialitas, ſed ex ſubiecto, pro quo quæritur an licitè operari poſſit, formatur ergo in moralibus iudicium in communi ſpeculatiuum attentis omnibus circumſtantiis ſubiecti, & non tantum obiecti, & deinde illud practicatur erga talem perſonam iudicando illam poſſe rectè agere, quia habet omnia requiſita ad honeſtè operandum; nam moralia occupantur circa ſingularia. Neceſſe ergo eſt, vt vnum iudicium cohæreat alteri, practicum ſpeculatiuo, eo quod illud eſt effectus vniuocus huius, & obiectum ex praxi; ſpeculatiuum enim formatur in gratiam illius, cuius eſt cauſa applicans illud ad opus rectum. Vide *c.2.q.3.* de hac re multa dixi.

Contra ſecundò, quia iudicium 5
ſpeculatiuum eſt ſynderesis continens præcepta de bonitate actuum moralium, ſecundum quæ intellectus practicus debet iudicare; ergo vtrumque ſpectat ad moralia, aliter fruſtratoria eſſet ſpeculatio, ſi non vtiliter referretur ad praxim intellectus practici.

Patet ergo ex his opinionem non 6
ſolum reſpectu intellectus ſpeculatiui, eſſe probabilem, ſed etiam reſpectu intellectus practici, dum operatur iuxta illius principia. Exempli gratia, intellectus opinatiuus in communi iudicat, omnem infirmum non teneri ieiunare, nec ire ad Eccleſiam pro audienda Miſſa; practicus ab eo, edoctus idem iudicat de Petro ita ægrotante; ergo opinio ſpeculantis transfundit ſuam probabilitatem in practicum iudicium. Et ita dicendum eſt, quia ſcientia moralis, quæ eſt opinio habet ſuum fundamentum in aſſenſu, & iudicio extra praxim, & iudi-

Digitized by Google

cium practicum, quia auctores doctrinam communem tradunt cum omnibus ſuis circumſtantiis, præſcindendo ab hoc vel illo ſubiecto in particulari, reſpectu cuius attenditur iudicium practicum, quo hoc & nunc homo operatur ſecundum illas communes doctrinas attentis omnibus circumſtantiis ſubiectorum.

7 Contra tertiò, quia falſum eſt, opinionem in ſpeculatiua probabilem, non eſſe talem in praxi; nam praxis eſt obiectum ſpeculatiuæ; ergo illud denominatur probabile ab hac; nulla enim alia ratione opinio ſpeculatiua refertur ad praxim, niſi vt illi communicet ſuam probabilitatem; eſſet enim früſtratoria talis probabilitas, ſi nihil conferret obiecto ad quod ordinatur; ad quid enim Auctores libros implent tot doctrinis de iudiciis ſpeculatiuis opinionum, ſi non prodeſſent in praxi? Quòd ſi dicas, prodeſſe, quando opinio eſt probabilior, non autem probabilis, quia extra ſe non

8 exit. Reſpondeo, non eſſe maiorem rationem, cur forma probabilitatis operetur in iudicio practico reſpectu probabilioris, & non etiam probabilis, quia effectus probabilitatis ex æquo tribuendus eſt vtrique opinioni, cum eandem formam ambæ participent, neque enim ille effectus in ratione poſitiui tribui poteſt intentioni, quin tribuatur etiam remiſſioni, cum ratio poſitiua probabilitatis inſit prius, & ſimpliciter, quam ſecundum eſſe magis, & minus conſequentia formam poſitiuam, quæ ex ſe operatur, & non comparatiuè, niſi ſubſequantur, cum comparatiuum ſemper ſupponat poſitiuum.

9 Contra quartò, dicit Merenda, quod opiniones probabiles in ſcholis in ordine ad ſpeculationem admittuntur, ne ſic ſpeculantes dicantur temerarij. Ergo tenens opinionem probabilem, non temerè, ſed rationabiliter ſpeculatur; ergo prudenter intelligit; conſequenter ad praxim reducere poteſt ſuam opinionem ſine peccato, quia ſicut prudenter ſpeculatur per eam, ita & operari poteſt prudenter per eam, idem enim vt idem remanens immutatum operatur idem, maximè in eodem homine, in quo vterque intellectus reuera eſt idem numero; ergo videtur impoſſibile, quod operando ſpeculatiuè dicatur agere probabiliter, & prudenter, & non idem faciat; operando practicè, cum ferè ſimul & ſemel ſpeculando operari poſſit ſpeculatum. Ex ſpeculatione igitur probabilitatis infertur eſſe licitam actionem taliter putatam ab intellectu ordinante illam ad praxim.

Dices cum Hurtado citato à Merenda *num.* 171. Sicut veritas ſpeculatiua, & veritas practica habent diuerſa principia, ex quibus concluſiones diuerſæ deducuntur, ita probabilitas ſpeculatiua, & practica ex diuerſis motiuis deducuntur; ſiquidem veritas ſpeculatiua ſemper perſeuerat, practica verò pro diuerſis temporibus, & circumſtantiis mutatur; & probabilitas ſpeculatiua poteſt etiam perſeuerare; quouſque vel per reuelationem; aut euidentiam contrarium cognoſcatur; at probabilitas practica poteſt auferri ex prohibitione accedente, aut præcepto ſuperioris. Quod probat, quia quis poteſt habere dubium ſpeculatiuum, & illo perſeuerante non habere dubium practicum; & è contra, habere dubium practicum ſaltem ex errore procedere in ordine ad operandum hic, & nunc, quamuis nullum habeat proprium dubium ſpeculatiuum; ergo poteſt quis ſpeculatiuè iudicare aliquid eſſe probabile, quamuis in ordine ad praxim illud non poſſit exequi tutò, & abſque peccato. Legatur Sanchez *lib.*7. *diſput.*7.*n.*12. 10

Reſpondeo non currere paritatem, quia veritas ſpeculatiua, & practica in ſcientiis non ordinantur ad inuicem, ſicut probabilitas ſpeculatiua, & practica; ideo eorum diuerſa non ſe coadiuuant inuicem, ſicut probabilitas ſpeculatiua infert practicam propter ſubordinationem huius ad illam, & id oſtenditur ſequenti argumento. Nullus ſenex ſexagenarius tenetur ieiunare, etiam ſi ſit robuſtus, ex opinione 18. Doctorum, quos pro ſe citat Paſqualigus *de ieiun. deciſ.*256. *num.*6. contra alios viginti ſex aſſerentes ſexagenarium robuſtum 11

robuſtum teneri ieiunare, nulli dubium eſt hanc poſteriorem eſſe tutiorem; quia eam ſequens nullum incurrit periculum peccati nec formalis, nec materialis, & forſan eſt etiam probabilior; quia ſi robuſtus, ergo ieiunando non debilitatur ex ſua bona complexione. Hoc eſt principium ſpeculatiuum ſuam habens probabilitatem, quam refundit in iudicio practico hoc; ergo ego qui ſum ſexagenarius licet robuſtus Dei gratia non teneor ieiunare, ſequendo minus tutam, & forſan minus probabilem, & experior me ieiunando nihil pati; ergo nihilominus poſſum ſequi hanc opinionem minus probabilem, quod eſt iudicium probabile practicum illatum ex illo ſpeculatiuo iudicio. Confirmatur ſicut ex præmiſſis ſcientificis infertur concluſio ſcientifica, ita ex principiis probabilibus infertur concluſio probabilis, ſiue ſumatur principium magis probabile, ſiue minus probabile; quia vtrumque eſt principium in argumento, & applicatur minori, quæ eſt hæc: ſed ego ſum ſexagenarius, & robuſtus, cum qua infertur ſeminatum in præmiſſis; nempè, me non teneri ieiunare. Nec dicas, maiorem non eſſe principium ſpeculatiuum, ſed practicum; nam reſpondeo eſſe verè ſpeculatiuum, quia continet doctrinam in communi applicabilem ſingulis in praxi, cum occaſio ſe offert; ſpeculatiuum ergo regulat practicum, vt vides in præcedentibus. Quicquid ergo in ſpeculatiua iudicatur probabile, & tutum, tale quoque eſt in praxi, Sanchez *diſput.*44. *in ſelect.n.*63.

12 Quòd ait, auferri poſſe probabilitatem practicam per prohibitionem, vel præceptum ſuperioris, remanente ſpeculatiua, id verum non eſt; nam quando legiſlator prohibet aliquid ne fiat, quod probabiliter antea exercebatur, exempli gratia, abſolutio abſentis, declarat quoque illud ſpeculatiuè acceptum non amplius eſſe probabile, ſed vtrumque eſſe factum improbabile, vt benè in terminis iſtis docet Caramuel, quem citauit *cap.* 5. *num.* 37. Superior verò præcipiendo ſubdito, vt obediat ſibi iuxta propriam opinionem etiam minus probabilem; tunc iudicia tam ſpeculatiuum, quam practicum non diſcordant, quia eo caſu ſubditus operatur ſecundum conſcientiam ſuperioris; ſuſpendendo propriam pro eo tempore, & ſic iudicium practicum propriè opinionis, nec concordat, nec diſcordat à ſpeculatiuo, cum non ſit in rerum natura, & ſi exiret in actum concors illi eſſet.

Auctoritas Diui Pauli 1. Corinth. 10. 23. *Omnia quidem poſſum, ſed non omnia expediunt*; non eſt conſona verbis Apoſtoli dicentis: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Commutauit *licet* in *poſſum* ne alicui daret occaſionem eam ſententiam applicandi potius opinioni minus probabili, ſecundum quam licet operari; nam forſan opinabatur, an ſibi probabile eſſet orare, an verò probabilius prædicare, vnde vtramque ſecutus opinionem, dixit omnia ſibi licere, id eſt, orare, non tamen expedire, quia melius erat prædicare, anteponendo bonum publicum ſalutis animarum proprio de orando. 13

Secundum motiuum: Vbi exiſtit veritas practica, ibi eſt bona, & prudens operatio; ſed exiſtit hic veritas practica; ergo operatio fundata ſuper probabilitate eſt recta. 14

Reſpondet, negando minorem, quia continet petitionem principij, quia feruente diſputatione ſuper rectitudine vſus probabilitatum, ipſis adſcribi non poteſt veritatis practicæ attributum. Idem accidit dicenti operationem probabilem eſſe conuenientem appetitui recto, honeſtam, rationabilem, ac prudentem. 15

Contra eſt, quia dicere, quod in opinione minus probabili veritas practica eſt bona, & prudens operatio, non eſt petere principium; nam tunc quis petit principium, cum idem per idem probat, mutatis terminis idem tamen ſignificantibus, vt: *Oculi læduntur, ergo nix lædit oculos; gladius percutit, ergo enſis percutit.* Aſſumitur enim in antecedente pro concluſionis probatione idem quod infertur in concluſione, vt patet in exemplis allatis, petere ergo 16

principium eſt aſſumere ipſam concluſionem probandam pro principio. Argumentum autem ſupradictum non eſt huius fallaciæ, ſed verum & reale, in quo principium conſiſtens in præmiſſis claris infert concluſionem, quod eſt aliud à principio probante; nam ex hoc principio, quod vbi eſt veritas practica ibi eſt recta operatio; ſed in opinione probabili eſt veritas practica; ergo in ea eſt recta operatio; deducitur ergo recta operatio ex veritate practica exiſtente in opinione probabili; opinio enim ideo vocatur probabilis, quia informatur ſua veritate morali, quod eſt talis, qualis apprehenditur; cum ergo in argumento nulla ſit nugatio terminorum ſinonimorum, nulla apparet petitio principij.

17 Præterea ſi in hoc argumento eſt petitio principij, idem erit in hoc eodem argumento, quod pro ſe formo. Vbi eſt veritas practica, ibi eſt bona, & prudens operatione; ſed in opinione probabiliore eſt veritas practica; ergo & bona, ac prudens operatio. Præmiſſæ ſunt idem in gradu poſitiuo tam in noſtro, quam in eorum argumento, & ſolum differunt in ratione comparatiua, quæ eſt extra rationem principij, & mediis termini; ergo ſi in argumento aduerſariorum non eſt petitio principij neque in noſtro.

18 Tertium motiuum accipitur ab vſu qui inualuit triginta abhinc annis concedendi abſolutionem Sacramentalem volentibus perſeuerare in operationibus fundatis ſuper probabilitatibus. Hoc tertium motiuum nō eſt argumentum pro fautoribus opinionis probabilis;ſed potius eſt Merendæ factum ab eo neſcio quo ingenio contra aduerſarios, non pro ipſis, quaſi reprehendendo confeſſarios,qui abſoluunt huius ſectatores volentes perſeuerare in operationibus fundatis ſuper probabilitatibus, qui vſus, & conſuetudo inualuit triginta abhinc annis, ponamus ab anno 1630. quia opus editum fuit in lucem anno 1655. Bononiæ. Sed referamus eius reſponſum ad verbum, vt illud poſſimus adæquatè refellere.

19 Verùm, inquit, hoc redarguit Gregorius IX. *cap. fin. de conſuetud.* dum docet, conſuetudinem nullo modo poſſe diminuere ius diuinum, nec naturale. Cùm verò conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ per quindecim ferè ſæcula habendi pro peccatoribus eos, qui ſecundum hanc probabilitatem operabantur, non potuerit refrænare nouatores rerum moralium ab euulgandis, & recipiendis in praxi doctrinis ei aduerſantibus, quomodo vſus vix perueniens ad 30. annos, poterat efficere, vt liceat operari ſecundum doctrinam, quam aduerſari iuri diuino, & naturali oſtendunt motiua adeo efficacia, vt reſponſiones eis allatæ commodiſſime confutentur? *Hac ille*: Quid velit inſinuare neſcio, conabor tamen reſpondere.

Contra eſt, quid inde, quod abhinc triginta annis abſoluantur operantes ſecundum opinionem probabilem? Nunquid ante illud tempus erat vſus probabilitatum? Tu debes negare: Et ego oſtendo tibi illum vſum eſſe antiquiſſimum non ſolum tempore duorum famoſiſſimorum Theologorum S.Thomæ, & Scoti; qui de vtriſque opinionibus probabilibus, & magis probabilibus agunt *locis citatis in quodlib.* 1. *art.* 13. quem locum retuli *cap.* 12. *num.* 11. *& quodlib.* 8. *art.* 13. quem extendi *cap.* 6. *numero* 14. Item alium locum citatum *cap.* 11. *num.* 13. Sed etiam ante, imò videtur deduci poſſe ex Apoſtolo loco citato 1.Corinth.cap.10.à num.22. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius; omne quod in macello venit, manducate nihil interrogantes propter conſcientiam. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire, omne, quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam: Si quis autem dixerit: Hoc immolatum eſt idolis. Nolite manducare propter illum, qui manducauit, & propter conſcientiam. Conſcientiam autem dico, non tuam, ſed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo, quod gratias ago. Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facitis.* Ex his

Digitized by Google

his colligo etiam tempore Apoſtolorum in vſum fuiſſe vtramque opinionem magis, & minus probabilem. In quæſtione erat, vtrùm manducaturus fidelis cum infideli deberet interrogare hunc ſuper cibis manducandis, an eſſent de immolatis; quidam negabant interrogationem eſſe faciendam, alij affirmabant; prior opinio negatiua eſt minus probabilis, quam poſterior affirmatiua probabilior; negatiua ſuam accipit probabilitatem ex eo, quod in menſa ſolent apponi cibi ordinarij, & communes, nec præſumitur amicus inuitans velle decipere inuitatum; affirmatiua verò probabilitatem habet maiorem ex eo, quod melius eſt interrogare infidelem ad euitandum periculum peccati transgreſſionis legis latæ in Concilio Apoſtolico de non comedendis immolatis. Negatiua opinio minus probabilis docetur ab Apoſtolo loco citato illis verbis: *Manducate nihil interrogantes propter conſcientiam*, ſcilicet opinantem, propter adductas rationes, quæ vos tutos faciunt: Et id confirmatur ex illis verbis: *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia?* Si ſequor opinionem probabilem relicta probabiliore, vt quid iudicatur mea libertas, ſi non ſequor probabiliorem, à nemine debet iudicari, quia benè operor, dum omnia in gloriam Dei facio.

21 Concludamus ergo contra D. Merendam eſſe antiquiſſimum vſum probabilitatum, & non recentem; neque abhinc triginta annis, & poſt contagionem nobis notam, nam Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 14. refert plures auctores, qui ſcripſerunt ante præſentem centuriam approbantes vſum opinionis minus probabilis tanquam probabiliorem contra oppoſitam aſſerentem eſſe ſequendam probabiliorem.

22 In ſua reſponſione Merenda dicit, ſequentes vſum probabilitatum redargui à Gregorio IX. *in cap. fin.* tanquam eorum praua conſuetudine derogantes iuri diuino, & naturali. Errat in hoc, quia aliud eſt opinio, aliud conſuetudo; nam vſus opinionis licitus eſt, & rationabilis, cum fundetur in ratione perſuadente bonam, & rectam operationem, aliter non eſſet probabilis, conſequenter eius vſus inchoatur ſine peccato; conſuetudo verò contra legem, cui intendit derogare, loquendo de humana, ſemper incipit cum peccato, quia voluntas non ignorans ſe malè agere ita vult operari, vt tempore ſuo, ſibi libertatem acquirat deſtructione legis; homo igitur cum peccato incipit operari per conſuetudinem, & poſita temporis præſcriptione, proſequitur opus ſine peccato, quia amplius lex non eſt, quam cum peccato tranſgrediatur. Ita omnes, qui tractant de conſuetudine introducenda contra legem.

Modo in opinione res ita non ſe habet; nam vſus opinionis probabilis incipit ſine peccato, vt dixi, cum ſit fundatus in recta ratione benè operandi; nec poſtulat temporis præſcriptionem, ſed eius licitus vſus poteſt eſſe ei coæuus, independens à tempore, à quo non menſuratur in ſua honeſtate, ſed à conformitate, quam habet cum recta ratione; neque demum vſus opinionis minus probabilis eſt contra legem aliquam neque naturalem, cum fundetur in libertate humana, vt dixi cum Sancto Paulo; neque diuinam poſitiuam, aut humanam, cum nullibi reperiatur, licet contrarium dicat Merenda, ſed irrationabiliter, quia adducendæ ab eo auctoritates, nec arguitiuè id perſuadent, ne dum expreſsè, ſed omnino alienæ ſunt ab eius intentione quare fruſtra & inutiliter reſpondet, opinantes redargui à Gregorio IX. qui nihil in eo capite agit contra vſum opinionis probabilis. 23

Quartum motiuum conſiſtit in poſſeſſionis iure, quaſi quod non ſint priuandi ſubditi iure, quod eis tribuit poſſeſſio acquiſita per operationes adeo multiplicatas iuxta hunc vſum probabilitatum, donec diſputabitur ſuper eius rectitudine. Hoc non eſt argumentum probans licitum vſum probabilitatum, ſed tantum manutentionem oſtendens ex antiqua poſſeſſione vſus illius. 24

Reſpondet D. Merenda multa: *Primò*, in conſuetudine exiſtere hanc poſſeſſionem *l. De quibus ff. de legibus*, & tamen nullibi legitur allegatio huius poſſeſſionis apud Theologos, & Iuriſperi-

rıſperitos indiſtinctè docentes cum doctrina *cap. fin. de conſuet.* vſum populi contra ius diuinum, & naturale nihil poſſe. *Secundò*, poſſeſſio non poteſt ei applicari, quia ius poſſeſſionis ſpectat ad ea, quæ non habemus, verum quidem habere poſſumus; facultatem autem operandi contra ius diuinum, aut naturale habere non poſſumus. *Tertiò*, quoad ius poſitiuum Pontificium dicit illud habere decretum irritans, quod ſecundum ſententiam curiæ Romanæ, & principia iuris adimunt facultatem allegandi non vſum, vel contrarium vſum. Et tamen Scriptores vſuum verſantes circa non vſum vel contrarium vſum conſtitutionum allegant doctrinas circa talem non vſum, vel contrarium vſum legum carentium huiuſmodi decreto, de eo nulla facta mentione affirmant, conſtitutionem habentem hoc decretum irritans per non vſum, vel contrarium vſum fuiſſe ſublatam, quod opinantium eſt licentia pernicioſiſſima. *Quartò*, ſubditi agentes contra legem vſu receptam prætendentes per hoc eſſe in poſſeſſione faciendi contra legem, potius dicuntur perſeuerare in ſua inobedientia. *Quintò*, lex verò vſu non recepta propter difficultates in cauſa efficiente, vel in materiali, non obligat, aliter ſic, &c. *Hæc potiſſima ſunt conſideratione, cætera librum augent, & prædicta omnia ſupponunt vſum probabilitatis derogare iuri diuino, & naturali, quod omnino falſum eſt.*

26 Contra primum eſt, ego vtor mea opinione probabili relicta probabiliore non quia ſum in poſſeſſione huius vſus, ſed quia ratio mihi dictat, me per eam poſſe benè operari, adeo quod primo incipio eius vſum licitè, antequam habeam eius poſſeſſionem; ergo poſſeſſio præcisè non dat mihi ius perſeuerandi in ea, ſed recta ratio, qua perſuadeor probabiliter me benè operari, & nullam legem violare. Lex ab eo citata, dicit, quod conſuetudine tolli poteſt lex ſcilicet humana non diuina *ex cap. fin. de conſuetud.* Ad quid hæ duæ leges ab eo allegatæ, cum non ſit ſermo de conſuetudine, ſed de vſu probabilitatis, quæ nihil habet facere cum conſuetudine; nulli enim legi derogatur opinio, vt facit conſuetudo.

Contra ſecundum eſt; falſum enim eſt, nos non poſſe acquirere poſſeſſionem, (dicas tu quaſi poſſeſſionem, quia incorporalia, & ſpiritualia non poſſidentur pedum poſitione, cum non ſint tangibilia, ſed quaſi, & per analogiam,) in opinionibus, hoc enim ipſo, quod vſus ſum aliqua opinione etiam ſemel, dicor eſſe in eius poſſeſſione; poſſeſſio enim vnico actu acquiritur ſufficiente ad manutentionem, Rota *deciſ.* 1. *num* 4. apud Tamburin. *tom.* 3. à qua remoueri non poſſum niſi per decretum Pontificium. Error autem Merendæ in eo conſiſtit, quod vſus probabilitatum ſit incapax poſſeſſionis, quia falſo putat, opinionis minus probabilis vſum derogare legi diuinæ, & naturali, nihil enim vſus opinionis habet facere contra legem Dei, cum contra nullam legem ſit, ſed eſt conformis omni legi, dum dictat operationem licitè fieri poſſe. 27

Contra tertium eſt, quia extra lineam opinionis vagatur, verum quidem eſt, quod nulla conſuetudo poteſt infringere legem humanam munitam decreto irritante; nam hoc inficit omnem contrariam conſuetudinem non ſolum inductam, & præſcriptam, ſed etiam futuram, Rota *deciſ. final. parte ſecunda tomi primi, Nouiſſim. Pauli Rubei*, facit perſonam incapacem, quam non poteſt tollere conſuetudo, Rota *tomo* 3. *parte quarta*, apud eundem Rubeum *deciſ.* 574. *num.* 28. inficit titulum, & poſſeſſionem, & operatur nullitatem vſque ab initio, ex allegatis à Rota *tom.* 2. *parte quarta, apud eundem deciſione* 312. *num.* 39. *&* 40. Poteſt verò deſtruere legem carentem illo, *ex citata leg. De quibus*, 32. *Digeſt. de leg.* Dicit, quod Caſuiſtæ in ſuis libris non citant has doctrinas pro vſu probabilitatum. Ad quid hæc negatiua, cum citatio earum non ſpectet ad præſentem articulum de vſu probabilitatum, ſed ad materiam conſuetudinis. 28

Contra quartum, quod dicantur inobedientes perſeuerantes, in vſu conſuetudinis inductæ contra legem receptam, 29

ceptam, id omnino falſum eſt, etiam in eius ſententia, cum legi humanæ receptæ aduerſari poſſit conſuetudo legitimè præſcripta, *ex leg. 32. ff. de leg.* ab ipſo citata, quando lex caret decreto irritante, vbi ergo eſt hæc inobedientia? conſuetudo ergo legitimè præſcripta contra legem humanam ponit ſubditum in poſſeſſione ſuæ libertatis, & exemptionis, ne amplius teneatur ſeruare legem, nec ipſe Merenda id negat, ſed quoniam omnes eius reſponſiones eo tendunt, quod putat vſum probabilitatis obſtare iuri diuino, ideo ex hoc abſurdo non niſi aliud inferre poteſt.

30 Contra quartum eſt, quia licet verum ſit, quod ibi dicit, nempe legem non receptam ex cauſa, non obligare, tamen id non facit ad rem, cum clarè conſtet opinionem aliud eſſe à lege, & à conſuetudine.

31 Quintum motiuum eſt, coniici genus humanum in anguſtias maximas, ſi reprobetur vſus probabilitatum.

32 Reſpondet Merenda, id verum eſſe, ſi dicatur probabiliorem vt ſic eſſe eligendam, quia multis modis accidit, difficile eſſe ſcire, quæ ſit probabilior. Si verò dicatur non eſſe eligendam probabilem, donec grauem videtur pati difficultatem, nulla oritur anxietas. *Secundò*, ait, ſe non dicere, probabiliorem, vel tutiorem vt ſic eſſe præferendam, quia poteſt contingere eas eſſe falſas, ſed dicit, teneri operantem ſuſpendere operationem ceſſante neceſſitate, formando interim iudicium certum morale de rectitudine operis, quod contingit, quando videt pro ea pugnare rationem, cui non valet plenè ſatisfacere, quod non eſt inſolitum inter homines circa res corporales. *Tertiò* dicit, quod in ſyllogiſmo practico, maiores immediatè veniunt à prudentia, minores vero ab aliis virtutibus, ſi ſunt veræ. Prudentia autem habet ſua principia, ex quibus deducit cognitionem qualitatum operationum ſingularium; falſum autem eſt dicere hæc principia non poſſe commodè ſciri. Minores vero ſyllogiſmi practici ſuggerunt habitus, ad quos ſpectant materiæ ipſarum, & circa has accidere obſcuritates, &c. deinde concludit, quod maxima pars ſpectat ad materias, quas ſolemus appellare prudentiales, in quibus non timemus de peccatis Theologicis, ſed de læſione rerum temporalium, &c. *Videtur magis ſentire cum aduerſariis quam ſibi conſcius eſſe.*

Contra primum eſt, quia ſi difficile eſt ſcire quænam ſit probabilior; ergo eligenda eſt minus probabilis, in qua nulla eſt anxietas, ex ore tuo. 33

Contra ſecundum eſt, quia ad conſtituendum opinionem inducentem iudicium certum morale de rectitudine operis ſufficit ratio, quæ determinet intellectum ad concludendum opus eſſe licitum, & fieri poſſe ſine peccato, non autem eſt neceſſarium quod illa ſit euidenter certa, nec quod non poſſit impugnari per contrariam, ſed ſufficit quod non ſit conuincibilis; quia eſſet improbabilis, quia alias non eſſet opinio, ſed ſcientia de re omnino vera, & certa. Vide Sanchez *lib. 1. cap. 9. num. 6.* & Caſtrumpal. *diſp. 2. p. 1. num. 2.* vbi eam vocat opinionem probabilem, quæ firma ratione fulcitur, neque contra ſe habet rationem conuincentem, ſi enim illam habet, non opinio, ſed error erit, vt dixit Sanchez *in ſelect. diſp. 14. num. 8.* Nec eſt neceſſaria exquiſita diligentia in gradu comparatiuo; quia nullus tenetur melius inquirere, ſed bene inquirere, vt probaui *cap. 6. 9. cap. 7. 27.* 34

Contra tertium, non placet ea locutio pluralis geminando ambas præmiſſas contra regulam Logicorum, & veritatem; quilibet enim ſyllogiſmus ſiue ſpeculatiuus, ſiue practicus duas tantum admittit præmiſſas maiorem, & minorem. Ad rem, verum eſt, maiorem ſyllogiſmi continere regulam prudentiæ, falſum verò minorem prouenire ab aliis virtutibus; ea enim formatur ex perſona operatura, & principio prudentiæ ad concludendum opus rectum. Patet in hoc exemplo. Omnis ſexagenarius etiam robuſtus poteſt in die ieiunij licitè, & rectè ſæpius comedere ſine violatione præcepti de ieiunando: Eſt hoc principium virtutis prudentiæ in genere moris; ſed Petrus eſt ſexagenarius, & robuſtus, ex quo enim eſt talis ætatis, non obſtante robuſtate, infertur, licitè, & ſine peccato poſſe comedere, & frangere ieiunium ſine tranſgreſſione præcepti. 35

De

Digitized by Google

De hoc ſyllogiſmo dixi etiam *ſuprà num.* 11. Quid poteſt ergo minor ſuggerere de habitibus aliarum virtutum, cum minor ſemper ſit illa ſingularis perſona, quæ bene operari debet ex vi principij prudentialis.

36 Subiungit, quod maxima pars obſcuritatum ſpectat ad materias, quas ſolemus appellare prudentiales, in quibus non timemus de peccatis Theologicis, ſed de læſione rerum temporalium. Opinio autem probabilis cum faciat iudicium rectum, & licitum, fruſtra debemus timere de læſione proximi in rebus, cum opinio ſit valde probabilis, quæ docet, iudicem poſſe ſequi opinionem minus probabilem, pro qua Vericellus *tract.* 2. *q.* 15. refert nouen decim Doctores. Nec mihi congruenter loqui videtur, dum dicit, non eſſe peccatum Theologicum, vbi timetur de læſione proximi; nam certum eſt, læſionem proximi dari non poſſe formaliter, & vitioſè ſine peccato Theologico, & læſione iuſtitiæ, dum non redditur vnicuique quod ſuum eſt.

37 Sextum principium eſt, quod non tenemur ad faciendum id, quod eſt melius, alioquin teneremur ad conſilia; ergo non tenemur ad ſequenda probabiliora, quia ſint meliora.

38 Reſpondet multa dicendo, quæ reſtringimus ad ſequentia. *Primò* dicit, opinionem probabilem eſſe extra lineam virtutum intellectualium *ex* 6. *Ethic. cap.* 3. & ſic non trahitur opinans à bono ad melius, dum negatur rectitudo opinionum probabilium, ſed dicitur eum vti regula mala in dirigendis ſuis operibus. *Secundò* dicit, vt quis operetur ſecundum virtutem, opus eſt, vt eius operatio exiſtat intra illius lineam, ex quo tutus eſt, licet non faciat omnia, quæ pertinent ad perfectionem operis; quia ſunt conſilij, non præcepti. Qui autem vtitur opinione probabili eſt extra lineam virtutum intellectualium, cum inter illas non numeretur opinio, vt opinio, quæ ſe habet ad verum, ac falſum. *Tertiò* dicit, nos debere quærere in moralibus veritatem iuxta eorum materiæ capacitatem *ex* 1. *Ethic. cap.* 3. ergo eam debemus quærere per meliora media, non per deterius, qualis eſt opinio probabilis. *Quartò* dicit, quod probabilitas opinionis in ſe veræ eſt in linea veritatis ſaltem ex parte rei; probabilitas autem opinionis in ſe falſæ, eſt abſolutè in linea mendacij. Expendamus hæc pauca.

Contra eſt; quia argumentatur à virtutibus intellectualibus, quarum veritatem transfert ad opinionem ſuam probabiliorem, niſi velit negare omne genus opinionis contra veritatem, quod non eſt conſequenter dictum; quia opinio vt ſic, ſiue probabilis, ſiue probabilior eſt omnino extra lineam virtutum intellectualium, quarum obiectum eſt neceſſarium, quod non poteſt aliter ſe habere, ac proinde vno tantum modo intelligitur vel vt verum, vel vt falſum ex parte rei, quæ vno tantum modo ſe habet: obiectum vero opinionis probabilis, ſiue probabilioris eſt contingens, quod aliter ſe habere poteſt, & ideo poteſt eſſe modo verum, modo falſum, iuxta motiua intellectum determinantia, vt dixi *c.* 5. *num.* 31. *&* 32. *& alibi*. Itaque non ſolum noſtra opinio, verum etiam aduerſariorum opinio probabilior eſt extra lineam virtutum intellectualium, conſequenter ſi noſtra non poteſt dirigere actiones, vt licitè, & rectè fiant, neque aduerſariorum, eſto ſit probabilior, ex eodem motiuo eſſendi extra lineam virtutum. 39

Contra ſecundum, quia operans ſecundum opinionem etiam probabiliorem ex dictis non dicitur operari ſecundum virtutem ſumptam de obiecto neceſſario, ſed ſecundum conditionem opinionis, quæ analogicè participat de certitudine, & veritate virtutis intellectualis, cui approximatur ſecundum illam apparentem certitudinem, & veritatem moralem, quam concipit ex motiuis probabilibus, circa ſuum obiectum contingens, cuius veritatem ex parte rei attingere non poteſt, dum aliter ſe habere poteſt, ideo dicitur illud inuincibiliter ignorare; verſatur ergo circa illud eo modo, quo cognoſcere poteſt illud nimirum, apparenter, & probabiliter. 40

Contra tertium; quia dum dicit, nos debere in moralibus quærere veritatem iuxta capacitatem materiæ, ſibi contradicit in præcedentibus; quia veritas in moralibus eſt extra lineam 41

lineam virtutum intellectualium, cum ſit veritas opinionis, non ſcientiæ; ergo moralium veritas non eſt alicuius virtutis de obiecto neceſſario. Dum autem concludit, nos debere veritatem quærere per meliora media, ſine dubio nos obligat ad melius, quod tamen non obſcurè ante negauerat.

42 Contra quartum eſt, quia probabilitas opinionis in ſe veræ nullo modo eſt in linea veritatis ex parte rei, ſiquidem non eſſet probabilitas, ſed ſcientia, quæ attingit obiectum ſicuti eſt ex parte rei, probabilitas ergo opinionis, quæcunque ea ſit, eſt in linea propria doctrinæ de opinione, quæ dicit veritatem apparentem proximam obiecto, quod ignoratur in ſua veritate obiectiua à nobis propter eius contingentiam; ideo ſufficit, quod in genere moris cognoſcatur, vt cognoſci poteſt, nempe per apparentiam, & probabilitatem, quæ vocatur veritas opinionis ſufficiens ad iuſtificandas noſtras operationes; nemo enim tenetur ſcire, quæ ſcire non poteſt propter contingentiam obiecti moralis.

43 Septimum principium eſt, legem, quæ ſufficienter non fuit promulgata, non obligare; non eſt autem ſufficienter promulgata, dum probabiliter impugnatur ea intelligentia ipſius, quæ melior exiſtimatur; ergo vbi ſunt hinc inde opiniones probabiles, ibi ſufficiens promulgatio legis deficiet. *Hoc argumentum ab eo confictum non eſt aduerſariorum, ſed aliorum, qui cum ipſo negant probabilitatem, dum ex opinionibus probabilibus infert deficere promulgationem legis, quid ridiculum.*

44 Reſpondet, quod interpretes nouas quotidie inueniunt diſputationes ſuper intelligentia legum, & nullus eorum hactenus dixit, legem indigere noua promulgatione ex eo, quod intelligentia ipſius communiter recepta probabiliſſimè impugnetur. Dicunt autem noſtri, ait communem intelligentiam eſſe in iudicando ſequendam, niſi per aliam legem, aut rationem conuincentem fuerit euerſa, &c.

45 Contra eſt; quia iſte Doctor vult dicere, per diuerſas expoſitiones legum defeciſſe earum obligationem, niſi denuo promulgentur, quod omnino falſum eſt, quia expoſitiones Doctorum dicuntur interpretationes, & declarationes doctrinales, quę leges non deſtruunt, ſed perficiunt, cum inſint ipſis legibus coævis, vt dicunt Legiſtæ, quod declaratio nihil ponit in eſſe, ſed quod erat in ea occultum manifeſtatur, *l. Hæredes palam, 21. §. Si quid ff. de teſtam. l. Adeo 2. §. Cùm quis, fine, ff. de aquir. rer. domin.* ibi: *Qui excutit ſpicas, non nouam ſpeciem facit, ſed eam, quæ eſt, detegit.* Similiter, qui ſuo intellectu legem excutit, & interpretatur, nouam legem non facit, quæ egeat promulgatione, ſed ſenſum veteris occultum detegit. Ridiculum eſt ergo dicere, quod ex multiplici opinione circa legum expoſitionem deficiat legis promulgatio, vſque modo nullus protulit tale figmentum. Quod in iudicando ſequenda ſit communior opinio, non eſt huius loci, non nihil de hoc dixi *cap. 7. à numero 52. ad 70.* in præfatum ſenſum defendendo Sanchez.

Octauum principium ponit de bello vtrinque iuſto. 46

Reſpondet, quod doctrina de bello vtrinque iuſto prouenit à radice infecta probabilitatum, veram verò radicem tradi à S. Auguſtino relato *cap. 4. 23. q. 1.* nimirum, milites in bello iniuſto militantes, ſi iniuſtitia non eſt manifeſta, non peccare; quia ſubditus obedire debet ſuperiori; hoc autem non oritur ex virtute probabilitatis per ſe conſideratæ, ſed quatenus continetur in præcepto ſuperioris; actum enim eſſet de regimine mundi, niſi probabilitas rectitudinis præcepti ſufficeret ad ipſum iuſtificandum. Quod ergo ſubditus ſuſcipiat pro veritate manifeſta probabilitatem præcepti, venit ex regula: Ex duobus malis, &c. quæ eſt ſupra regulam, quod oporteat examinare rectitudinem operationis, quouſque ſuperatur ratio contra eam vrgens; quia ceſſat, vbi principium ſuperius contrarium dictat, provt eſt regula: Ex duobus malis. 47

Contra eſt primò, quia debuiſſet impugnare mutuam iuſtitiam belli prouenientem ex probabilitatibus maiori, vel minori, & non docere modum, quo ſubditus tenetur obedire ſuo ſuperiori. *Secundo*, Pręceptum ſuperioris 48

ſuperioris non iuſtificatur ex eo, quod ſit factum à ſuperiore, à quo ſuam rectitudinem non recipit, ſed ſolum arguit poteſtatem præcipiendi; male, an bene aliundè colligendum eſt, nempe ab obiecto præcepto; quilibet enim actus à ſuo obiecto ſpecificatur, & iuſtificatur in genere moris; ſi ergo bellum opinatur iuſtum, præceptum iuſtificatur per probabilitatem opinionis, quæ dictat bellum eſſe iuſtum; non enim alia ratione præceptum rectificatur, niſi per probabilitatem opinionis; quod etiam apparet in eodem ſuperiore, dum præcipit ſubdito, vt obediat ſecundum opinionem ſuam etiam minus probabilem, relicta, & ſuſpenſa propria; exercitium enim ſubditi rectificatur non ex præcepto qua tali, ſed propter probabilitatem, quæ rectitudinem tribuit actui obedientiæ. Et res ita eſt; ſi enim præceptum iuſtificaretur in obedientia ſubditi, quatenus tale à ſuperiore procedens, omne præceptum eſſet iuſtum, quod tamen falſum eſt, cum quandoque præceptum ſit iniquum, & contra legem Dei, *cap. Si quis Epiſcopus* 89. *vſque ad* 100. 11. *q.* 3. Itaque præceptum, & obedientia ſpecificantur à qualitate obiecti; & in hoc præceptum differt
49 à lege, quod lex ſemper eſt iuſta; præceptum vero tale non eſt, niſi conſtet ex obiecti iuſtitia; facile enim eſt præcipere, cum à ſolo verbo ſuperioris pendeat, qui quandoque imprudenter eo vti poteſt; condere leges non eſt facile, & expeditum, cum illæ fiant matura deliberatione eius præmiſſa, conſilio prudentum. *Tertiò*, ſi res præcepta non ſit in opinione, ſed in dubio, tenetur obedire ſubditus miles, vt ibidem dicit S. Auguſtinus *iuncta gloſſ. V. Iniquitas*, vnde habet regula: In dubiis obediendum eſt ſuperiori; neque enim ſpoliandus eſt poſſeſſor ſua poteſtate ex cauſa debili, & obſcura, atque incerta, cuiuſmodi
50 eſt dubitatio. *Quartò*, regula, quod ex duobus malis eligatur minus ad euitandum maius, à nobis explicata *cap.* 4. *num.* 11. *ad* 16. non habet locum hic; quia miles obediendo ſuo Regi in bello, de cuius etiam iuſtitia dubitatur, nullum malum facit, ſicut faceret, ſi recuſaret obedire. Quare cum ea hic impertinenter adducatur, fruſtra dicitur eſſe ſuper aliam regulam de examinanda rectitudine operationis. Neutra ergo hic locum habet; ſed ſola alia quod in dubiis obediendum eſt ſuperiori, de qua Rodriq. *tom.* 3. *q.* 19. *art.* 6. Sanchez *lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 3. Iuribus, & Doctoribus citatis.

Nonum argumentum apud Daniel. 51
cap. 10. de Angelis Cuſtodibus Perſarum, & Iudæorum, quod apud Deum contraria poſtulabant, ille vt maneret Populus Iudæus apud Perſas, hic vero, vt dimitteretur; nam quoad voluntatem aduerſi non erant in ordine ad præceptum Dei; ſed quoad intellectum diſcordabant, quia contraria probabiliter ſentiebant, & per hoc quiſque illorum ſequebatur ſuam opinionem probabilem.

Reſpondet, varias eſſe Patrum ex- 52
poſitiones, quæ tamen nullo modo faciunt ad præſentem quæſtionem. Conueniunt vero omnes, inquit, diuerſitatem ſententiarum ab Angelis Deo propoſitam fuiſſe, per modum precationis circa ea, quæ ſic pendebant à futuris euentibus, vt poſſent prudenter variare in ſuis deſideriis; quæ Deo abſolutè ſubiiciebant. Si enim dixeris poſſe prudenter deſiderari obiectum, cui fauet probabilitas, petet principium. Si autem dixeris, eum qui operatur ſecundum probabilitatem ſubiicere voluntatem ſuam Deo, non bene dices, quia repudiat admonitionem magiſtri ſibi dati à Deo eum redarguentis, quod velit id operari, quod grauiter oppugnat ea ratio, cui non valet ſatisfacere. Si deniq; dixeris, eſſe paria operari quicquam, & precari à Deo, vt id fiat, quod operatur, errabis manifeſtè; nam in precibus nos excuſat infallibilitas diuini iudicij, à quo petimus, vt id fiat conditionaliter, ſi ſuæ conueniat voluntati, & per hoc non deſideramus id abſolutè, ſed ſub beneplacito diuino. E contra id, quod operamur, abſolutè volumus, quia abſolutè facimus.

Contra eſt, quia diſcordia illa in- 53
ter Principem, id eſt, Angelũ Cuſtodẽ Perſarum, & Gabrielem Iudæorum Cuſtodem, an ſcilicet eſſent liberandi Iudæi ex Perſide, necne; ortum habuit ex eorum variis opinionibus; nam Princeps Perſarum negabat eſſe dimitten

dimittendos Iudæos adducendo rationem pro ſua opinione; quia à Iudæis remanentibus Perſæ didiciſſent cultum veri Dei; & præterea meliores fuiſſent rebus aduerſis, quam proſperis; & demum antiqua peccata nouis afflictionibus expiaſſent. His motiuis Angelus Cuſtos fundauit probabilitatem ſuæ opinionis; vt Iudæi non remitterentur in patriam. E contra Gabriel eorum Cuſtos pro ipſis agebat, vt dimitterentur, formando ſuam opinionem in hac ratione efficaciſſima; quia ſi remanſiſſent ibidem, paulatim imbibiſſent mores Perſarum, & relicto Deo vero ſe conuertiſſent ad cultum idolorum. Vnuſquiſque igitur eorum fungebatur ſuo officio pro ouibus ſibi commiſſis. Ita egregiè Becanus *in ſuis Opuſc. de Officiis Angelorum, c.5. n.3.*

54 Quæ addit D. Merenda nullius ſunt momenti; nam falſum eſt, quod appetere obiectum propter ſuam probabilitatem ſit petere principium, vt probatum eſt *ſuprà num.* 16. Manifeſtè enim conſtat, quod electio obiecti propter ſuam probabilitatem, non eſt petere principium, quia ſunt diuerſa inter ſe, & vnum ex alio infertur. Qui operatur probabiliter ſuam voluntatem Deo ſubiicit, nec opponitur Magiſtro, cum nullus Dei Magiſter neget prohibitione obligatiua vſum opinionis probabilis, nec ipſe probat hanc prohibitionem; ſed ſolum ſupponit gratis, vt ſibi viam aperiat ad alia. Demum qui operatur ſecundum opinionem probabilem operatur abſolutè ad normam regulæ prudentialis in ordine ad mores quoad certitudinem. Parum autem refert hic quærere de voluntate conditionata, aut abſoluta operantis in ordine ad Deum reſpectu opinionum; Deus enim ſe accommodat arbitrio hominis, nec illi imputat ad culpam, quando bona fide agit, putans probabiliter ſe benè operari, dum agit iuxta regulam probabilitatis.

55 Decimum principium ex illo Matthæi 11. 30. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus leue.* Item Ioan. 1. cap. 5. 3. *Mandata eius non ſunt grauia.* Graue enim eſt, non poſſe in operando ſequi opinionem probabilem.

Reſpondet adducendo varias Scholaſticorum, & Patrum doctrinas 56 de ſuauitate diuinorum præceptorum; ſed nihil concludit contra opinantes probabiliter, qui coarctati ad ſequendam probabiliorem, deducuntur ad iugum grauiſſimum, cum noſtris temporibus vix cognoſcatur, quæ reuera opinio ſit probabilior; nam vnus Doctor tenet probabiliorem eandem opinionem, quam alter iudicat minus probabilem, & quilibet propriam nominat probabiliorem, contra forſan probabiliſſimam. Quibus ſic ſtantibus, iugum Chriſti redderetur non ſolum graue, ſed importabile; ſed Dei gratia vſus opinionum non eſt de iugo, ſed præter iugum, in arbitrio prudentis intellectus.

Vndecimum, ille operatur pru- 57
denter, qui ſequitur conſilium prudentum; ſed ille ſequitur conſilium prudentum, qui ſequitur probabilem; ergo prudenter operatur. Hoc argumentum impugnat quatuor modis.

Primò, cum prudentia ſit virtus 58
intellectualis, ſemper dicit verum, 6. *Ethic. c.3.* hoc eſt, ſemper eligit, quod eſt eligendum hic & nunc ſecundum dictamen rectæ rationis; & conſequenter dum dicis, eum agere prudenter, qui ſequitur prudentes, intelligis vtique reduplicatiuè, id eſt, quatenus ſunt prudentes hic, & nunc. Hic ſyllogiſmus continet circulum. Cur enim operor prudenter ſequendo horum conſilium? quia hi ſunt prudentes. Cur ſunt prudentes? quia præbent conſilium prudens. Non valet ergo argumentum, niſi probetur veritas reduplicationis, quæ probari non poteſt, niſi ex profeſſo examinetur, an conſilium eorum conueniat prudentiæ.

Contra eſt, quia in hoc argumen- 59
to ſequens conſilium prudentum operatur prudenter; ſed ſequens opinionem probabilem ſequitur conſilium prudentum; ergo ſequens opinionem probabilem operatur prudenter. Sic formatur vt ſit in forma, non informis. Maior de ſe patet, cum ſit quaſi identica; nam non poteſt, non prudenter agere, qui

ſequitur conſilium prudentum ; parum autem refert ea reduplicatio ; nam indicat, dantem conſilium illud dare qua prudens eſt, & doctus in moralibus ; non enim conſilium dat, vt ignorans, vel vt cantor, vel vt nobilis, ſed intelligitur conſilium præbere vt doctus, & prudens, fruſtra ergo D. Merenda reduplicauit, ſine neceſſitate ; ea enim quæ ex na-
60 tura rei inſunt, fruſtra exprimuntur, & nihil operantur, *l. Aliquando*, 106. *de condit. & demonſtr. l. Non rectè*, 3. *ff. de fideiuſſ.* Barboſa Vaz *in locis commun. lit. E, n.* 30. referens alia Iura & Doctores, ad quod non aduertit noſter Iuriſperitus. Nullus ergo eſt hic circulus vitioſus. Igitur rectè operor; quia mihi dedit bonum conſilium fundatum in optima ratione, hæc eſt reſponſio, quam mihi dedit vir prudens ; igitur reduplicatio Merendæ non facit rectam operationem, ſed optima ratio, quæ rectum conſilium ſtabiliuit.

61 Secundò retorquet argumentum ſic : Ille eſt imprudens, qui diſcedit à conſilio prudentum ; tu diſcedis à conſilio prudentum, qui communiter damnant hanc operationem ; ergo es imprudens. Huic argumento non poſſunt reſpondere, niſi dicendo, eos in hac re non fuiſſe prudentes. Quod ſi id ipſi dicunt de Doctoribus maioris auctoritatis, multò magis licebit nobis id dicere de auctoritatibus, quibus ipſi adhærent, cum ſint minores.

62 Contra eſt, quia hoc argumentum infringit caput ſui auctoris; nam conceſſa maiore, negatur minor ; quia opinio, quam ſequor, de probabilitate, habet longè plures auctores, quam ſua, & ſunt melioris notæ, quam tui; ergo non diſcedo à conſilio prudentum, ſed illud ſequor, & ſic non ſum imprudens. Lege Doctores, quos retuli numero centum *ſub cap. 6. à num.* 14. Nec puto, tuos Doctores eſſe maioris auctoritatis, quam à me adductos loco citato. Nec te iactes de ſanctis Patribus cum Mercoro adducente quatuor Sanctos pro ſe ; nam oſtendi *loco citato, num.* 24. *& ſeq.* illos ne verbum quidem de opinione probabili reiicienda protuliſſe.

63 Tertiò dicit, Philoſophum 1. *Topic. cap.* 1. ex Sapientum auctoritate prudentiam non deducere; nam hoc modo poſſet virtus decipere. Nec ſimpliciter dicit, auctoritatem ſapientum inducere probabilitatem, ſed limitate, ſi omnes in eadem ſententia conueniunt, aut maior pars, aut celebriores. Ex quo ſequitur, opinionem recedentem à communi non poſſe dici probabilem, niſi eam ſequantur Scriptores, qui ſint maioris exiſtimationis illis, qui ſequuntur communem, quod rariſſime accidit, &c.

Contra eſt, quia Ariſtoteles habet hæc verba : ***Probabilia autem ſunt, quæ videntur, aut plurimis, aut ſapientibus, & his, vel omnibus, vel maximè familiaribus, & probatis.*** 64
Per quæ verba declarat definitionem ſyllogiſmi dialectici, hoc eſt opinatiui, quem definierat paulò antè his verbis : ***Dialecticus ſyllogiſmus eſt, qui ex probabilibus eſt collectus.*** Patet ex his, ſyllogiſmum colligi ex probabilibus, non ſolum mediis, quibus conſtituitur potiſſimum cognitio opinatiua, quæ dicuntur media intrinſeca fundantia opinionem in ſua probabilitate ; ſed etiam mediis extrinſecis, nimirum auctoritate Sapientum omnium, vel plurimorum, vel familiarium, & probatorum. Si attendamus hæc verba, ſententia D. Merendæ ſubſiſtere non poteſt ; quia eius opinio negans vſum probabilitatum à pauciſſimis tenetur ; ergo eius opinio in hac re opinio non eſt, ſecundum Ariſtotelem ; quia non plurimorum, vt eſt noſtra ſententia, pro qua Mercorus, qui ſequitur Merendam refert ſexaginta Doctores, & ſexdecim ſolum pro opinione Merendæ, vt videre eſt apud ipſum *parte ſecunda, articul.* 26. vbi citat quatuor ſanctos Patres, qui tamen nullatenus refellunt vſum opinionis minus probabilis; ſed potius quidam eorum ſequuntur, vt probaui *cap.* 6. *num.* 26. Argumentum ergo Merendæ ex Ariſtotele facit contra ipſum. Neque ibidem Ariſtoteles quicquam agit de virtute prudentiæ, ſed tantum de ſyllogiſmo Topico diſtinguendo eum à demonſtratiuo.

Quartò

65 Quartò refert doctrinam Sancti Auguſtini *in cap. 2. de Mendacio ad Conſentium*, his verbis: *Inter credere autem, & opinari hoc diſtat quod aliquando is, qui credit, ſentit ſe ignorare, quod credit, quamuis de re, quam ſe ignorare nouit, non dubitet, ſi eam firmiſſime credit. Qui opinatur autem putat ſe ſcire, quod neſcit. Quiſquis autem hoc enuntiat, vel quod opinatum, vel creditum animo tenet, etiamſi falſum ſit, non mentitur. Hoc enim debet enuntiatum ſuæ fidei, vt illud per eam praferat, quod animo tenet, & ſic habet vt profert. Nec ideo tamen in nullo vitio eſt, quamuis non mentiatur, ſi aut non credenda credit, aut quod ignorat, noſſe ſe putat, etiamſi verum ſit.* Ex his infert, petentem conſilium non acquirere opinionem de eius veritate, quia per hoc non putat ſe ſcire eius qualitatem; ergo in inferiori ſtatu eſt eius intellectus, quam opinantis. Et cum Philoſophus exponens virtutes intellectuales mentionem non fecerit de hoc habitu opinionis, habuit pro ſeparato ab illis, niſi putaueris pro intelligenda qualitate ſuæ operationis, ſufficere eum modum, qui eſt penitus ſeparatus à virtutibus intellectualibus.

66 Contra eſt, quia auctoritas S. Auguſtini pro nobis mirificè facit; nam ſecundum ipſum opinans non mentitur, nec in vitio eſt, ſed ſolum putat ſe ſcire, quod neſcit; ergo opinans probabiliter, cum id illi contingit ſine mendacio, & ſine culpa, rectè, & prudenter opinatur, licet ignoret, quod putat ſe ſcire, quia ideo ignorat, quia vincere non poteſt ignorantiam ſuam propter contingentiam, & ineuidentiam obiecti, quod aliter ſe habet; putat nihilominus ſe ſcire, nempè, cognitione opinatiua, per apparentem veritatem motiuorum, quæ intellectum determinant ad ſic iudicandum de obiecto morali, quod ſufficit ad

67 benè, & rectè operandum. Nec neceſſarium eſt ad rectam operationem, quod eius qualitas bonæ operationis proueniat ab aliqua ex virtutibus intellectus, quia talis cognitio ſcientifica eſt, & non probabilis, cum etiam opinio probabilior, quam Merenda tuetur, non procedat neceſſario à prudentia, vt eſt habitus virtutis; niſi attentis principiis primis, & vniuerſaliſſimis, quæ in opinione non ſunt, cum de illis certa ſcientia habeatur præſcindendo à

praxi. Qui ergo ab alio petit conſi- 68
lium, dum illud diſcit ab conſultore imbibit diſciplinam, & non ſecus opinatur, ac alter addiſcens. Rudis, & incapax; conſilium credit, imò & opinatur ſuo modo, quia ſecundum Ariſtotelem: Opinio non ſolum prouenit à medio faciente opinari propriè, ſed etiam ab auctoritate, quæ ſufficit in petente conſilium, vt dicatur opinari per medium extrinſecum, iuxta doctrinam Ariſtotelis ſuprà allatam.

Duodecimum argumentum duci- 69
tur à ſpeculatiuis ad practica; ſicut enim in ſpeculatiuis non reprehenditur ſequens opinionem probabilem, ita nec debet reprehendi in practicis.

Retorquetur argumentum à Me- 70
renda contra aduerſarium, quia reprehenditur ſequens opinionem minus probabilem in concurſu probabilioris cognitæ vt ſic; ergo à fortiori in practicis.

Contra eſt, quia vnuſquiſque opi 71
nans putat ſuam opinionem eſſe probabiliorem, & meliorem opinione ſui aduerſarij; conſule Scotiſtas, & Thomiſtas inter ſcholas celebriores, & tibi reſpondebunt Thomiſtæ quidem S. Thomæ opiniones eſſe meliores, & probabiliores, quam contrariæ Scotiſtarum; & è contra iſti iudicant firmiter Scoti ſententias eſſe veriſſimas. Multa alia gratis ſubiungit, quæ non probat, ideo ſola negatiua reiiciuntur.

Decimum tertium ſumitur à ma- 72
teria fidei; reſpectu cuius poſſumus ſequi minus probabilem, relicta pro babiliore, pro qua poteſt ſequi determinatio de fide illius, quod opinatur.

Reſpondet, quod non aſſenti- 7[illegible]
mur ei ſub formalitate probabilitatis, ſed ſub formalitate veri, & per hoc concurrit intellectus ſpeculatiuus cum practico, prout etiam concurrit in defenſione opinionis minus probabilis, dum intellectus ſpeculatiuus proponit practico eam defenſione dignam, donec damnata fuerit ab Eccleſia. Nec dicas, ſubiungit, hinc

Digitized by Google

licere nobis ſequi opinionem probabilem, ſi exiſtimemus, eam eſſe veram. Quia potentia intellectiua non adhæret huiuſmodi opinioni abſolutè, ſed quo ad actum ſpecificatiuum, quia nondum determinauit, quod liceat in praxi ſequi opinionem, quam putat veram, quando non poteſt plene ſatisfacere motiuis oppoſitæ ſententiæ, quod ſi perpenderit omnia, circa hoc non determinabitur abſque magna formidine oppoſiti, quæ impedit certitudinem iudicij de honeſtate actus, ſine qua non poteſt iudicium practicum approbare operationem velut bonam.

74 Contra eſt, quia aliquam opinionem eſſe probabilem, nihil aliud importat, niſi quod ipſa eſt vera veritate morali ſibi proportionata; opinio enim probabilis habet ſuam veritatem ſibi conuenientem, aliter non probabilis, ſed improbabilis eſſet, de hac veritate egi *capite* 5. *numero* 6. *& ſeqq.* Probabilitas enim ſicut in probabiliore opinione arguit veritatem rectitudinis in operatione, ita & in minus probabili, cum forma probabilitatis inſit vtrique non poteſt non producere ſuum effectum formale in ſuo obiecto opinato, quod ſit probabile, nempe licere operari iuxta iudicium factum ex conditione probabilitatis. Quod autem probabile ſit idem, quod verum conueniens opinioni, probaui *cap.* 7. *n.* 19. *cap.* 9. *n.* 35. & melius *infra cap.* 19. 21. *&* 22.

75 Ex quo patet reſponſum eius ad obiectionem verè ſequentem ad eius reſponſionem mox impugnatam, nullius eſſe momenti, cum falſum omnino ſit, intellectum iudicantem ſpeculatiue opinionem eſſe veram, …ndum determinaſſe eſſe licitum eam ſequi in praxi; nam intellectus practicus eſt conformis ſpeculatiuo, à quo regulatur; ergo poſita regula in intellectu ſpeculatiuo, practicus non poteſt non operari ad præſcriptum illius. Deinde tibi contradicis; nam paulo ante *in fine num.* 80. dixiſti ſic: *Intellectus practicus à ſpeculatiuo accipit regulas, ex quibus hic & nunc colligit rectitudinem, ac malitiam operationis.* Poſita ergo ſpeculatione ſequitur in intellectu practico conformitas rectitudinis ipſius ſpeculatiui intellectus. Exemplum ſit in rebus ad fidem ſpectantibus; nam intellectus practicus credit, quod ſibi intellectus ſpeculatiuus proponit credendum. Pariter intellectus practicus ſecundum opinionem credit, exempli gratia, conceptionem Virginis Mariæ eſſe conceptam ſine peccato originali, ſecundum Scotiſtas, vel eſſe conceptam in peccato originali, ſecundum Thomiſtas, quas ſententias ei proponit intellectus ſpeculatiuus, ita quod non oportet vlterius quærere honeſtatem. & rectitudinem huius rei, quia ſufficienter intelligitur inueſtigata per ſpeculationem; illa autem eſt probabilior, hæc vero minus probabilis, ideo illa definibilis contra iſtam, Eccleſia enim determinat probabiliora contra minus probabilia.

Decimum quartum, per hoc, quod nos docemus ſequi, nos teneri multa facere, & omittere, quæ grauiſſimi Doctores docent, ſub pœna peccati mortalis eſſe facienda, vel omittenda, quæ tamen vſus fidelium, & fori interni non habent pro peccatis mortalibus. 76

Reſpondet vſum vniuerſalem aduerſus ſententiam aliquorum Doctorum habere vim maximam, quod non eſt mirandum; quia per hoc non applicatur illa ſacrorum Canonum, & veterum Theologorum regula: *In dubiis tutior pars eſt eligenda*; quia vniuerſalis conſenſus ademit omnem dubitandi rationem. 77

Contra eſt *Primò*, quia illa regula non habet locum in opinionibus, ſed in dubiis tantum, vt docui *capite ſexto*, *numero* 17. *&* 18. *Secundò*, cum vniuerſalis conſenſus ademerit cauſam dubitandi; ergo ſecurè tenemus vſum probabilitatum, vnde Merenda ſeipſum iugulat, vt ſibi obiicit, reſpondendo, ſe adhærere vſui vniuerſaliter obſeruato ab Eccleſia, à quo recedere non poſſumus, inquit, licèt moderni receſſerint, quorum auctoritas, & vſus in Eccleſia inualuit triginta abhinc annis, qui nullo modo eſt comparabilis cum vſu ſeculorum antecedentium. Supponit, quod non probat; nam vſus noſter non eſt recens, ſed antiquiſſimus, vt vidimus ex allatis à 78

Paulo Apoſtolo *ſub num.*20. & à Daniele *ſub num.*52. Nec incepit triginta abhinc annis, cum eſſet ante ex prædictis hiſtoriis; nam S.Antoninus relatus *cap.*16. *num.*29. ſequitur vſum opinionum probabilium, reſpondendo illam regulam: *In dubiis tutior pars eſt eligenda*, non eſſe de præcepto, ſed de conſilio; abiit autem in cœlum anno 1459. & maior pars Scriptorum edidit ſua opera non ſolum ante contagium, verum etiam ſub præcedenti centuria; quomodo ergo inoleuit vſus probabilitatum triginta ab his annis?

79 Decimum quintum. Accidere poteſt, vt opinio probabilis doceat, opus eſſe aliquid facere ſub pœna peccati mortalis, & è contra, adeſſe probabilem ſententiam affirmantem, id facere eſſe peccatum mortale; induceretur ergo perplexitas; quod eſſet abſurdum.

80 Reſpondet, ſe admittere vſum probabilitatum, vbi habet locum regulæ: Ex duobus malis, & ſic eligitur minus malum. Exiſtimat autem hunc caſum non eſſe dabilem, ſi modo probabilitas rectè conſtituatur, quod plerique hodie non faciunt.

81 Contra eſt; quia illa regula non habet locum in concurſu opinionum ſecundum magis, & minus probabilium; ſed ſolum in dubiis, cogor metu mortis ſacrificare idolis, in hac perplexitate, in qua ſum poſitus, ex duobus malis idololatrandi & mortis, debeo certè eligere mortem, & euitare idololatriam, quod eſt maius malum. Si parato occidere conſulo percuſſionem, propono eidem ex duobus malis, minus, quod eſt percuſſio. Ecce, quod regula hæc certa eſt, axioma virtutis prudentiæ, quæ opinionis nomen non meretur. Quare confugere ad hanc regulam non eſt ſoluere argumentum, ſed ab eo declinare. Falſum quoque eſt non eſſe
82 dabilem talem caſum; quia non repugnant duæ opiniones, licet contradictoriæ, vt viſum eſt exemplo opinionum de Conceptione ſupra, & facit ad propoſitum. Nam Scotiſtæ probabiliter docent, me peccare mortaliter ſi non celebro officium de Conceptione die præfixo; Thomiſtæ vero ſequentes ſuam opinionem putant me peccare mortaliter; quia defero cultum falſum Virgini, cum ſit concepta in peccato originali; cui actui nullus debetur honor, ſed ſanctificationi. Attuli hoc exemplum, vt ſciant omnes, caſum à Merenda negatum, eſſe dabilem. Cæterùm locutus ſum preſcindendo à Bullis Pontificiis, quibus debeo obedientiam.

Decimum ſextum, repudiando vſum 83
probabilitatum; redarguuntur multæ operationes in praxi admiſſas, puta: Petere diſpenſationem in caſu, quo opinio probabilis docet, poſſe concedi: Litigare, dum adeſt probabilior contra ſe: Se denique ſubiicere ſententiæ ſapientiorum.

Reſpondet, hanc praxim habere 84
originem à doctrina defenſorum probabilitatum. Bona reſponſio, quæ ſub ſilentio ab eo poterat prætterita fieri. Quoad diſpenſationes dicit viros indoctos temere dubitare, contra magnos Principes habentes Conſiliarios, doctis vero applicat regulam: Plus accepiſtis, plus debetis. Per hoc non euertit praxim probabilitatum; ſed magis confirmat; dum illa vtuntur ſuperiores. Quoad litigantes non negatur habentibus opinionem ſolum probabilem litigare; quia initio neſciunt iura ſua, & pro eis ſunt aduocati, &c. Per hoc vult inſinuare Aduocatum poſſe defendere ſuum clientem cum opinione probabili, ac proinde iudicem ferre poſſe ſententiam ſecundum opinionem probabilem, & ſic confirmat doctrinam aduerſariorum, dum intendit eam reprobare. Demum valde difficile eſt, inuenire ſapientiorem, ſine exceptione perſonarum, cum vnuſquiſque alio ſapientiorem ſe exiſtimet, & quo Doctor eſt indoctior alio ſe doctiorem eſſe iactat, & quod peius eſt ſuam non agnoſcit iactantiam; quia ſumma eſt perfectio ſe cognoſcere talem, qualis eſt ex parte rei. Puto me adæquatè reſpondiſſe rationibus Merendæ, forſan & fortaſſis imperite locutus ſum, qui vt peritus cæpi agere pro vno contra alium, ſufficit hoc, quod locutus ſum, quæ ſciebam, ſeu quæ putabam ſcire, ex paruitate ingenij mei.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

An Regula: In dubiis tutior pars eſt eligenda. *Habeat locum in opinionibus, ſecundum D. Merendam?*

1 ISte vir egregie peritus poſtquam motiuis, in quibus fundatur vſus opinionis probabilis, reſpondit, à nobis in præcedenti capite propugnatis impugnatione reſponſorum eius, *à num.* 89. incipit munire Reg. *In dubiis tutior pars eſt eligenda*, reſpondendo ad diuerſas expoſitiones, quæ dantur à defenſoribus opinionis probabilis, tuendo eam in opinionibus explicatione diuerſorum textuum iuris communis, in quibus exprimitur.

2 Ego autem vnica ratione reſpondeo, dictam Regulam locum non habere in opinionibus, ſed tantum in dubiis. Pro cuius probatione.

3 Notandum eſt, in ſententia non ſolum modernorum; ſed etiam antiquorum, differre multum inter ſe Dubium, & Opinionem; nam dubium facit pendere intellectum, qui neutri parti præbet aſſenſum; quia à motiuis ita exiguis, & inefficacibus nulla ratione mouetur, neque determinatur ad aſſenſum, ſicut opinio, quæ dicit aſſenſum vnius partis cum formidine oppoſitæ; iuxta dicta *ſub cap.* 5. in ſententia D. Thomæ, & Scoti ibidem allegatorum, ille 2. 2. q. 2. art. 1. in corp. inquit: *Quidam vero actus intellectus habent quidem cogitationem informem abſque firma aſſenſione, ſiue in neutram partem inclinent, ſic accidit dubitanti: Siue in vnam partem magis declinent, ſed tenentur aliquo leui ſigno, ſicut accidit ſuſpicanti: Siue vni parti adhæreant, tamen cum formidine alterius, quod accidit opinanti.* Scotus *in* 3. *diſt.* 23. *q. Vn.* §. *Ex iſtis*, ait de opinione: *Quod adhæret vni parti contradictionis cum formidine alterius.* De dubio vero ab opinione contradiſtincto *in eodem* 3. *diſt.* 39. *q. vn.* §. *Vniuerſaliter*, inquit: *Dubius, id eſt, quod non magis aſſentit vni parti, quam alteri.* Non oportet aliorum referre doctrinam, cum hi duo ſint Anteſignani, & Magiſtri celeberrimi duarum principalium ſcholarum, & nemo à prædictis diſcedit definitionibus. Quare cum toto cælo ab inuicem diſtent, quod opinio eſt aſſenſus vnius; dubium vero negatio cuiuſlibet aſſenſus, ſequitur, quod ſimul ſtare non poſſunt in eodem intellectu reſpectu eiuſdem obiecti; ſi enim aſſentior id eſſe licitum, certè non poſſum dubitare, eſſe anceps, & ambiguum, quod iudicaui licitum, aliter neſcio diſcernere inter iudicium, & negationem iudicij, & in his nemo debet contradicere, niſi ignarus; cum luce clarius ſit, quod dictum eſt.

Opponuntur nihilominus duo; *Primò*, quod opinio ſtat cum formidine; quæ eſt quædam dubitatio; conſequenter includit dubium ſignificatum per formidinem, quæ eſt de ratione intrinſeca opinionis. *Secundò*, in contrariis opinionibus æque probabilibus ratio dubij ineſt; quia perplexus manet ſic opinans quam eligat, cum neſciat, quo ſe vertere debeat. Sed hæc non obſtant. 4

Primum quidem, quia aliud eſt formido, aliud dubium; nam formido in opinione refertur ad oppoſitum præciſè, quod timetur verum, & ſubſequenter apprehenſum pro vero formidatur falſum; dubium vero habens nihil timet, nec ad alterum eſt, ſed ex æquo ad vtrumque pendulus, & perplexus. Prætrerquam quod formido ſolum radicalis eſt de ratione opinionis, non actualis, quam reſpuit opinans probabiliter ex probatis *cap.* 5. *num.* 18. 5

Secundum vero eſſe pariter falſum conſtat ex eo, quod in vtraque opinione æqualiter probabili conſtat de aſſenſu vtriuſque & de æquali probabilitate, ac proinde opinans certus eſt ſe poſſe eligere quamlibet, conſequenter non eſt perplexus, ſed ſcit, quo ſe vertere poteſt, dum voluntas ſeipſam determinat ad vnam, vel alteram pro ſuo arbitrio. His notatis & poſitis manet probata noſtra concluſio, quod nimirum. 6

Regula: *In dubiis tutior pars eſt eligenda.* Non habet locum in opinionibus, cum rationem dubij non includant; ſi enim legiſlator voluiſſet comprehendere ſub hac regula opiniones, id 7

id expreſſiſſet ſub verbis opinionis, & non tantum ſub nomine dubij,
8 iuxta illud: Si voluiſſet, expreſſiſſet: *cap. Ad audientiam*, 12. *de decim. l Si ſeruum*, 70. §. *Prætor ait, verſ. Non dixit*, *ff. de acquir. hæred. l. vn.* §. *Vbi autem, ad finem*, ibi: Nam ſi contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea diſponere, *Cod. de caduc. tollenda.* Quare ſi Pontifex voluiſſet comprehendere opiniones cum dubiis, illas cum dubiis coniunxiſſet, quod cum non fecerit, argumentum euidens eſt, in ea contineri ſolum dubia, & nullatenus opiniones.

9 Hanc regulam habere locum ſolum in dubiis, & non in opinionibus docent grauiſſimi Theologi, quos citaui *cap.* 6. *num.* 17. quibus adde Bejam *part.* 1. *caſu* 13. §. *Tùm quia tranſgreditur, & part.* 2. *caſu* 6. §. *Vel dubius*, Bonacin. *p.* 9. *de peccatis, num.* 5. §. *Reſp.* 1. Angelum *V. Opinio, propè finem*, Sayr. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 15. §. *Nec obſtat*, Vaſquez 1. 2. *diſput.* 62 *num.* 45. Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. §. *Ad obiecta, & cap.* 16. *q.* 2. §. *Duo poſſunt*, Suarez *tom.* 2. *de Relig lib.* 4. *de voto, cap.* 5. *num.* 18. *cap.* 8. *num.* 6. *de cenſuris, diſputat.* 40. *ſect.* 6. *à num.* 8. aſſerens habere locum in dubio practico, vt inſinuant textus exprimentes eam regulam, & reſtringi ad caſus in iure expreſſos; non verò habere locum in dubio ſpeculatiuo.

10 Alij dicunt, illam regulam non continere præceptum, niſi in dubiis practicis; ſed eſſe conſilium ſequi tutiorem partem, qui ſunt D. Antoninus *part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 10. *ſub* 6. *regula.* Nauar. *in cap. Si quis autem, num.* 35. Sanchez *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. & 15. & 4. *argum.* Paſqualig. *diſp.* 64. *n.* 65. Caſtropal. *p.* 6. *num.* 4. Suarez *locis mox ſuprà citatis*, Layman *de conſcientia*, §. 2. *n.* 8.

11 Merenda refert expoſitiones ſuper dictam regulam, & videtur ſibi contradicere in earum exploſione; nam *num.* 89. inquit: *Difficile enim eſt, inquiunt aduerſarij, eligere ſemper partem tutiorem; verum eos oportebat animaduertere, ſacros Canones non docere abſolutè, partem tutiorem eſſe eligendam, ſed limitate, quando ſcilicet verſamur in dubio; nam per hoc excluduntur illi caſus, in quibus ceſſat cauſa dubitandi, hoc eſt, quando habemus moraliter certam honeſtatem operationis, nullum autem inconueniens eſt, in materiis habentibus incertitudinem circa ſuam honeſtatem, nos teneri eligere partem tutiorem, abſtinendo ab opere, quæ ſecundum apprehenſionem noſtram poteſt eſſe praua, donec huiuſmodi incertitudo durauerit.* Ecce quomodo ſentit cum aduerſariis ſuis, quos prætendit impugnare; dicunt enim cum ipſo durante dubio, eligendam eſſe tutiorem partem; quia hæc regula ſumitur limitate, cum ſcilicet verſamur in dubio; qui autem opinatur quomodolibet, non verſatur in aliquo dubio, dum operationem iudicat honeſtam per ſuum aſſenſum. Sed referamus loca ſacrorum Canonum de hac regula, per quam ipſe impugnat vſum probabilitatum, vt eius explicatione exploſa, magis confirmare poſſimus noſtram ſententiam de vſu probabilitatum.

Primus locus *ex cap. Ad audientiam*, 12
12. *de homicid.* refertur ab eo his verbis: *Quidam Presbyter volens corrigere quendam de familia ſua, cingulo, quo cingi ſolebat, ipſum verberare tentauit, contigit autem, quod gladius de vagina, quæ cingulo adhærebat, elapſus eum in dorſo aliquantum vulnerauerit. Poſtmodum verò cum ille vulneratus aliquamdiu vixiſſet, & conualuiſſet ab vulnere, alia grauiori, vt dicitur, infirmitate percuſſus, viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Quia verò, vtrum occaſione vulneris deceſſiſſet, dubium haberet, veſtræ diſcretioni duximus reſpondendum, quod cum in dubiis ſemitam debeamus eligere tutiorem, vos conuenit, iniungere Presbytero, &c.* Multa hic congerit Merenda, quæ ad hoc reducuntur, quod ex variis medicorum opinionibus non conſtabat, an mortuus eſſet ex vulnere illo, an ex alia cauſa, ideo decreuit, vt ille Presbyter ſe abſtineret à miniſterio altaris, ſequendo tutiorem partem; & ait caſum deciſum fuiſſe pro foro conſcientiæ, ob ea verba (*iniuncta pænitentia competente*) quæ referuntur ad forum animæ internum.

Sed contra eſt, quia ex textu non 13
conſtat, quod mors eſſet in opinione aliqua iudicio medicorum pro, vel contra Presbyterum, ſed ſolum dubitabatur, ibi: *Quia verò vtrum occaſione vulneris deceſſiſſet, dubium habetur.*

betur. Non verò opinio erat, ideo reſpondit Papa, quod debebat ſe abſtinere à celebratione; quia in dubiis tutior pars eſt tenenda. Et tandem concludit Papa: *Si verò ille ex alia infirmitate obierit, poterit diuina officia celebrare.* Ecce quod à medicis conſilium petitum non fuit; quia ſaltem eorum iudicium hic expreſſiſſet. Sed adhuc ponamus opiniones medicorum ex his poſtremis verbis, aliis opinantibus deceſſiſſe ex vulnere, aliis ex alia infirmitate, Papa reſpondet, poſſe Presbyterum celebrare; ergo ſequitur opinionem minus probabilem, contra tutiorem, quæ eſt abſtinere à celebratione. Poteſt ergo dici in primo caſu, quod in dubio homicidij ex vulnere, an ex alia cauſa, tutior pars eſt ſequenda; in poſteriori verò caſu ex contrariis opinionibus medicorum Presbyterum ſequi poſſe minus tutam contra tutiorem; ergo Papa ſuadet opinionem probabilem. Nec refert, quod reſponſum Papæ datum fuerit pro foro conſcientiæ, non pro externo, quod tamen puto falſum, ſiquidem Decretales tam pro foro externo exeunt, quam pro interno; & dato caſu pro foro interno ſecundum Merendam, quid inde? cum vtriuſque fori idem ſit iudicium, niſi externum fundetur in præſumptione, ex communi Doctorum, vt dixi *cap.4. n.26.* nec conſcientiæ rigidior foro externo, *ibid. num.* 37. ergo idem dicendum in vtroque foro.

14 Secundus locus habet *cap. Significaſti*, 18. *de homicid. contra furem*, ibi: *Presbyter Eccleſiæ Canonicus Regularis præfatum iniquitatis filium foſſorio inſtrumento arrepto percuſſit, quem Parochiani Eccleſiæ videntes ornamenta Eccleſiæ aſportantem, arreptis gladiis, & fuſtibus in eodem loco protinus occiderunt.* Et infrà: *Si diſcerni non poteſt, ex cuius ictu percuſſus interiit, in hoc dubio tanquam homicida debet haberi Sacerdos, & ſi forte homicida non ſit, à Sacerdotali officio abſtinere debet, cum in hoc caſu ceſſare ſit tutius, quam temerè celebrare.* Multa hic dicit D. Merenda *à num.* 111. *ad* 117. quæ nihil contra nos, ſolum dicit *ſub num.* 116. Si res erat dubia, vtrimque aderat probabilis opinio; cur ergo dicit, eum eſſe temerè celebraturum?

Contra eſt, quia reſponſum Papæ fundatur in ea regula; quia caſus ſibi propoſitus ſemper remanſit intra lineam dubij, ideo iuxta regulam illum decidit, ibi: *In hoc dubio tanquam homicida debet haberi Sacerdos.* Quod ipſe Merenda ſubiungit, ex ſuppoſito dubio, vtrimque adeſſe opinionem probabilem, indignum eſt intellectu; quia ex dubio, nulla infertur opinio, niſi per deſtructionem ipſius dubij, quod in caſu deſtructum non fuit, ideo Sacerdos cum eo dubio temerè celebraſſet. 15

Tertius locus habet *ex cap. Inquiſitioni*, 44. *de ſent. excom.* ibi: *Inquiſitioni ſuæ reſpondentes credimus diſtinguendum, vtrum alter coniugum pro certo ſciat impedimentum coniugij, propter quod non valeat abſque peccato mortali carnale commercium exercere, quamvis illud apud Eccleſiam probare non poſſit; aut non ſciat pro certo, ſed credat.* Firmat hic textum Merenda, ſuper quo notat duo, primum, verbum, *credimus*, non inducere nouam legem, ſed antiquam declarare. Secundum, voluiſſe Papam per hanc diſtinctionem adimere occaſionem errandi. Reſpondet autem Papa, in priori caſu excommunicationem potius eſſe ſuſtinendam, quam per commercium carnale peccare mortaliter, dum certam ſcientiam habet impedimenti; & caſus ſpectat ad forum externum. 16

Contra primum notabile dicimus Pontificem per verbum, *credimus*, determinare ius ſuper caſu ſibi propoſito; nam illud verbum determinat quid certum in iure, ſecundum Speculat. *in titul. de teſtibus, §. generaliter, num.* 5. Baldum *in l.* 2. *§. Quod obſeruari, Cod. de iureiur.* Guidop. *deciſ.* 374. Nullibi enim reperitur deciſus hic caſus niſi hic; ergo non declarat, ſed ſtatuit. Sed hæc fruſtra referuntur ad noſtrum inſtitutum. 17

Proſequitur Merenda *ſub num.* 120. referendo textum, qui ſequitur. *In ſecundo diſtinguimus, vtrum habens conſcientiam huiuſmodi ex credulitate leui, & temeraria, an probabili, & diſcreta.* Dicit id pertinere ad forum internum, & hunc depoſita conſcientia erronea de conſilio ſui paſtoris, poſſe petere, & reddere debitum coniugale. *Hac habentur ex textu*, ideo nihil dicendum contra Merendam, qui 18

ſub

*ſub num.*121. proſequitur textum his verbis.

19 *Verùm cum conſcientia pulſat animum ex credulitate probabili & diſcreta, quamuis non euidenti, & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet.* Dicit hic non condi nouum ius, ſed eſſe antiquum, & facere tantum pro foro interno. Quare cum Summus Pontifex in hoc ſecundo caſu non reliquerit dubitantem in ſua libertate quærendi conſilium, & ſuperandi difficultatem ad petendum debitum, ſicut in primo caſu, ſignum eſt, quod determinando;eum non poſſe petere debitum, reprobaſſe eam credulitatem probabilem, & diſcretam, vt opinionem probabilem.*Credo quod vis argumenti Merenda ſit hoc.*

20 Contra eſt *Primò*; quia cum finis ſacrorum Canonum ſit prouidere ſaluti animarum, non ſolum ſtatuunt pro foro animæ, ſed etiam pro foro externo, vt in hac Decretali;ille enim ſequitur hunc, cum non fundatur in præſumptione, vt dixi in reſponſione ad primum locum. *Secundò*, vnica opinione, vnum iudicatur licitum; nempè reddere debitum, & illicitum petere, vt conſtat clarè ex textu; ergo Pontifex approbat opinionem probabilem, quæ ſuadet redditionem debiti, & quæ negat petitionem, in priori ſenſu eſt minus probabilis, quam eius oppoſita non reddendi admonendo maritum de impedimento, quod videtur eſſe tutius; & Sanchez *lib.* 2. *diſputat.*41. *num.* 53.

21 §. *Ad duo*, ait poſſe non ſolum reddere, ſed etiam petere poſt adhibitam diligentiam; quia & ſi ius ibi non diſtingnat, tamen ratio cogit diſtinguere, ne bonæ fidei poſſeſſor cogatur ob dubium inuincibile in perpetuum abſtinere ab vſu rei ſuæ. Hanc ſententiam cum Sanchez *num.*46. §. *Tertiò*, tenent plures Theologi. Itaque mens Pontificis interpretatur, quod non poteſt coniux, qui bona fide contraxit, dubitans de impedimento, petere debitum durante dubio, & ante diligentiam adhibitam, non verò poſt,cum poſſit legitimè dubium deponere, & vti iure ſuo.

22 Quartus locus habetur *cap. fin. de homicid.* vbi reſpondet Papa: *Vnde cum pro eo, quod aliquos percuſſiſti, irregularitatem metuas incurriſſe, ſi de interfectione cuiuſpiam tua conſcientia remordet, à miniſterio altaris abſtineas reuerenter, cum ſit conſultius in huiuſmodi dubio abſtinere, quam temere celebrare.* Putat Merenda in hoc caſu petentem conſilium habuiſſe opinionem pro ſe, nihilominus, reſpondiſſe Papam conſultius eſſe abſtinere à celebratione, quam temere celebrare. Multa dictitat hìc *à n.*126. *ad* 130. quæ reuera reducuntur ad quod dixi mox ex eo.

Contrà eſt, caſus iſte refertur *in cap. penult. non finali*, & ibi ſermo clarus eſt de dubio, vt conſtat ex illis verbis: *Tua conſcientia remordet.* Item: *In huiuſmodi dubio*, non verò de opinione, quæ conſcientiam non remordet, ſed quieſcere facit; nec dubitare, ſed ſecuram reddit; nec temere celebrat, qui miniſtrat cum opinione probabili. Itaque locus iſte nihil probat contra nos, qui tenemus, in dubio, quem eſſe irregularem. 23

Quintus locus *in cap.* 4. *de Clerico excom.* vbi Epiſcopus Eccleſia propria relicta, ſine licentia aliam occupauit,Papa commiſit Epiſcopo Magdeburgenſi, vt eum excommunicaret, niſi extra viginti dies recederet ab Eccleſia occupata, & cum non diſceſſiſſet intra id tempus, excommunicatus fuit, & interim celebrauit, re delata ad Papam, Epiſcopus ſe excuſauit ſic: *Cùm dictus Magdeburgenſis non eſſet iudex ordinarius eius,non crediderat, quod monitione non præmiſſa, auctoritate delegata poſſet procedere contra ipſum, aut ſententiam aliquam in eum promulgare; vnde cum nec ante factum monitorias, nec poſt, aliquas ab eo accepiſſet, peccare non credidit, ſi diuina officia quantumcunque ſolemniter celebrauit, præſertim cum ei non niſi per famam de ſententia in eum prolata conſtaret.* Papa reſpondet: *Licet autem in hoc non videatur omnino culpabilis extitiſſe, quia tamen in dubiis via tutior eſt eligenda, & ſi delata in eum ſententia dubitaret, debuerat tamen ſe potius abſtinere, quam Sacramenta Eccleſiaſtica tractare.* Merenda dicit, fuiſſe hic dubium iuris, & facti, quibus Papa applicauit regulam. Per ea verba: *Non videtur omnino culpabilis.* Papa ſupponit, eum habuiſſe probabilem excuſationem, 24

&

& tamen dicit debuiſſe eligere partem tutiorem, contra vſum probabilitatum.

25 Contra eſt, quia hic ſermo eſt ſolum de dubio facti ex illis verbis: *Et ſi de lata in eum ſententia dubitaret*; nam fama ad eum peruenerat, ex antecedentibus verbis: *Non niſi per famam de ſententia in eum prolata conſtaret*; ergo de ſolo facti dubio agebatur, vnde merito reſpondetur à Pontifice, quod debuerat ſe abſtinere; quia in dubio facti tutior via eſt eligenda, & non agere contra conſcientiam. Ea verba, *Non videtur omnino culpabilis*, non arguunt, opinionem fuiſſe pro illo probabilem, ſed ſolam excuſationem, ideo Pontifex non reprobat vſum probabilitatum, dum dicit tutiorem partem eſſe ſequendam; quia hoc refertur ad dubiam conſcientiam contra quam celebrauerat. Et Gloſſ. V. In hoc, ait: *Sed non in tantum culpabilis fuit, quantum ſi hoc pro certo ſciuiſſet.* Et quod dubium fuerit, docet Scotus *in* 4. *diſtinct.* 13. *q.* 2. *verſ. Ignorantia autem facti*, citando hunc textum.

26 Sextus locus *cap.* 3. *de Cler. non bapt.* Quidam comperto ſe non fuiſſe baptizatum, à Papa baptizatur, poſteà ſuper eius Sacerdotium dubitatur, & Pontifex ibi reſpondet: *Cumque ſuper ordinibus diutius fuiſſet diſputatum, quidam in eam inclinauerunt ſententiam, vt cum baptiſmus ſit fundamentum omnium Sacramentorum, ante ſuſceptionem Baptiſmi aliud non ſuſcipiatur Sacramentum.* Recenſet deinde oppoſitum. *Quia verò in Concilio apud Compendium legitur conſtitutum, quod ſi quis in Presbyterum ordinatus deprehenderit, ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur. Nos circa latorem præſentium in dubitabili caſu, quod tutius eſt ſequentes, mandamus quatenus ipſum per ſingulos ordines vſque ad Sacerdotium promouere procures.* Merenda *num.* 134. ait in caſu dubitabili Papa noluit definire, quæ ex his opinionibus eſſet melior; ergo conflictus opinionum ſecundum Pontificem inducit dubium. Dubium autem hic eſt iuris, & tamen Papa ait ſe eligere huiuſmodi opinionem non tanquam probabiliorem, ſed tanquam tutiorem. Quare cum inter opiniones detur dubium, illæ ſunt relinquendæ, & tutior pars eſt eligenda.

Contra eſt, quia hic vnica erat 27
opinio, imò veritas clara, certa, & manifeſta in iure hic citato, quod ordinatus ante baptiſmum debet iterum ordinari poſt receptum baptiſmum; vnde in textu non vocatur opinio ſed ſententia legis. Vnde pro contraria, quod non debeat reordinari, inquit textus: *Porrò è contra videri poſſet*, nulla facta mentione opinionis, aut ſententiæ contrariæ; quia legi claræ nulla datur opinio aduer-
ſans, ideo dicit, *Videri poſſet*, quod im- 28
portat merum dubium opinionem excludens; vnde dicit Rota *vol.* 3. *lib.* 2. *deciſ.* 11. *num.* 3. verbum, *videor*, eſſe dubitatiuum; & Scholaſtici cum D. Thoma, & Scoto, dum ſibi obiiciunt per modum dubitationis, non opinionis, vtuntur verbo *videtur*, ad indicandum, ſe non opinionem, ſed dubium proponere. Summus ergo Pontifex certo ſciens adeſſe legem, quam Doctores dubium tractantes ſententiam non opinionem vocarunt in textu cum Papa, pro dubitatione quoque contra ſententiam alia motiua contraria propoſita fuerunt; quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, concludit: *In hoc dubitabili caſu quod tutius eſt ſequentes* reſpectum habendo ad motiua, quæ erant vel falſa, vel æquiuoca, vt patet legenti ea; nam arguebant à baptiſmo flaminis ad baptiſmum fluminis ex Gloſſ. *V. Habet per fidem*; & ſic æquiuocabant; nam ad ordines ſuſcipiendos non ſufficit baptiſmus flaminis, ſed neceſſarius eſt ille fluminis. Et ibi falſo negabatur baptiſmus fundamentum cæterorum ex alio falſo ſuppoſito, quod à non baptizatis poſſint recipi Sacramenta Euchariſtiæ, & Matrimonij. Papa ergo decernit ſe-
cundum legem Concilij, quod ille 29
Sacerdos reordinetur, ſequendo tutiorem viam non contra tutam, ſed contra non tutam, & falſam, vt in alio caſu de hac regula dixit Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de voto, cap.* 8. *numero* 6. Et ex his patet ad rationes Merendæ, Papa enim ad decidendum hunc caſum reſpexit ad legem Concilij expreſſam ibidem ſub primo capite, adduxit regulam familiarem, tutiorem partem eſſe ſequendam, id eſt,

Digitized by Google

eſt, tutam; quia erat ſecundum prædictam legem; tutiorem verò vocauit contra dubitationem, quæ vti falſa nullam habebat ſeueritatem; ideo merito appellauit partem tutiorem; non verò reprobando aliquam opinionem; quia ibi nulla erat verè opinio, vnde ibi ne verbum quidem de opinionibus, quas Merenda gratis confixerat, vt ſuam piam, ſeu ſcrupuloſam doctrinam aſtrueret. Adde quod quæſtio ſemper manet dubia quovſque decidatur, merito igitur
30 Papa ante deciſionem dixit: *In hoc dubitabili caſu*, inſinuando ad eum ſpectare eius deciſionem; non verò quod ex opinionibus generetur dubium.

31 Septimus locus ex D. Auguſtino relato *cap. Quid culpatur*, 23. *q*. 1. Super quo non eſt immorandum; quia explicauimus illum, & impugnauimus reſponſum Merendæ *præced. cap. num*. 48.

32 Octauus locus *ex cap*. 2. *de ſecundis nuptiis*, docet quòmodo debeant contrahere illi, quorum coniuges ſunt mortui, illis verbis: *Si verò aliquis, vel aliqua de morte prioris coniugis adhuc ſibi exiſtimat dubitandum, ei, qui ſibi nupſit debitum non deneget poſtulanti, quod à ſe tamen nullatenus erit exigendum*. Merenda *num*. 139. ait, qualitatem vniformem dubitationis non poterat Papa ſupponere, cum ageret de multis huic dubitationi obnoxiis; cum verò quoad omnes idem decidat, oportet dicere quoad omnes idem eſſe fundamentum; nullum autem aliud erat, niſi quod omnes habebant probabilem rationem putandi; coniugem non eſſe mortuum. Cùm autem inter eos, aliqui eſſent, quibus aduerſabatur opinio probabilior, cur hos ab aliis non diſtinxit, ſi licebat omiſſa ſua opinione ſequi probabiliorem? Imò id non putabant, quia Papa dicit, eos dubitauiſſe, non dicit autem eos putauiſſe coniugem non eſſe mortuum; ergo docet, ſuam hæſitationem non potuiſſe deponi ſequendo opinionem probabilem, donec durat cauſa dubitandi, &c.

33 Contra eſt, quia hic vnica eſt dubitatio facti de morte alterius coniugis, in quo caſu non habent locum opiniones, ſed conſtare debet de morte per legitimos teſtes, vt poſſit nubere; vnde Papa decidit, quod dubitans de morte coniugis, niſi prius certificetur, contrahere non debet, & ſi contraxit; reddat, ſed non exigat debitum; & ſi poſtmodum ſciat primam viuere, dimittat ſecundam; ſcientia autem, & probatio fiunt per teſtes, non per opiniones. Non poteſt ergo exigere debitum, qui dubitat viuere priorem coniugem; quia agit contra conſcientiam, ex probabili cauſa inquit Gloſſ. *V. Nullatenus exigendum*, ibidem. Non eſt ergo hic opinio minus probabilis, nec probabilior, ſed vera dubitatio facti de morte coniugis. Ne verbum quidem de opinionibus in eo textu, ideo gratis eas ſupponit Merenda. De hac re agit Sanchez *lib*. 2. *diſputat*. 42. ad formam huius capitis, diuidendo quæſtionem in duplicem caſum; primo, quando alter dubia fide contraxit; ſecundo, quando vterque dubia fide contraxit. Reſpondendo ad primum; quia dubia fide contraxit, non poſſe petere, ſed tantum reddere, iuxta deciſionem huius capitis. Ad ſecundum, neutrum exiſtentem in mala fide poſſe petere, aut reddere.

Nonus locus *ex Clement. Exiui*, vbi 34
declaratur Regula Sancti Franciſci, infrà habentur hæc verba: *Nos itaque qui in ſinceris horum conſcientiis delectamur, attendentes, quod in his, quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad euitandos graues remorſus conſcientiæ, pars ſecurior eſt tenenda, &c*. Merenda *ſub num*. 140. *vſque ad* 153. longam componit homiliam, ſuadendo hic agi de dubio iuris, & termini, inquit huius doctrinæ ſunt, quando de præſenti inter viros doctos extat dubitatio, ea durante, eligendam eſſe partem ſecuriorem; quia remorſus conſcientiæ erit etiam reſpectu admittentium opinionem, quæ eſt cum peccato; nam quæ illud excludit vera eſt opinio, dum peruenit ad congruentem cognitionem materiæ, de qua dubitat, quieſcendo in ea, dum certus eſt non eſſe peccatum, &c.

Contra eſt, quia eſto vigerent opi- 35
niones Fratrum contrariæ in obſeruatione Regulæ, non inde tamen colligitur, ex eis induci dubium propter quod debeat amplecti ſecurior

Digitized by Google

rior pars, quaſi ſequens opinionem probabilem non ſit ſecurus, ſed Papa tollere volens altercationes inter opinantes, vt vnica eſſet Regulæ obſeruatio reiectis contrariis opinionibus, per ſuam declarationem induxit vniformem obſeruantiam Regulæ, vt inſinuatur *in ipſa Clement.* §. *Ex præmiſſis*, his verbis: *Volentes itaque conſcientiam prædictorum Fratrum prouidere quieti, & his altercationibus finem dare, declarando dicimus.* Noluit ergo Summus Pontifex aliquam opinionem per hoc potiſſimum reprobare, ſed tollere altercationes, & diuerſos modos ſeruandi Regulam ex eius varia intelligentia; ad vitandos ergo conſcientiarum remorſus, & vt ſecurius, & quietius viuerent, dubia Regulæ declarauit vniformiter tollendo opiniones contrarias, non quæ erant conformes eius declarationi. Non damnatur ergo vſus opinionum, niſi quatenus dicere poſſunt difformitatem viuendi in communitate.

36 Decimus locus habet *in cap. Apoſtolica*, 9. *de Cler. excom.* ibi: *Verùm quia tempore ſuſpenſionis ignari celebraſtis diuina, vos reddit ignorantia probabilis excuſatos. Cæterum ſi forte ignorantia craſſa, & ſupina, aut erronea fuerit, propter quod gratia diſpenſationis egeritis, eam vobis de benignitate Apoſtolica indulgemus.* Merenda *ſub num.* 154. *ad* 156. refert eandem diſtinctionem explicando *per l. Nec ſupina*, 6. *ff. de iur. & facti ignor.* vbi ignorantiam craſſam, & ſupinam vocat eam, quam quis poterat ſuperare abſque offenſione prudentiæ, & curioſitatis conuenientis bono vero; concludendo, ergo non excuſat ignorantia cauſata ab opinione probabili, quam ſciebat, vel ſcire poterat pati grauem oppoſitionem, ſi non fuerit vſus mediis, quæ erant parata ad veritatem cognoſcendam cum ſuis circumſtantiis.

37 Contra eſt, quia ex diuerſis non fit illatio, aliud enim eſt ignorantia, quæ eſt carentia eius, quod ſcire non tenemur, ſi tenemur, per adhibitam debitam diligentiam non poſſumus ſcire veritatem eius, quod quærimus; ideo vocatur hæc ignorantia inuincibilis, quia non poteſt vinci, & dicitur probabilis, quæ excuſat à peccato, & à pœna, vt dicitur in textu allato. Craſſa verò, & ſupina, quæ inuoluit negligentiam ex non adhibita ea diligentia, quæ neceſſaria erat ad ſciendum illud, de quo dubitabatur, reprobatur non excuſans. Et in hoc conueniunt omnes, etiam Merenda. Opinio verò probabilis nec ignorantiam, nec negligentiam dicit, cum ſit cognitio, & aſſenſus in id, quod cognoſcitur ab opinante, quod nec ipſe Merenda poteſt negare; fruſtra ergo ab vno infert ad aliud, quod cum eo nullam habet connexionem.

Vndecimus locus eſt Regula iuris 13. in 6. *Ignorantia facti, non iuris excuſat.* Merenda *à num.* 157. *ad* 160. multa hic dicit, quæ paſſim faciunt contra nos, inquit ergo, quod vtraque ignorantia in hoc conuenit, quod hoc non agitur de ignorantia antecedenter ad actum vt deſtruat voluntarium reſpectu malitiæ; clarum enim eſt, quod non datur peccatum ſine voluntario; nec agitur hic de ignorantia voluntaria, quia tunc non eſſet differentia inter vtramque. Quare regula intelligenda eſt quoad eum actum, qui eſt medius inter voluntarium; & inuoluntarium, & tunc differentia conſiſtit in eo, quod facilius eſt intelligere id quod iura decernunt, quam ea, quæ conſiſtunt in facto; differentia ergo non conſiſtit in neſcientia, ſed in maiori, vel minori facilitate expellendi ignorantiam. Cùm autem clarum ſit, eum, qui ob ſuam temeritatem ignorauit factum, non eſſe excuſandum, neceſſario ſequitur, ad excuſandam ignorantiam iuris, non ſufficere, quod abſit temeritas; nam valde difficilius eſt obtinere excuſationem ab ignorantia iuris, quam ab ignorantia facti; hoc autem deſtruit probabilitatem, cum dicant induci per excluſionem temeritatis. Demum dicit, eſſe effugium reſtringere regulam ad forum externum, cum ex doctrinis Canonum nihil afferri poſſit pro eius reſtrictione. 38

Contra eſt primò, quia hæc regula duas continet partes, prima eſt, quod ignorantia facti excuſat; ſecunda contraria, quod ignorantia iuris non excuſat. *Prima*, ſic explicatur, quod ignorantia inuincibilis, ſeu antecedens actum excuſat à peccato, 39

ignorans

Digitized by Google

ignorans enim antecedenter actum faciendum eſſe peccatum, non eſt reus peccati, ſi illud faciat, quod materialiter eſt peccatum; itaque hoc agitur de ignorantia inuincibili, probabili, & antecedente actum, vt excuſare poſſit à peccato, contra Merendam; ſi enim ignorantia non antecedit actum; ergo illum comitatur cum ſua malitia, & ſic non excuſabit à peccato; antecedens enim ignorantia, ſicut probabilis, & inuincibilis eſt illa, quam nulla malitia antecedit, ex allegatis à Barboſa *ſuper hac regula, num.* 7. *&* 17. ergo ipſa antecedit malitiam actus, vt excuſare valeat à peccato, vnde Merenda errauit negando hanc ignorantium eſſe antecedentem excuſantem factum.

40 Contra ſecundò, quid importat, ignorantem eſſe medium inter voluntarium, & inuoluntarium? Ipſe non explicat, nec datur; quia omnis ignorantia vel eſt inuincibilis, probabilis; & excuſans, vel vincibilis, improbabilis, & inexcuſans, media non datur; ergo nec medius ignorans; medius enim dicitur ignorans ab ignorantia; nec medium inuenio poſitiuum inter voluntarium, & inuoluntarium. Vno igitur modo dicitur ignorans, nempè inuincibiliter reſpectu primæ partis, reſpectu verò ſecundæ dicitur ignorans vno pariter modo, ſcilicet vincibiliter; quia hæc ignorantia iuris, non præſumitur, ſed ſcientia iuris, ac proinde non excuſat, iuxta allegata à præfato Barboſa *n.* 23. vinci ergo, & non vinci, improbabile, & probabile non habent medium; ergo neque hic ſtatuere potuit Merenda medium; neque vlla extat neceſſitas id ponendi, vt probat contra aduerſarios, contra quos præſens regula nullo modo facit.

41 Contra tertiò, quia differentia cur ignorantia facti excuſet, non verò iuris, non eſt maior, vel minor facilitas expellendi ignorantiam, ſed ea eſt; quia leges præſumunt iuſtam ignorantiam in facto, & ſcientiam in iure, ideo ea excuſat, non hæc, ex allegatis à Barboſa, & quandoque facilius expellitur ignorantia in quærenda qualitate facti, quam exiſtentia legis, plures enim circumſtantiæ requiruntur ad iuſtificandum factum, quam ad ſciendam legem, cuius ignorantia repellitur per vnicum actum eius exiſtentiæ. Vnde dato etiam, quod abſit temeritas ab ignorantia iuris, non ideo excuſatur ob eam maiorem difficultatem, quæ non probatur, ſed ſimpliciter non excuſatur; quia præſumitur licentia, non ignorantia. Nec eius illatio eo quod abſit temeritas ſicut non excuſatur, ita nec excuſari à probabilitate excludente temeritatem, quicquam valet; quia nullum eſt argumentum ab ignorantia ad opinionem loquendo præſertim de ignorantia iuris, quæ appellatur improbabilis, & inexcuſabilis; opinio autem includit probabilitatem, & conſequenter inexcuſabilitatem. Loquendo verò de ignorantia facti, quæ eſt inuincibilis, & probabilis, ſicut hæc excuſat à peccato, ita excuſat ignorantia, in quantum habent rationem probabilis.

Contra quartò; quia ea regula propriè eſt pro foro externo, quod acceptat excuſationem facti; quia præſumit ignorantiam probabilem, & bona fide factum fuiſſe; quia nemo præſumitur delinquere, niſi factum ſit euidenter, & de ſe malum. E contra verò non acceptat excuſationem ignorantiæ iuris; quia de eo præſumit ſcientiam, cum leges omnibus ſint promulgatæ; ideo ignorantia allegata non excuſat, niſi probetur. Et in hoc omnes conueniunt, regulam eſſe pro foro externo, maximè quoad hanc ſecundam partem. Nam pro foro conſcientiæ omnes excuſant à peccato, & à cenſuris allegantem ignorantiam iuris, & non tantum facti. Vide Sayr. *l.* 3. *c.* 9. *propoſ.* 9. *&* 10. Bonac. *de peccat. q.* 8 *p.* 3. *n.* 12. Sanch. *l.* 1. *c.* 16. *n.* 9. Suar. *l.* 5. *de legibus, c.* 12. *à n.* 3. 42 43

Duodecimus locus *ex cap.* 4. *de ſent. excom.* Quidam ſe excuſat ab excommunicatione percuſſi, quem ignorabat eſſe Clericum. Papa reſpondet, quod ſi eſt dubium, præſtet illi iuramentum, quod ſi noluerit iurare, debeat abſtinere. Merenda *n.* 160. dicit, ſi probabiliter exiſtimabat non eſſe Clericum, ſi probabilius putabat eſſe talem, non poterat iurare ignoraſſe Clericum; quia magis accedebat ad ſcientem, quam ad ignorantem; ergo eumdeclarat excommunicatum, non obſtante probabilitate ſuæ ignorantiæ, &c. 44

M Contra

45 Contra eſt, quia Papa ſic reſpondet: *Si verò quis in Clericum nutrientem comam manus iniecerit violentas, propter hoc non debet Apoſtolico præſentari conſpectui, nec etiam excommunicatione notari, dum modo ipſum eſſe Clericum ignorauerit.* Poſita ergo probabili ignorantia, quia v.g. nutriebat comam, non habebat tonſuram, nec veſtem Clericalem, ideo vt laicum illum reputauit, non incidit in cenſurã. Subiungit textus: *Vel ſi hoc dubium fuerit, propria manu dumtaxat præſtiterit iuramentum, quod eum eſſe Clericum ignoraſſet, ab illo autem ſi præſtare noluerit iuramentum, quia violentas manus conſtat eum in Clericum inieciſſe, &c.* Quando verò abeſt probabilis ignorantia, & ſolum dubitatur, ſi iurat, ſe ignoraſſe Clericum, non eſt excommunicatus; ſecus verò, eſt, quia contra ipſum præſumitur, cum conſtet Clericum fuiſſe percuſſum. Itaque ex his colligitur non ſolum probabiliorem opinionem, vt in primo caſu, ſed etiam minus probabilem excuſare ab excommunicatione, & à ſacrilegio, ſine quo excommunicatio hæc non incurritur. Dicit textus: *Vel ſi hoc dubium fuerit*, non ex parte percutientis, ſed ex parte aliorum, ad tollendum dubium præſtatur iuramentum. Habes ex his expreſsè Papam approbare vſum probabilitatum; tutius enim erat, hunc ſe tenere reum cenſuræ, & pro tali eum declarare, & tamen oppoſitum conſtat contra Merendam, qui quia vim argumenti cognouit, noluit referre verba textus, vt fecit in omnibus præcedentibus.

46 Decimus tertius locus *Can. 26. ex Synodo Trullenſi*, his verbis: *Presbyterum per ignorantiam non legalibus nuptiis detentum, Cathedram quidem habere, ſed ab officio abſtinere præcipimus.* Merenda *ſub n.* 161. ait, illegitimas nuptias procedere ab ignorantia antecedente, ac proinde peccaminoſa ex Zonara. Obiicit ſibi aduerſariorum reſponſum, qui dicunt, hunc Canonem non pertinere ad ignorantiam probabilem, quod nuptiæ non eſſent illicitæ. Reſpondet primò, terminum ignorantiæ probabilis ſecundum hunc ſenſum fuiſſe excogitatum in fine ſeculi antecedentis; non poſſunt ergo ex eo deducere expoſitionem huius Canonis, niſi oſtenderint tempore huius Synodi ea fuiſſe appellata peccata commiſſa per ignorantiam, in quibus dicunt habere locum hanc probabilitatem, aliis probabiliter docentibus contrarium. Secundò, aliud eſſe Presbyterum moueri ad illicitas nuptias excitatum ad quærendam melius veritatem, vel non, & inter hæc debebat Synodus diſtinguere, &c.

Contra eſt, quia in eo Canone non 47
agitur de ignorantia, & multo minus de opinione probabilibus, ſed ibi ſermo eſt de ignorantia culpabili, vincibili, & improbabili, cum eius ignorantia ibi vocetur iniquitas; ergo non facit ad rem contra nos. Non eſt ergo ignorantia antecedens ſcilicet malitiam nuptiarum, quia eſſet inuincibilis, ſed antecedit aliqualis cognitio, quod nuptiæ etiam tunc erant illicitæ. Illud autem Concilium Trullanum 48
nuncupatum editum fuit circa annum 786. anno 5. poſt 6. Synodum, vt obſeruat Bellarm. *l. 2. de Rom. Pontific. cap. 27. verſ. Eſſe autem hanc Synodum*, à quo & reprobatur; eius Canones referuntur *tom. 3. Concilior. impreſſionis Nicolina Venetiis, fol.* 391. Punitur autem potius propter ignorantiam iuris legalis, quod damnat ſecundas nuptias, vt ibi notat Gloſſ. *V. Legalibus nuptiis*, quam propter tranſgreſſionem Canonis; nam mortua prima vxore tranſierat ad ſecunda vota, vt notatur in caſu. Et ex his patet ad reliqua.

Decimus quartus locus ex Triden- 49
tino in fine, de delectu ciborum, inquit; Paſtores eſſe bonos milites Chriſti, ſi omni diligentia vtantur, vt fideles ſint obſequentes præceptis S. Matris Eccleſiæ. Ita & ego idem dico, non laudo vero quod ſubiungit potius temerè, quam rationabiliter, quod Scriptores opinionum probabilium ſint Angeli tenebrarum decipientes animas fidelium, ſed vitupero ſimilia ab eo dicta in præiudicium tot virorum, qui docent ſano modo vſum opinionum probabiliũ, quæ certè Merenda poſt prandium non potuit intelligere.

Decimus quintus locus ex Bulla 50
Pij IV. *confirmatoria Concilij Tridentini*, habetur ex illis verbis: *Ad euitandam præterea peruerſionem, & confuſionem, quæ oriri poſſet, ſi vnicuique liceret, prout ei liberet, in Decreta Concilij commentarios, & interpretationes ſuas edere.*

Merenda

Digitized by Google

Merenda *ſub num.* 168. ex his arguit tolli vſum probabilium opinionum, dum ex illis oritur peruerſio, & confuſio. Et in omnibus conſtitutionibus adeſt clauſula: *Sublata aliter iudicandi, & interpretandi facultate*, quæ erit ridicula, ſi reſtringatur ad interpretationes carentes probabilitate, &c.

51 Contra eſt, quia triplex eſt interpretatio, Probabilis, Iudicialis, & Legalis ex Gloſſ. *V. Sicut enim, cap. Sicut enim*, 30. 11. *q.*1. Probabilis, ſeu doctrinalis, quæ traditur à Magiſtro, & viro docto: Iudicialis, quam profert Iudex in iudiciis: & Legalis, quæ fit à Legiſlatore, vel interpretatione conſuetudinis. Prior, quæ pertinet ad doctrinam, per quam generantur opiniones ſuper intelligentia viris non prohibentur,
52 ſed paſſim fiunt à viris doctis. In terminis noſtris, non prohiberi declarationes dubiorum, quæ occurrunt obiter ſuper Concilium, iuxta doctrinales interpretationes, docent Rodriguez *tom.*1. *q.*11. *artic.* 3. Sayrus *lib.* 3. *de cenſ. cap.* 35. *num.* 21. Suarez *de cenſ. diſputat.* 23. *ſect.* 7. *num.* 12. cum multis aliis intelligunt prohibitionem afficere eos, qui ex profeſſo Commentarios, & Gloſſas Tridentino affigunt, vt faciunt Gloſſæ ſuper Decretales. Hoc enim modo orirentur confuſiones, ſi Gloſſæ, & Commentaria iudicarentur ac ſi eſſent legales interpretationes, cum non ſint. Clauſula *ſublata*, &c. in primis non eſt in ea Bulla Concilij confirmatoria, deinde iudex iudicat, & ſecundum tenorem legis, & non contra eam iudicare debet, vt exprimit ea clauſula; neque enim impedit quo minus iudex poſſit videre, an allegata habeant locum, ex Farinac. *part.* 2. *deciſ.* 569. Puteo *deciſione* 48. *num.* 6. apud Donatum *Ordinis Prædicatorum, part.*1. *de rebus regul. tractat.* 9. *clauſ.* 11. *num.* 4. Qui verò opinatur, & ſcrutatur probabilitatem in opinionibus, non dicitur Iudex, ſed Doctor opinans ſecundum doctrinam, quæ ſibi apparet vera.

53 Adde, quod non male nonnulli reſpondent, per hanc Bullam prohiberi interpretationes carentes probabilitate, quicquid dicat Merenda ſine ratione; nam reſponſum apertè colligitur ex illis verbis: *Confuſionem, quæ oriri poſſet, ſi vnicuique liceret, prout ei liberet, &c.* Licet 54
quidem interpretari dubia, quæ oriuntur ſuper intelligentia Decretorum Tridentini, non quomodolibet, *prout ei liberet*, ſed opinando probabiliter; qui enim ſic interpretatur doctrinaliter legem, non mouetur pro ſuo arbitrio, & prout vult ſibi complacere, vt importat illud verbum, ſed neceſſario intelligit, & opinatur ſecundum motiua, quæ opinanti repræſentant veritatem probabilem.

CAPVT XV.

An Diuus Auguſtinus in ſententiâ D. Merendæ reprobarit vſum probabilitatum?

POſtquam D. Merenda in Præfatione ſui operis reprobatiui opinionum in moralibus diuerſa iuris Canonici loca attulerit, in quibus exprimitur regula: *In dubiis tutior pars eſt eligenda*, quam putat Achillem ſui intenti, à nobis in præcedenti capite reiectum, quia non habet locum in opinionibus, ſed ſolum in ipſis dubiis, vt ipſamet regula de ſe clarè loquitur; proſequitur ſuum inſtitutum, referendo innumera loca ſanctorum Patrum, per quorum explicationem voluntariam ad proprium fauorem, putat ſe litem viciſſe, cum ſuam fecerit; nam ne vllus quidem locus ab eo citatus ex Patribus pro eo facit, vt legenti patebit; pauca nihilominus referam ex S. Auguſtino, apparentia, quæ tamen benè intellecta nihil pro ipſo faciunt. Duo autem præſtat præ aliis in Præfatione, vnum eſt, quod *à num.* 174. ſe conuertit ad principia Theologica, & naturalia *vſque ad n.* 500. ſed ineptè, quia tempus conterit in congerendis Patrum auctoritatibus, quæ faciunt pro Concionatoribus ad inſtructionem vitæ ſpiritualis, non ad probandum, quod intendit; quia ne verbum

Digitized by Google

quidem faciant de vſu opinionum. Alterum eſt, quod adducit aduerſariorum doctrinas, per quas probant, requiri certum morale iudicium ad honeſtatem operationum, putando per hoc ſe conuincere illos, negando in vſu probabilitatum tale iudicium ſine aliquo fundamento. Deinde in Diſputatione operis
2 initio ponit hoc argumentum. *Probabilis eſt bona regula operandi; ergo proponi poteſt ad operandum petenti conſilium.* Quod vocat fundamentum inſignium Theologorum. Illud autem conatur euertere, probando conſultorem caſus conſcientiæ controuerſi non poſſe proponere probabilem in concurſu pariter probabilis, & multò minus probabilioris ad operandum extra caſum neceſſitatis. Multa refert, & infinitas ſanctorum Patrum congerit auctoritates, quæ ſi ſaltem vocabulum opinionis exprimerent, crederem victoriam reportaſſe contra aduerſarios, ſed quia nec à longè quicquam argui poteſt contra vſum opinionis probabilis, ideo eas referre inutiliter & gratis, reſpondere non curo. Per auctoritates autem Patrum explicat centum loca ſacræ Scripturæ, quæ vult eſſe contra vſum opinionis probabilis, in quibus nec opinionis nomen, nec rei apparet, ideo ea examinare omittam, quia nihil contra nos: Conuerto calamum explicando nonnulla loca D. Auguſtini.

3 Merenda igitur *in Præfat. num.* 177. ex D. Auguſt. *tom.* 6. *in lib. De veritate credendi ad Honoratum, cap.* 11. inquit: *Tria ſunt tibi finitima in animis hominum diſtinctione digniſſima, intelligere, credere, & opinari, quæ ſi per ſe conſiderentur; primum ſemper ſine vitio eſt; ſecundum, aliquando cum vitio; tertium nunquam ſine vitio. Nam qui dicunt, nihil eſſe credendum, niſi quod ſcimus, id vnum cauent nomen opinationis, quod fatendum eſt turpe, ac miſerrimum.* Ex his apparet nomen opinionis ſonare in malam partem, cum nulla detur niſi vitioſa; ergo ſecundum D. Auguſtinum eſt reprobatus vſus opinionum.

4 Contra eſt primò, quia textus D. Auguſtini, eam connexionem non habet; nam poſt illa verba: *Tertium nunquam ſine vitio*, ſequuntur hæc: *Et hoc ad eandem beatitudinem referre debemus*, ſequentia verò verba prout ſuprà referuntur à Merenda, habentur paulò infrà, quæ non ſine myſterio coniunxit cum præcedentibus, à quibus diſiuncta, & remota banctus protulerat, ne quis referat ad myſteria fidei.

Contra ſecundò, opinio relata ad myſteria fidei ſemper eſt cum vitio, 5
quia illa omnino certa ſunt nobis certitudine, & veritate obiectiua; & rei prout eſt in ſe, quia à Deo nobis reuelata prout ſunt in ſeipſis; opinio autem dat nobis cognoſcere obiecta non prout ſunt in ſeipſis; ſed prout apparent vera nobis ſecundum eorum motiua, quæ nobis repræſentant obiectum eo modo; & non ex parte rei, quam cum ignoramus inuincibiliter à nobis ſciri non poteſt, vnde poteſt eſſe quod erramus circa veritatem rei; non ex malitia, & culpa, quia excuſamur propter ignorantiam inuincibilem, ſed tantum ex vitio naturali, quia neſcimus, quod ſcire non poſſumus. Quare cum opinioni ſubeſſe poſſit falſitas, non poteſt applicari myſteriis fidei, niſi cum vitio, & falſitate, quæ non poteſt ſubeſſe illis, cum à prima veritate ſint reuelata, quæ omnia cognoſcit ſicut in ſeipſis ſunt. Et quod hæc explicatio ſit conformis Diuo Auguſtino colligitur ex contextu verborum illorum. *Tertium*, id eſt opinari, *nunquam ſine vitio, & hoc ad eandem beatitudinem referre debemus.* Differentia nimirum propoſita à Sancto Auguſtino referenda eſt ad myſteria fidei, per quæ beatitudinem aſſequi poſſumus, intelligendo ſcilicet ea ſine vitio, quia creduntur ſicut ſunt à parte rei, eo modo quo naturaliter intelligimus obiectum ſicut eſt in ſe; conueniunt ergo intelligere, & credere in diuinis in eo, quod illorum obiectum eſt neceſſarium, & intelligitur, & creditur ſicuti eſt, ac proinde ſine vitio.

Contra tertiò, nomen vitij ibi non ſumitur pro peccato, & culpa 6
Theologica, quæ eſt voluntaria legis tranſgreſſio, ſed pro defectu naturali, quo ignoramus ea, quæ pro

pro viribus noſtris ſcire non poſſumus, vnde ignorantia in ſe ſpectata non eſt peccatum, ſed cauſa
7 peccati ſi ſit culpabilis ex negligentia eorum, quæ quis tenetur ſcire; ſed ignorantia inuincibilis, neque in ſe ipſa, neque ex cauſa ſcilicet negligentiæ, qua caret, eſt peccatum; nec cauſa peccati ſecundum omnes cum D. Thoma 1. 2. *q.* 76. *artic.* 2. Obiectum autem ſcientiæ eſt neceſſarium, & aliter ſe habere non poteſt; & cum per hoc vno tantum modo attingi poſſit, eius intellectio contingit ſine vitio, & ignorantia, quia ſe facit intelligere ſicuti eſt ex parte rei; obiectum vero fidei humanæ, quam Sanctus Auguſtinus vocat credere, & opinionis, ſeu opinari, cum non ſit neceſſarium, ſed contingens, quod aliter ſe habere poteſt, cauſat credere aliquando cum vitio ignorantiæ, quia audiri poteſt ab alio narrante falſum pro vero, quod tamen à nobis ignoratur inuincibiliter, ac proinde cum vitio naturali ſine culpa Theologica accidit; opinari autem ſemper eſt cum vitio, quia cum procedat ex circumſtantiis obiecti contingentis; quod à nobis ſciri non poteſt ſecundum quod eſt à parte rei, adhibita neceſſaria diligentia in inueſtigatione veritatis obiecti, neceſſe eſt, quod ſiſtamus in probabili, & apparente nobis veritate obiecti, non in ſe, ſed prout nobis repræſentatur in ſuis motiuis, & hoc modo Diuus Auguſtinus dixit, credere aliquando contingere cum vitio, quia poteſt eſſe, quod quis nobis narret falſum pro vero, ſine culpa ſi credimus, ſed non ſine vitio; quia res aliter ſe habet; opinari verò ſemper cum vi-
8 tio, quia nunquam ſcire poſſumus veritatem obiecti prout eſt in ſe, & ſi aſſeramus nos ſcire, quod opinamur, ſine dubio erramus, & vitioſi ſumus; quia obiectum contingens à nobis in ſe non eſt ſcibile; ſed tantum opinabile, ideo eius neſcientia appellatur ignorantia inuincibilis, cum ſolo vitio naturali ſine culpa Theologica. Itaque ex his infertur opinionem eſſe quidem cum vitio, aut quia opinans credit ſe ſcire, & tamen reuera non ſcit, aut quia ignorat, quod opinatur, dum non attingit veritatem obiectiuam rei in ſe, ſed tantum apparentem nobis, hoc tamen vitium peccatum, vel culpa non eſt, quia prouenit ex ignorantia inuincibili, igitur opinari contingit ſine culpa moraliter mala.

Contra quartò, Diuus Auguſti- 9
nus ibi reprehendit ignorantes differentiam inter intelligere, credere, & opinari, putantes credere, & opinari eſſe idem, quod ſcire, & intelligere; oſtendendo eis, illos errare, quia ſic ſentientes; credunt aliquando cum vitio, & ſemper cum vitio opinantur, quia vitioſe, & erroneè putant ſe ſcire, quod nec neſciunt, nec poſſunt ſcire; ergo vitioſe ſe habent in his actibus, vt colligitur ex illis verbis: *Vnum eſt opinantium, id eſt, eorum qui ſe arbitrantur ſcire, quod neſciunt.* Vitium ſcilicet eſt eorum, qui opinionem ſuam vocant ſcientiam; vnde paulò infrà idem confirmat his verbis: *In primo autem vitioſorum, id eſt, eorum qui opinantur ſe ſcire, quod neſciunt, eſt profectò vitioſa credulitas.* Credere ergo & opinari ſicut eſt ſcire, & intelligere eſt vitioſa credulitas, quia differunt inter ſe; opinamur autem; & credimus ea, quæ ſcire non poſſumus; vt ſubiungit Sanctus: *Credimus tamen, & ſine vlla dubitatione credimus, quod ſcire non poſſumus, confitemur.* Credere ergo, & opinari eſt habere cognitionem de re, non ſicuti eſt à parte rei, quia id ſciri à nobis non poteſt, quia eſſet intelligere, non opinari, ſecundum quod nobis apparet.

Adducit D. Merenda *ſub nume-* 10
ro 193. aliud Diui Auguſtini teſtimonium *lib.* 1. *Hypognoſt. ſuper primo art.* his verbis: *Mors vita priuatio eſt nomen tantum, non eſſentia, & ideo Deus eius auctor eſſe non poteſt; quicquid enim Deum feciſſe dicimus, habet eſſentiam, & ſpecies eſt.* Hæc auctoritas nihil ad noſtrum facit inſtitutum, & expoſitione non eget, cum inutiliter proferatur ab aduerſario, nihilominus, quia ab ea deduxit inane argumentum, huic reſpondere oportet, vt cognoſcatur eius ineptia. Ex hac igitur Diui Auguſtini

auctoritate, quærit, an opinio habeat eſſentiam, ſi reſpondemus affirmatiuè, vt oportet, ait, nos in multas difficultates coniicere; ſi negatiuè, impiè, vult, nos dicere, placere Deo, quod non fecit, ex Pſal. 103. 31. *Lætabitur Dominus in operibus ſuis.* Dices, ſubdit, hoc nimis probare; quia conuenit operibus cauſatis ab ignorantia inuincibili. Nugaris ait, quia ipſæ operationes diſplicent Deo, licet non puniat eas; quia intentio aliena fuit prorſus à malitia, & ei præmium dat, ſi cum debitis circumſtantiis id fecerit; quia voluntas fuit benè diſpoſita, quod non accidit illis, qui ſequuntur vſum probabilitatum; quia habent facile notitiam contradictionum.

11 Contra eſt, quia auctoritas S. Auguſtini, vt dixi, non facit ad rem, ſed eſt extra lineam argumenti; conſtat enim mortem nihil commune habere cum opinione, quæ eſt actus poſitiuus intellectus, ad cuius productionem Deus ſimul cum intellectu concurrit; habet ergo opinio ſuam eſſentiam, cum ſit actus intellectus à quo procedit.

12 Vellem ſcire à Merenda, cur ait, affirmantem opinionem eſſe quid reale, & ſuam habere eſſentiam, incidere in varias difficultates? Nec ipſe eas ſciret, ſi viueret; quia nullas numerauit, vt erat neceſſarium. Gratis ergo negat, quod omnes verè affirmant. Opinio igitur ſuam habet quidditatem, & à Deo eſt, & Deo placet, quod perſuadetur, non tantum; quia Dei creatura eſt, & hominum prudentum effectus, de quibus dicitur: *Sine me nihil poteſtis facere.* Nulli dubium eſt, hominem opinari, & facere opinionem; ergo neceſſe eſt, quod Deus cum homine concurrat, concurrebat & cum ipſo Merenda, qui opinabatur minus probabiliter, dum impugnabat vſum probabilitatum, experientia erat illi teſtis; ergo gratis negabat quidditatem ipſi opinioni, cui inaduertenter dabat eſſe, dum conabatur noſtram deſtruere.

13 Dum in reſponſione obiectionis, quam ſibi facit, ait, operationes ex ignorantia inuincibili diſplicere Deo, errat manifeſtè, vt ſibi contradicit; quia tales operationes ſunt bonæ ex communi Theologorum, quos citaui *cap. 3. num. 14.* Et bonæ probantur ex ipſo Merenda, dum dicit ex eis operantem conſequi præmium; ergo ex bonis operibus, quia malæ nullum habent meritum; placent ergo Deo ex ſua bonitate, & merito præmij, quod Deus confert operanti ſecundum opinionem probabilem, quamvis aliàs res ex parte aliter ſe haberet. Confirmatur, quia præmiantur opera facta ex conſcientia inuincibiliter errante; ergo à fortiori facta ex conſcientia probabili, quæ iudicat illa honeſta, & bona. Antecedens patet *ex loco præcitato.*

Pluſquam ſexaginta loca eiuſdem S. Auguſtini refert Doctor noſter; ſed quia non faciunt ad rem, cum per illa explicentur diuerſa loca ſacræ Scripturæ ad alium finem, quam ad præſens inſtitutum, omitto illa, quæ potius faciunt pro concionatoribus ad rectè viuendum, & inſtruendum fideles in obſeruatione legis diuinæ, quam ad deſtruendum vſum opinionis probabilis, quod nullus ex Patribus, nec alij hactenus ſomniarunt, præter hos tres iuniores Merendam, Candidum, & Mercorum. 14

Adducuntur ab eodem duo teſtimonia ſacræ Scripturæ, primum ex Ioſuë 1. 7. 8. *Nec declines ab ea ad dexteram, vel ſiniſtram, vt intelligas cuncta, quæ agis.* Sub num. 333. ſecundum verò ſub num. 367. ex Iſaïa: *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum.* Hæ duæ auctoritates videntur deturbare ſectatores opinionum; nam opinantes ſunt ſimiles illis, qui modo tenent vnam opinionem, modo aliam, prout eis libuerit pro eorum intereſſe; id enim eſt declinare à via recta legis, ne illi ſubiiciantur. Quo etiam modo variandi opiniones arguitur id quod dicit Iſaïas, bonum malum, malum bonum; nam prior opinio, quæ in vſu viſa eſt bona, derelicta poſtmodum apparet mala, & è contra; væ ergo ſectatoribus opinionum, qui dicunt eandem opinionem modo bonam, modo malam. 15

Contra eſt, quia qui opinatur neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, à via recta declinat; ſed manens intra lineam viæ bonæ operatur conformiter ad legem, dum prudenter operatur iuxta iudicium à ratione ſibi propoſi 16

propoſitum. Neque in mutatione opinionis de bono tranſit ad malum, neque de malo ad bonum, ſed vel à maiori bono ad minus bonum, vel à minori bono ad maius bonum; dantur enim contrariæ opiniones, quæ ambæ iudicant vtrumque licere ex rationibus probabilibus, quibus ipſæ opiniones denominantur bonæ, & probabiles.

17 Adductis variis ſacræ Scripturæ locis cum explicatione Patrum D. Merenda putat ex illis ſe ſatisfeciſſe ſuæ obligationi, & in totum ſe deſtruxiſſe, & euertiſſe vſum probabilitatum, quibus tamen nullum reuera præiudicium intulit, quia ſacræ Scripturæ, nec earum Interpretes ne verbum quidem de vſu opinionum directè, neque indirectè protulerunt; qua enim ratione ſe iactat deſtruxiſſe fundamenta aduerſariorum, quæ nedùm euertit, ſed nec tetigit.

18 Incipit autem formare *ſub numero* 494. ſuum argumentum his verbis, multis frigidis nihil exercendo, ſed ſignando.

Omnis bona operatio adhæret bono ſyllogiſmo practico; ſed nulla operatio adhærens rectitudini fortiter impugnatæ adhæret bono ſyllogiſmo practico, extra caſus regulæ: Ex duobus malis; ergo nulla operatio fundata ſuper rectitudine fortiter impugnata adhæret extra caſum neceſſitatis. Maior eſt certa: Minor probatur. Nullus ſyllogiſmus eſt bona regula, donec durat ſuſpenſio conſequentiæ ſuæ; ſed talis eſt bonus ſyllogiſmus, qui fit pro operatione fundata ſuper tali rectitudine; ergo. Maior eſt certa: Minor ſic probatur. Nullus ſyllogiſmus eſt bonus, donec fortitur impugnatur aliqua eius propoſitio apud eum, qui eam non defendit fortiter. Sed talis eſt omnis ſyllogiſmus, qui fit pro operatione fundata ſuper hac rectitudine; ergo. Maior eſt clara; Minorem autem experientia probabit; nam in hoc opere fortiter impugnantur omnes doctrinæ, ex quibus hi ſyllogiſmi componentur.

19 Hoc autem argumentum cum ſuis probationibus mihi videtur omnino idem, & facit hunc ſenſum. Syllogiſmus practicus in moralibus fortiter impugnatus non eſt bonus, nec defendere poteſt vſum probabilitatum aduerſariorum; ſed per nos Doctor Merenda hactenus, & infrà fortiter, & ſtrenuè impugnatus eſt ſyllogiſmo probabilitatum; ergo non eſt amplius bonus ſyllogiſmus, quo defendebatur vſus probabilitatum: Reuera hæc eſt vis argumenti D. Merendæ in eo adhuc compendioſus conſiſtentis, quod euerſus eſt, & deſtructus vſus probabilitatum per adducta ab eo in ſuo opere.

20 Contra eſt, quia Merenda in hoc toto ſuo opere in nullo mouit fundamentum ſtabile vſus opinionum probabilium, quomodo ergo illud fortiter impugnauit? Aſſertum à nobis eſt oſtendendum.

21 In primis adduxit eam regulam: *In dubiis tutior pars eſt ſequenda*. Nos loquimur de opinione, & contra adducit regulam de dubiis, diſcurrendo extra lineam; aliud enim eſt opinio, aliud dubium, conſequenter regula pro vno non facit ad deſtructionem alterius, in quo regula locum non habet neque conſeruatiuum, neque deſtructiuum. Probauimus autem *ſub cap.* 14. dictam regulam non habere locum in opinionibus, cum ipſæ non ſint dubia.

22 Deinde impugnauimus ſexdecim motiuorum reſponſa ea propugnando fauore opinionis probabilis, ex quibus apparet eius reſponſa eſſe valde infirma, & debilia, proinde iam exterminata nullam poſſunt habere fortitudinem contra fundamenta aduerſariorum, quæ inconcuſſa remanſerunt.

23 Demum in Diſputatione poſt præfationem adducit centum auctoritates ſacræ Scripturæ ad euertendum vlterius vſum opinionis probabilis, quæ reuera non faciunt pro ipſo, quia per eas nec directè, nec arguitiuè poteſt probare ſuum intentum, ſiquidem in illis nulla fit mentio explicitè, vel implicitè de opinione, vt oſtendam *infrà ſub num*....

Ex his ergo patet D. Merendam ſupponere in ſuo argumento, ſe deſtruere fundamentum aduerſariorum, in quo tota vis ſui argumenti conſiſtit, ſed vix manum extendit, ſed non tetigit.

24 Formato per ipſum ſuo argumento, & per nos nunc demolito, ſubiungit

iungit *ſub num.* 495. Vt autem occurratur fugæ dicentium, ſe non affirmare, quod non ſit bona operatio fundata ſuper probabilitate, ſed dicere, eum excuſari à peccato formali; quoad hos ſyllogiſmus ſic erit formandus: Omnis bona excuſatio à pœna peccati adhæret ſyllogiſmo bono; ſed non eſt talis excuſatio deducta ex probabilitate, extra caſus regulæ, ex duobus malis; ergo excuſatio ducta à probabilitate non eſt bona, &c.

25 Poſtea dicit, *ſub num.* 406. tribus modis poſſe reſpondere aduerſarios. *Primò*, dicendo, ignorantiam probabilem veritatis excuſare à peccato formali. *Secundò*, operans poteſt dicere, licet ego non valeam ſoluere hæc motiua, alius tamen me doctior ea ſoluere poteſt. *Tertiò*, dicendo, quod veritas propoſitionum ſui ſyllogiſmi eſt probabilis, quod ſufficit pro rectitudine operationis. *Singulis reſpondet, vt infrà.*

26 Quod ſpectat ad primum dico, inquit Merenda, ignorantiæ probabilis mentionem eſſe nouam in hoc ſenſu, hoc eſt, quando ſcit, vel ſcire facile poteſt, doctrinam pati grauem oppoſitionem, & per hoc probandam. Eam autem nonnulli deduxerunt ex doctrina principali; quod probabilitas operationis excuſet à peccato mortali; quia eſt bona regula operandi. Id autem eſt petere principium; hanc enim veritatem deducunt ex rationabilitate, ac honeſtate, quam ſupponunt in rectitudine probabili operationis, quod nondum probauerunt, nec probaturi ſunt.

27 Contra eſt, quia licet in opinionibus probabilibus non deſit ignorantia probabilis ex conditione ipſarum, cum ipſæ ſint cognitiones, per quas intellectus opinans iudicat illas probabiles, & arguentes honeſtatem in re agenda, in eo quod cognitiones ſunt rectitudinis rei operandæ, non poſſunt dici ignorantia probabilis earundem cognitionum; tamen quia ignoratur veritas obiectiua rei, prout eſt in ſe, benè dicitur ignorantia inuincibilis excuſans à peccato, ſeu probabilis; quia cum à nobis veritas rei ſciri non poſſit, vt dixi ſuprà ex D. Auguſtino *ſub num.* 8. & 9. nec vinci poteſt, ideo à peccato excuſat ſimul cum opinione, cuius cognitio moralis, & apparens ſuccedit loco ſcientiæ rei, prout eſt in noſtra opinione, & non in ſe. Non eſt ea reſponſio noua, ſed tam vetus, quanta eſt antiqua ratio opinionis; eſt ergo ignorantia probabilis rei prout in ſe, quæ res tantum apparenter ſcitur, & opinatur tantum, quantum neceſſarium eſt, vt inducat probabilitatem, & rectitudinem bonæ operationis. Nec eſt petitio principij dicere, quod probabilitas excuſat à peccato; quia idem per idem non probatur, ſed per diuerſa; nam reuera probabilitas in opinione concepta ex firmis rationibus arguit rei honeſtatem, conſequenter cum in eius operatione non niſi honeſtas actionis appareat, nulli peccato locus erit; ergo probabilitas à peccato excuſat. Gratis demum aſſerit, aduerſarios nondum probaſſe, nec probaturos, eam veritatem deduci ex rationabilitate, quam ſupponunt in probabili rectitudine operationis. Conſtat enim apud ipſos, & ex prædictis, opinionem iudicari probabilem ex ſuis argumentis ſolidis, quam probabilitatem communicat etiam rectis operationibus, cum in practicis opinionem eſſe probabilem nihil aliud importet, quam rem, circa quam opinio 28
verſatur, eſſe licitam, & honeſtam, ac proinde non niſi licitè, & honeſtè fieri poſſe, ſi fiat iuxta iudicium, & circumſtantias, quas opinans repræſentat voluntati, quæ agere debet.

Circa ſecundum *ſub num.* 498 dicit, 29
non conuenire ſuæ modeſtiæ, ſe facere iudicem grandium difficultatum, & per hoc non eſt laudandus magiſter, qui facile dixerit, hæc motiua non poſſe benè ſolui. Verùm non per hoc dicere debet, licet ego non ſoluam hæc motiua, alius tamen me doctior ſoluet; quia tunc ſe iudicem conſtituit, eo autem deterius eſt hoc iudicium, quia ei contradicit præſens ſtatus ſui intellectus, qui primo iudicio fauet. Debet ergo dicere, non inuenio rationem ſoluendi hæc motiua, an alij Doctores inuenturi ſint iudicare non valeo. Dato etiam, quod alter ſoluat motiua, tamen non dixerunt per hanc viam remoueri poſſe impedimentum oriens

Digitized by Google

oriens ex dubio practico, quod non omiſiſſent, ſi putaſſent, hoc probabiliter dici poſſe. Si autem dixeris poſſe operantem ſe ſubiicere conſilio alterius, & id facere, quod ex dictamine proprij intellectus rectè non valet operari; reſpondebo, inquit Merenda, me in diſputatione tot motiuis fortiſſimis impugnaſſe hoc, vt maior ſyllogiſmi practici, quem formabis, tunc fortiſſime impugnetur, & per hoc interim eſt ſuſpenſa eius concluſio; ſoluas ergo ſi poteris, formaliter, & diſtinctè hæc motiua, & deinde operare ſecundum eorum conſilium.

30 Contra eſt, quia multiplicat verba ſine neceſſitate, experientia enim conſtat, & apud viros doctos legitur in eorum operibus in promptu eſſe ſolutiones ad motiua contraria, omnes ferè difficultates in moralibus ſcholaſtice ſunt tractatæ, hoc eſt, cum ſuis argumentis, & ſolutione argumentorum in contrarium. Et parum refert, quod ego ignorans alterius conſilium ſecuturus ignorem etiam quidditatem, & effectus opinionis; ſufficit enim mihi credere viro docto, & pio, dicenti, me ita agere poſſe ſine peccato; ſatisfeci enim meæ obligationi, dum à viro docto, & pio reſolutionem difficultatis petij. Nugatur docendo modum reſpondendi, & dum non vult facere ſe iudicem ex modeſtia, ſui oblitus, iudicat aliorum reſponſum non eſſe bonum, ſed ſuum proprium, dum ait: *Debet ergo dicere, non inuenio rationem ſoluendi hæc motiua. An alij doctiores inuenturi ſint, indicare non valeo.* Formauit ſibi reſponſum iuxta ſuam opinionem, qui non vult opinari, dum inaduertenter malè opinatur. Per hoc enim vult negare, motiuorum ſolutionem, implicitè, imò & expreſsè inſinuando ſua motiua, quæ vocat fortiſſima, eſſe inſolubilia, & verè ſunt inſolubilia in eo ſenſu, quia cum ſint impertinentia ad deſtructionem opinionis probabilis non egent ſolutione. Ridiculum autem eſt dicere, dari argumenta inſolubilia, quia omnia ſolui poſſunt in moralibus, ſicut in naturalibus in materia opinionum.

31 Qui opinionem aliquam fundat, & conſtituit probabilem, ad hoc procedit ſcholaſticè, illam probandò firmis rationibus, adeo quod ille captiuans intellectum ad credendum rationabiliter talem operationem eius opinionis eſſe licitam, & honeſtam, nec aliter iudicare poteſt, quia intellectus mouetur ex rationibus ſibi obiectis ad ſic opinandum, & iudicandum. Si occurrit ratio in contrarium, ſoluere debet, & ſine dubio ſoluet peritus, vt in praxi conſtat apud recentiores, quibus facile eſt reſpondere obiectis per proprias rationes iam ſtabilitas. Neque neceſſarium eſt in firmanda opinione inueſtigare contraria motiua, quamuis optimum ſit; ſed ſufficit eam conſtipare, & corroborare propriis rationibus, quæ illam ſufficienter conſtituunt probabilem, quidquid enim eſt conſtituitur ex ſuis principiis, & non oppoſitis tendentibus ad ſui contrarij deſtructionem.

32 Illud reſponſum: *Neſcio ſoluere argumentum, alter doctior me ſoluet.* Non tollit, nec minuit probabilitatem, quam habet conſtituta opinio, vt patet ex mox dictis, quia probabilitas oritur ex motiuis conſtitutiuis, non ex deſtructiuis, vt notum eſt, ſine alia probatione. Ita Sanchez *l.1. cap.9. num.6.* Sayr. *lib.1. cap.6. num.7.* Vaſquez *diſputat.62. cap.4. n.8.* ex illis Caſtropal. *diſp.2. p.1. n.2.*

33 Demum irrationabiliter negat me poſſe alterius conſilium ſequi in opinione probabili, dum ſe iactat oppoſitum probaſſe fortiſſimis argumentis, quæ reuera fortiſſima ſunt, quia centum auctoritates ſacræ Scripturæ ſunt, toto cœlo aberrantes ab eo, quod intendit, vt etiam notaui *ſuprà ſub n.20.* & dicam infrà iterum.

34 Circa tertium reſponſum tria dicit. Primò, cum ipſe dicat, ſe fortiſſime impugnaſſe nonnullos modos, quibus determinatur probabilitas opinionum, ſubdit, neceſſarium eſſe aduerſariis reſpondere prædictis motiuis negantibus quæſtionem an ſit opinionis, & poſtea aggredi quæſtionem qualis ſit hæc probabilitas.

35 Contra eſt, quia reuera, vt viſum eſt, nullatenus deſtruxit an ſit, nec qualis ſit opinio, cum vtrumque ſubſiſtat inconcuſſum, & quod opinio eſt, & quod illa eſt probabilis continens rectitudinem, cum qua agendum

Digitized by Google

dum eſt ad euitandum peccatum. Itaque quod ipſe aſſerit, nos negamus ex probatis ſuprà, & in præcedentibus capitibus.

36 Dicit ſecundò, aduerſarios pro vſu probabilitatum requirere pro honeſtate operationum, vt præcedat iudicium certum moraliter de illis. Sed illud cum ſuis motiuis iam deſtructum eſt ab ipſo; ergo ceſſat nunc illud iudicium, & probabilitas, non eſt ergo licitum amplius operari ſecundum opinionem probabilem, niſi prius plenè ſatisfactum ſit allatis motiuis.

37 Contra eſt, quia verum quidem eſt, neminem benè operari poſſe, niſi præcedat certum morale iudicium de honeſtate operis faciendæ, hoc tamen iudicium nondum fuiſſe deſtructum à D. Merenda, qui ſe nimis iactat, & dum opinionem deſtruere conatur, opinionem fouet ſuam hanc debilem, & ſine fundamento, patet ex iam dictis; remanet ergo opinio cum ſua probabilitate. Si ſuam opinionem oppoſitam vſui probabilitatum ſuſtinet probabilem in re ab omnibus ferè tùm Antiquis tùm Modernis impugnatam, qua ratione noſtram vix ab eo tactam vult non eſſe amplius in rerum natura, cum radices fixerit nunquam euellendas, ſicut illius nouella planta ſine radice arefacta?

38 Dicit tertiò, ad impediendam certitudinem iudicij honeſtatis nihil referre, quod defectus proueniat à maiori, vel minori ſyllogiſmi practici, quo iuſtificatur operatio. Qui ergo negat poſſe iuſtificari minorem per probabilitatem, idem negat etiam de maiori. Idem eſt ergo negare eſſe licitum vſum probabilitatum in operando, & negare abſolutè licere nobis admittere iudicium probabile honeſtatis operationis, & conſequenter dicere, quod ſufficit iuſtificare propoſitiones probabiliter, ſumit pro certo id, quod eſt in quæſtione.

39 Contra eſt, quia probabilitas opinionis non poſtulat maiorem gradum certitudinis, quam ipſamet exigat, vt vnum alteri cohæreat, opinio enim vt certo probabilis dicatur, exigit circa ſe talem certitudinem quæ illi conueniat & non certitudinem, quæ competit ſcientiæ, cuius certitudo eſt euidens, quia intellectus conformat ſe obiecto vno modo, quia neceſſarium eſt, & aliter ſe habere non poteſt; eius ergo certitudo euidens eſt, & vno tantum modo ſe habet; certitudo vero in opinione, quod ſit probabilis, aliter ſe habet, & eſt in gradu inferiori, ſicut eſt opinio reſpectu ſcientiæ, ac proinde eſt apparens tantum nobis ex motiuis, id exigente obiecto morali, quod contingens eſt, & aliter ſe habere poteſt, vnde cum certo, & euidenter ſciri non poſſit, quia inuincibiliter ignoratur, ſufficit, quod opinio certa ſit in ſua probabilitate, ex D. Thoma 2.2.q.60.art.3. *ad* 1. *In humanis actibus inuenitur aliqua certitudo, non quidem ſicut in demonſtratiuis, ſed ſecundum quod conuenit tali materiæ.* Ex qua certitudine, & probabilitate ſequitur rectitudo, vt honeſtas in operatione, iuſtificantur ergo noſtræ operationes ex eo, quod certi ſumus ex illis opiniones formatas eſſe probabiles, & arguere honeſtatem in operationibus. Certè Merenda æquiuocat à certitudine morali ad euidentem rei, de qua conſtare non poteſt.

Occaſione huius certitudinis neceſſariæ ad iuſtificandam rectitudinem, & honeſtatem humanæ operationis *à num.* 506. incipit enumerare Theologos aſſerentes neceſſitatem huius certitudinis, qui omnes cum ſint contra illum, dum admittunt, nos poſſe ſequi opinionem probabilem, probabiliore relicta, docent, eam certitudinem eſſe quidem moralem, non tamen euidentem directè ſub virtute prudentiæ, vt virtus eſt, ſed ſub ea analogicè tantum, in quantum eſt certitudo nobis probabilis, & pro tali apparens; nec enim poteſt eſſe certitudo euidens innixa veritati obiectiuæ rei, provt eſt, quia non eſſet proportionata opinioni, quæ exigit certitudinem ſibi commenſuratam, & non certitudinem ſcientiæ, cum non ſit ſcientia, ſed in gradu inferiori exiſtens ad illam. 40

Transeamus ad expendendum aliquid ſuper eius diſputatione, relicta eius Præfatione, quam ſufficienter examinauimus hic, & in præcedentibus. Dicit ergo initio Diſputationis, ſe probaturum, non poſſe conſultorem caſus conſcientiæ controuerſi 41

Digitized by Google

uerſi proponere probabiles in concurſu pariter probabilis, & multò minus probabilioris ad operandum, extra caſum neceſſitatis.

42 Proponit autem fundamentum aduerſariorum ſub his verbis: *Probabilis eſt bona regula operandi; ergo is, qui conſulitur ſuper caſu controuerſo poteſt eam proponere ad operandum ei, à quo conſulitur, ſi enim ea per ſe eſt bona regula operandi, cur eam proponere non poterit vti regulam ſecuram operandi?* Hæc ille.

43 Deinde procedit, ſupponendo aduerſarios docere, medicos teneri ſequi opinionem probabiliorem in medendis corporibus, à fortiori in curandis animabus à peccatis, non poteſt ergo conſuli minus probabilis opinio. Et in his multum ſe extendit addúcendo varias auctoritates Patrum, & aliorum perſuadentium fugienda eſſe vitia, & maximam habendam eſſe curam animæ ne pereat, fungẽdo concionatoris officio, & tandem *ſub num.* 25. ſupradictum fundamentum, ſeu ſuppoſitum, vt ait, aduerſariorum explicat, quod ſcilicet probabilis ſit bona regula operandi, ſpeculando abſolutè procedat, operando autem procedat limitate, quia poteſt contingere, vt ille, cui proponis probabilem ad operandum, practicè dubitet circa eam; hanc autem dubitationem excitat ex ſuis lucubrationibus ſe iactando impugnaſſe innumeris motiuis tùm intrinſecis, tùm extrinſecis vſum probabilitatum, quas legendo vir doctus non poterit non dubitare.

44 Oportet modo ad prædicta, licet nullius momenti, reſpondere, & dico, illud ſuppoſitum eſſe verum, quamuis ab eo ſteriliter prolatum. *Probabilis eſt bona regula operandi.* Quid eſt hoc *probabilis* ſolitariè acceptum? Nonne bona regula operandi eſt probabilis? Quis hoc negabit? certè nemo. Imò eam augebit, quod non ſolum eſt probabilis, ſed certa certitudine infallibili virtutis prudentiæ, quæ docet, regulam bonam operandi nonniſi bonum effectum producere in operante. Eſt ergo regula bona non ſolum probabilis, verum etiam certiſſima certitudine obiectiua ad benè operandum. Hoc tuum *probabilis*, eſtne ſubiectum huius propoſitionis, an prædicatum? Secundum mox dicta apparet prædicatum bonæ regulæ ſubiecti, cur ei proprium locum non aſſignaſti? Si ſubiectum provt iacet; ſumendum erat ſubſtantiuè hoc modo. *Probabilitas eſt bona regula operandi*, non ſolæciſmando maſculinum pro neutro.

Hoc ſuppoſitum modo examinatum in ſuis terminis diſtinguit, vt 45 ex eo notaui ſuprà; procedere abſolutè in ſpeculando, limitate verò in operando, quia poteſt eſſe vt operans dubitet. *Contra eſt*, quia hic ſermo eſt non de mera ſpeculatione, ſed de intelligentia honeſtatis operis faciendi; ergo illud ſuppoſitum verùm per ſe ſpeculatiuè, tale quoque eſt practicè, quia eius finis potiſſimùm eſt praxis, cum ordinetur ad opus. Nec ea ratio de dubitatione ſubſiſtit; quia illam fundauit ſuper ſuis motiuis, per quæ putauit deſtructum fuiſſe ab eo vſum probabilitatis, quod verum nullo modo eſt, vt conſtat ex ſupradictis. Confirmatur, quia iudicium practicum, quod eſt bona regula operandi conformatur ſpeculatiuo ex probatis *cap.* 2. *numero* 6. *cap.* 13. *à num.* 4. *ad* 13. *&* 75. ergo dictum ſuppoſitum eſt verum ſimpliciter.

Circa Medicum corporis, dixi *c.* 7. 46 *num.* 50. *&* 51. Canonicum dici medicamentum etiam reſpectu opinionis probabilis. Vel dic cum ſequentibus, illum debere medicinam certam, ſi ea caret, probabiliorem, relicta minus probabili præbere, aliter ægrotum exponit euidenti periculo mortis, cum incertum remedium poſſit eſſe mortiferum, agendo contra charitatem, & fidelitatem ſui officij, quod infideliter exercet contra infirmum, qui ſe commendauit ſuæ curæ. Ita Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 38. Sayr. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. Layman, Azor. Caſtropal. Vaſquez, quos pro ſe citat Vericellus *tract.* 2. *q.* 42. *&* 43. Nec inde ſequitur pro cura animæ neceſſarium eſſe ſequi tutiorem opinionem, aut probabiliorem, relicta minus probabili. Lata enim eſt differentia inter medicinam corporis, & animæ; nam remedium pro ſanando corpore, quod non cognoſcitur certum, & aptum ad ſanandum, ipſo iure eſt improbabile, cum potius mortem,

Digitized by Google

mortem, quam ſanitatem ſit allaturum, ideo non poteſt poni à medico in vſu. Remedium verò animæ conſiſtens in vſu opinionis, ſuam certitudinem moralem habet ſecundum magis, & minus, quod allaturum eſt ſanitatem, hoc eſt, excuſationem à peccato, cum qualecumque illud ſit, ſiue probabile, ſiue probabilius, contineat in ſe ſecuritatem à peccato, dum operans ſecundum bonam regulam probabilitatis non poſſit non benè operari.

47 Ad reprobandam ſupradictam conſequentiam de ſequendo alterius conſilio producit in medium centum motiua ex ſacra Scriptura; aliqua referam, vt ex illis lector iudicet, quid valeant reliqua ad impugnandam dictam conſequentiam, quam potius confirmant, quam infirment.

48 Primum refert *ſub num.* 130. ex Eccl. 37. 20. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te, ante omnem actum conſilium ſtabile.* Probabilitas, de qua agitur, tendit per ſe ad verum, & falſum; ergo per ſe non continet verbum verax.

49 Reſpondent pro me Ianſenius, & Cornelius à Lapide, quos pro ſe citat Merenda eiſdem ferè verbis: *Ante omnia opera tua & omnem actum tuum præcedat te verbum verax, quo certis rationibus diſcas, ſiue in teipſo, ſiue ex aliorum conſilio facti tui rationem. Idem vocat conſilium ſtabile, quod firmis nititur rationibus, & ſtabili animo ſit exequendum.* Nulli dubium eſt, conſilium datur ab opinante probabiliter eſſe ex opinione veraci, & ſtabili, cum procedat ex firmis rationibus, vt docent vnanimiter omnes ſectatores opinionis probabilis; ex hoc enim appellatur probabilis, quia ſolidis rationibus firmatur.

50 Nec verum eſt, quod tendat per ſe ad verum, & falſum; nam ex ſua probabilitate non poteſt non tendere in verum, in eo quod intellectus per eam iudicat de honeſtate rei agendæ, ac proinde de ſe non tendit ad falſum, ſed ſolum ad verum, vt patet etiam ex eius definitione *cap.* 5.

51 Secundum Eccl. 21. 14. *Scientia ſapientis tanquam inundatio abundabit, & conſilium illius ſicut fons vitæ permanet.* Longam hic facit homiliam nihil ad rem obiiciendo aduerſariis contra quos hæc auctoritas non eſt; imò pro nobis facere poteſt; ſicut enim ſcientia ſapientis abundat in conſiliis, quæ ſunt fons vitæ, ita opinio opinantis refertur ad bonum conſilium, in quo, qui conſilium petit ſecurus permanere poteſt.

Sed ne tempus in vanum conteramus, ſufficiant pro exemplo hæc duo teſtimonia, quæ vir doctus ſpeculando aſſerit nullum præiudicium afferre opinioni probabili, quia de ea nullam mentionem faciunt nec explicitè, nec implicitè ſequentia motiua, quæ in medium produxit. 52

CAPVT XVI.

An D. Thomas reprobauerit Opinionem probabilem?

DOctor Merenda in fine Diſputationis de Conſilio apponit Appendicem primam, in qua expenduntur doctrinæ S. Thomæ clarè (inquit) oſtendentes, eum repudiaſſe vſum probabilitatum receptum hoc ſæculo. 1

Primo autem loco inducit *art.* 13. *quodlib.* 8. eiuſdem Sancti Thomæ conceptum his verbis: *Vtrùm, quandò diuerſæ ſunt opiniones de aliquo facto, ille qui ſequitur minus tutam peccet, ſicut de pluralitate præbendarum?* Explicat Merenda hunc titulum, in eo nomen, *minus tutam*, referri ad opinionem probabilem, quia tunc probabilis erat opinio negans pluralitatem præbendarum, eſſe per ſe malum, *ex quodlib.* 9. *art.* 15. 2

Contra eſt primò, quia Doctor Merenda conuincitur mendacij; non enim habet illum titulum articulus S. Thomæ, *in Codice impreſſionis Nicolina Veneta* 1593. *tom.* 8. ſed hunc: *Vtrùm ille, qui habet plures præbendas, peccet?* Ex modo initiandi ſuum commentum, & ad ſuum ſenſum trahendi D. Thomam quiſque arguere poteſt, an Sanctus repudiauerit opiniones probabiles, an verò eas fuerit ſectatus, vt hoc poſterius magis infrà patebit. *Secundò*, ſibi contradicit, dum initio dicit vſum probabilitatum receptum fuiſſe hoc ſeculo, & 3

modo

modo ait tempore D. Thomæ, probabilis erat opinio, quæ docebat non eſſe per ſe malum habere plures præbendas. His præmiſſis oſtendentibus mendacium, & contradictionem in Merenda. Neceſſarium eſt ad verbum referre totum articulum S. Thomæ, qui eſt talis.

4 *Contra tertium ſic proceditur, videtur, quod ille, qui habet plures præbendas, peccet ex hoc ipſo, quod opiniones Magiſtrorum ſunt in contrarium. Quicumque enim ſe committit diſcrimini in his, quæ ſunt ad ſalutem, peccat; ſed iſte ſe committit diſcrimini vt videtur, cum faciat contra multorum peritorum ſententiam; ergo videtur, quod peccet.*

5 *Sed contra: Poteſt eſſe, quod in tali caſu aliquis adhibet diligentiam, inquirens an habere plures præbendas ſit licitum, nec inuenit aliquid, quod eum moneat ad hoc quod ſit illicitum; ergo videtur, quod ſine peccato poſſit plures præbendas habere.*

6 *Reſpondeo dicendum, quod duobus modis aliquis ad peccatum obligatur, vno modo faciendo contra legem, vt cum aliquis fornicatur. Alio modo faciendo contra conſcientiam, & ſi non ſit contra legem, vt ſi conſcientia dictaret alicui, quod leuare feſtucam de terra ſit peccatum mortale. Ex conſcientia autem obligatur aliquis ad peccatum, ſiue habeat certam fidem de contrario eius, quod agit, ſiue etiam habeat opinionem cum aliqua dubitatione.*

7 *Illud autem, quod agitur contra legem ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc, quod eſt ſecundum conſcientiam; & ſimiliter quod eſt contra conſcientiam eſt malum, quamuis non ſit contra legem. Quod autem nec conſcientiam, nec contra legem, eſt, non poteſt eſſe peccatum.*

8 *Dicendum eſt ergo, quod quando ſunt duæ opiniones contrariæ de eodem, oportet eſſe alteram veram, alteram falſam.*

9 *Aut ergo ille, qui facit contra opinionem Magiſtrorum, vtpote, habendo plures præbendas facit contra veram opinionem, & ſic cum faciat contra legem Dei non excuſatur à peccato, quãuis non faciat contra conſcientiam ſic enim contra legem Dei facit.*

10 *Aut illa opinio non eſt vera, ſed magis contraria, quam iſte ſequitur, ita quod verè licet habere plures præbendas. Et tunc diſtinguendum eſt, quia aut talis habet conſcientiam de contrario, & ſic iterum peccat, contra conſcientiam faciens, quamuis non contra legem; aut non habet conſcientiam de contrario, ſeu certitudinem, ſed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum, & ſic ſi manente tali dubitatione plures præbendas habet, periculo ſe committit, & ſic proculdubio peccat, magis amans beneficium temporale, quam propriam ſalutem.*

Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non cõmittit ſe diſcrimini, nec peccat. Vnde patet ſolutio ad obiecta. Vide *infr. ſub c.* 25. 11

Hæc ſunt formalia verba D. Thomæ, quæ volui referre, vt vnuſquiſque iudicet; an ipſe ſanctus per hunc articulum repudiauerit opinionem minus probabilem, vt vult Merenda, & ante ipſum D. Candidus, contra quem egi in præcedentibus; an verò vſum probabilitatum amplexus fuerit, vt probatur euidenter ab eo hic præſertim extremis verbis, dum excluſa dubitatione concludit ex contrariis opinionibus, neminem ſe committere diſcrimini, nec peccare. Quænam ſunt iſtæ opiniones contrariæ? Certè ſunt; vna, habere plures præbendas eſt licitum; altera, habere plures præbendas non eſt licitum; ergo ſequens hanc opinionem poſteriorem debet vnam dimittere, nec de ipſo intelligi poſſunt ſequentia verba: *Et ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Quia nulla eſt occaſio in hoc poſteriori ſenſu diſcriminis, aut peccati, cum vnica retenta dimittatur altera. Vnde ea verba referuntur magis ad primam; qui enim ſine dubitatione prudenter opinatur licere plures præbendas, non ſe committit diſcrimini, nec peccat, licet alias eſſet occaſio dubitandi, quia probabilis opinio tollit omnem dubitationem. Certum autem eſt, quod probabilius eſt tenere eſſe illicitum habere plures præbendas, quam opinari eſſe licitum, quod eſt minus probabile, & nihilominus S. Thomas concludit ſic opinantem licere non committere ſe diſcrimini, & peccato; ergo fauet opinioni minus probabili. Confirmatur, quia Sanctus non loquitur de vna tantum opinione circa præbendas, ſed de contrariis ſupradictis, & concludit vtramque amplecti poſſe ſine diſcrimine. 12

Merenda ex 1. argumento, quo probatur eum peccare, qui habet plures præbendas ex contrarietate opinionũ Magiſtrorum, infert ex huiuſmodi contrarietate, eligendã eſſe tutiorem. 13

Digitized by Google

14 Contra eſt, quia Doctor debebat ſcire, ſi hoc non ſimulauit, argumenta primo loco poſita ex more antiquo Magiſtrorum nihil concludere ſecundum ſententiam auctoris, vt in confeſſo eſt apud omnes. Quare ex hoc argumento non debebat inferre ſententiam S. Thomæ, qui tandem concludit, vt vidimus, vtramque opinionem licere, ſecluſa dubitatione. Et per ſup. addicta dicit, patere ſolutionem ad obiecta, quæ ſcilicet continetur in illo primo argumento.

15 Ex ſecundo argumento *ex §. Sed contra*, Merenda ſic arguit: Apertè autem D. Thomas ſic argumentando ſenſit, quod eſt illicitum ſequi opinionem excludentem ab actu controuerſo peccatum, quando habet aliquid eum mouens ad hoc, quod id ſit illicitum, ac proinde habuit pro explorato non ſufficere, quod apprehendas pro manifeſta probabilitatem opinionis excludentis ab eo actu peccatum; cum ſint valde diuerſa putare opinionem negantem ibi eſſe peccatum, eſſe probabilem, & nihil habere, quod moueat ſuum intellectum ad opinandum, ibi adeſſe peccatum mortale.

16 Contra eſt, quia ſtylus S. Thomæ eſt in primis proponere argumentum contra id, quod ipſe vult tenere, & ſubſequenter quod vult ſequi, exponit per eam clauſulam: *Sed contra*, vt facit hic, quod deinde in ſua reſponſione per verbum, *Reſpondeo*, declarat quæſtionem, & reſoluit, vt patet in ſupradictis; ſecundum ergo eius argumentum concludit, quod ſine peccato quis poteſt habere plures præbendas; quia nihil inuenit, quod poſſit mouere ſuum intellectum, quod hoc ſit illicitum. Pro eodem ergo accipiuntur, opinionem negantem peccatum eſſe probabilem, & nihil habere, quod moueat intellectum ad opinandum eſſe peccatum mortale; nam diligentia adhibita opinionem reddit probabilem, vbi nullum eſt peccatum.

17 Explicat deinde *ſub num. 6.* ea verba: *Ex conſcientia autem aliquis obligatur ad peccatum, ſiue habeat certam fidem de contrario eius, quod agit, ſiue etiam habeat opinionem cum aliqua dubitatione.* Dicit hic, Diuum Thomam clarè ſenſiſſe, conſcientiam in vtroque caſu pariter ligare. Id non nego, ſed quid inde? ſiue ergo certam fidem habeat, ſiue opinionem, agendo contra conſcientiam erroneam peccat; quia illa præualet illi credulitati, & opinioni non ſtabili, dum qualificatur ab illa dubitatione nullam habet certitudinem ſuæ probabilitatis, vnde opinio non eſt propriè accepta, quicquid dicat Merenda ſine ratione, & contra mentem D. Thomæ, qui excludit à vera opinione dubitationem, vt patet in fine articuli.

Nomen conſcientiæ, de quo *in §. Illud autem*, Merenda *ſub num.* 7. dicit, Sanctum Thomam non reſtrinxiſſe ad erroneam, & temerariam, quod eſt ipſum redarguere, quod putarit appellatione conſcientiæ ſimpliciter enuntiatæ, intelligi debere de erronea; nec id conueniebat ſubiectæ materiæ, cum ageret de ſequente opinionem minus tutam; aliud enim eſt dicere, opinionem eſſe minus tutam, & eam non eſſe probabilem; ergo clarè aduerſatur doctrina D. Thomæ recentibus Scriptoribus dicentibus, conſcientiam eius, qui operatur contra legem, ſic informari ex reflexione ſuper probabilitate opinionis ſpecificantis actum pro licito, vt id ei non imputetur ad peccatum. 18

Contra, quia parum refert, quod Sanctus agat de vna conſcientia, non de alia, conſtat autem *ex §. Reſpondeo*, exemplificaſſe de feſtuca leuata à terra, quod ſit peccatum, pertinere ad conſcientiam erroneam. In hoc autem §. dicitur quod agens contra legem, nec excuſatur per hoc, quod eſt ſecundum conſcientiam, intellige improbabilem; quia agens ſcienter contra legem, conſcientiam non habet rectam, ſed nec opinantem; quia opinio probabilis non eſt contra legem, ſed eam ſequitur. Quod eſt contra conſcientiam eſt malum, quamvis non ſit contra legem, vt leuare feſtucam eſſe peccatum mortale, non eſt contra legem; ergo hic ſermo eſt de conſcientia erronea, & temeraria. Doctrina autem D. Thomæ non aduerſatur ſequentibus opinionem probabilem, quia ea nulli aduerſatur legi, ſed eſt ei conformis. 19

Sub num. 8. ponit concluſionem D. Thomæ: 20

Digitized by Google

D. Thomæ: *Dicendum eſt ergo quando ſunt duæ opiniones contrariæ de eodem, oportet alteram eſſe veram, & alteram falſam.* Nota, inquit Merenda, contra eos, qui dicunt, alteram ex opinionibus contradictoriis eſſe veram ſpeculatiuè, aliam verò practicè, nam D. Thomas id dixit reſpectu operationis.

21 Contra eſt, quia nos diximus concordare ſpeculatiuum, & practicum *cap.2.n.6.cap.13.n.4. ad decimum tertium, & num.*75. Nec quicquam aliud ab expreſſo colligi poteſt ex D. Thoma, niſi quod opiniones contrariæ ita ſe habent, quod vna exiſtente vera, altera eſt falſa, exempli gratia, ſi verum eſt licere pluralitatem præbendarum, falſum eſt, illam eſſe illicitam, in eodem.

22 Pergit D. Thomas inquit Merenda *ſub num.* 9. *Aut ergo ille, &c.* Abſolutè D. Thomas, ait, damnat operantes contra legem Dei prætextu opinionis Magiſtrorum aſſerentium, id non repugnare legi Dei, quia hoc non efficit, quin id ſit contra legem Dei. Cùm autem multum referat, temere, vel probabiliter id docere Magiſtros, cur ſanctus dixit id ſimpliciter non diſtinguendo inter hæc? Nihil allegabis dignum S. Thoma, niſi quod ratio ab eo allegata ſemper militat, quod ſcilicet opinio contradicentium ſuæ opinioni non permittit adeſſe ignorantiam inuincibilem, durante conflictu Magiſtrorum ſuper exiſtentia peccati in eo actu, & per hoc ignorantia vincibilis eſt.

22 Contra eſt, quia D. Thomas oppoſitum docet, dum dicit; illum peccare contra legem Dei, qui habet plures præbendas contra veram opinionem Magiſtrorum, ſi tamen eſt vera, non peccare vero contra conſcientiam; quia talem conſcientiam non habet, cum nullam opinionem ſequatur, dum retinet eas contra opinionem Magiſtrorum. Et hic nihil contra nos; quia cum non faciat contra conſcientiam, nullam ſequitur opinionem, vt fit in ſequenti parte, conflictus ergo opinionum parum refert, cum hic non agatur de vſu opinionis, vt mox patebit.

23 Pergit Merenda *ſub num.* 11. referre textum D. Thomæ: *Aut illa opinio non eſt vera, ſed magis contraria, quam iſte ſequitur ita quod verè licet habere plures præbendas; & tunc diſtinguendum eſt.* Diligenter, inquit, perpendenda eſt hæc doctrina, quia oſtendit, quam multi abuſus introducantur ſub clypeo opinionis probabilis. Sed irrationabiliter loquitur attento textu prædictorum verborum, quæ potius ſupponunt vſum licitum opinionis probabilis, quam eum deſtruant.

Proſequitur textum: *Aut talis habet conſcientiam de contrario, &c.* Diſtinguit S. Thomas inter habere certitudinem, & non habere conſcientiam, quare peccant contra conſcientiam non habentes pro certa opinionem negantem peccatum, & per hoc qui non ſunt apti examinando motiua opinionum, peccabunt operando iuxta eam, ſi intellexerint eſſe grauem conflictum Magiſtrorum, quia non poſſunt habere certitudinem de opinione negante peccatum in actu. 24

Contra eſt, quia textus per *conſcientiam de contrario* intelligendus eſt de conſcientia dubioſa, ſecundum quam non licet operari, ſine peccato. Si verò non habet conſcientiam ſcilicet dubiam, ſed certitudinem, id eſt, opinionem cum quadam dubitatione ex contrarietate opinionum, peccat manente ea dubitatione, quia vera non eſt opinio, nec ſuam habet probabilitatem, cum ſit coniuncta conſcientia probabilis cum dubia, ideò peccat, nec id procedit ex conflictu opinionum, ſed ex mixtione vtriuſque conſcientiæ. Itaque hactenus ſanctus Doctor nihil dicit contra opinionem probabilem, cum de ea propriè accepta vſque modo nihil dixerit, vt mox videbimus. Qui autem conſilium petit, credendo conſultori pio, & docto, benè operatur, licet non intelligat motiua ex ſua incapacitate, ſufficit enim quod credat non hæſitando. 25

Sub num. 50. refert extrema verba S. Thomæ, quæ pro nobis faciunt. *Aut ex contrariis opinionibus in nullam inducitur dubitationem, & is non ſe committit diſcrimini, nec peccat.* Dicit hic Merenda, quod D. Thomas apertè docet id, quod ſacri Canones docent, 26

in dubiis partem tutiorem eſſe ſequendam.

28 Contra eſt, quia D. Thomas hic manifeſtè docet, nos poſſe ſequi alteram ex contrariis, ſecluſa dubitatione peccandi; quia ſequens alteram ex illis, ſcilicet retinendo plures præbendas, vel dimittendo, non peccat; ergo docet, nos poſſe ſequi eam opinionem, quæ nobis placet, nulli dubium eſt Clerico placere pluralitatem beneficiorum; ergo hanc ſequi poteſt, & tamen hæc opinio eſt minus tuta, quam altera, in qua nulla eſt occaſio dubitandi, ſicut poteſt eſſe in alia; quia tamen ex ſua probabilitate verè detergitur omnis vmbra peccati; ideo ſequens illam nulli ſe committit diſcrimini peccandi, excluſa ergo dubitatione licet retinere plures præbendas, quæ non licent cum ea dubitatione, vt dixit paulò ante.

29 Confirmatur primò, ex eodem Sancto Thoma, qui iterum agit de hac quæſtione de pluralitate præbendarum quodlib. 9. artic. 15. *Vtrùm habere plures prebendas ſine cura animarum abſque diſpenſatione ſit peccatum mortale?* Circa id multa dicit, ſolum duo noto, primum dicit hæc notatu digna: *Omnis quæſtio, in qua de mortali peccato quæritur, niſi expreſſe veritas habeatur, periculoſe determinatur; quia error, quo non creditur eſſe peccatum mortale, conſcientiam non excuſat à toto, licet fortè à tanto. Error verò, quo creditur eſſe mortale, quod non eſt mortale, ex conſcientia ligat ad peccatum mortale.* Hic ſermo eſt de errore coniuncto cum ignorantia vincibili, quæ non excuſat à peccato. Merenda *ſub numero* 35. *& ſeq.* multa congerit, quæ ad rem non faciunt, ideo omittuntur. Secundum notabile eſt, quod propè finem quæſtionis habet hæc: *Si autem antiqua iura ſunt per conſuetudinem abrogata, tunc prædictis circumſtantiis ſuperuenientibus etiam ſine diſpenſatione licitum eſt habere plures prebendas, ſine quibus circumſtantiis licitum non eſt, quantumcunque diſpenſatio interueniat, eo quod diſpenſatio humana non tollat ligamen iuris naturalis, ſed ſolùm ligamen iuris poſitiui, quod per hominem ſtatuitur, & per hominem diſpenſari poteſt.* Ex his clarè patet, Sanctum Thomam approbare opinionem minus probabilem, & tutam de pluralitate præbendarum contra aliam oppoſitam probabiliorem, & tutiorem de vnica præbenda ſingulis Clericis.

Confirmatur ſecundò. Idem ſanctus Doctor quodlib. 3. art. 10. *Vtrùm diſcipuli ſequentes diuerſas opiniones Magiſtrorum excuſentur à peccato erroris?* 30

Ad ſecundum proceditur. Videtur, quod auditores diuerſorum Magiſtrorum tenentium diuerſas opiniones, excuſentur à peccato erroris, ſi opiniones Magiſtrorum ſuorum ſequantur. Dicit enim Dominus Matthæi 23. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia, quæ dicunt vobis ſeruate, & facite. Multo ergo magis ſeruanda ſunt illa, quæ traduntur à Doctoribus Sacræ Scripturæ; ergo non peccant, qui eorum opiniones ſequuntur.* 31

Sed contra eſt, quod dicitur Matthæi 15. *Si cæcus ducatum cæco præſtet, ambo in foueam cadunt; ſed quicumque errat, cæcus eſt in quantum errat; ergo quicumque ſequitur opinionem errantis Magiſtri in foueam peccati cadit.* 32

Reſpondeo dicendum, quod diuerſæ opiniones Doctorum Sacræ Scripturæ, ſi quidem non pertineant ad fidem, & bonos mores, abſque periculo auditores vtramque opinionem ſequi poſſunt. Tunc enim habet locum, quod Apoſtolus dicit ad Romanos 14. *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. In his verò, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores nullus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius Magiſtri, in talibus enim ignorantia non excuſat, alioquin immunes à peccato fuiſſent, qui ſecuti ſunt opinionem Arrij, Neſtorij, & aliorum hæreticorum; nec poteſt excuſationem habere propter ſimplicitatem auditorum, ſi in talibus erroneam opinionem ſequatur. In rebus enim dubiis non eſt de facili præſtandus aſſenſus, quinimò, vt Auguſtinus dicit in libro tertio, de doctrina Chriſtiana: Conſulere debet quis regulam fidei, quam de Scripturarum* 33

planiori

planioribus locis, & Eccleſiæ auctoritate percepit. Qui ergo aſſenſit opinioni alicuius Magiſtri contra manifeſtum Scripturæ teſtimonium, ſiue contra id, quod publicè tenetur ſecundum Eccleſiæ auctoritatem, non poteſt ab erroris vitio excuſari.

34 *Ad illud ergo, quod in contrarium obiicitur, dicendum, quod ideo præmiſit: Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Quod poſtea ſubdit: Omnia, quæ dixerint vobis, ſeruate, & facite; de illis intelligatur, quæ ad Cathedram pertinent, ad quam non pertinent, quæ ſunt contra fidem, vel bonos mores.*

35 Colligitur ex his, D. Thomam non repudiaſſe vſum opinionis probabilis, ſed commendaſſe, extrà fidem, & bonos mores, illis verbis: *Abſque periculo auditores vtramque opinionem ſequi poſſunt.* Habent ergo libertatem eligendi eam opinionem, quæ ſibi magis placet, & hoc abſque periculo peccandi. Res eſt clara, nulla indiget probatione, neque perſuaſione, quod Angelicus Doctor aliter ſenſerit.

36 Doctor Merenda conatur euertere textum D. Thomæ, ait enim *ſub num.* 29. quod in actu ſpeculatiuo quæritur bonum intellectus; in operatione verò bonum voluntatis, cum meritum, & demeritum operationis ad eam ſpectet. Voluntati verò ad merendum non eſt ſatis; quod res ſit eligibilis ex genere, ſed opus eſt, vt hic, & nunc ſit eligibilis. Et per hoc dixit S. Thomas, eum peccare, qui operatur ſecundum opinionem in ſe veram; quando eam non apprehendit velut certam; circumſtantiæ enim ſunt conſiderandæ circa operationem, quas cognoſcit iudicium practicum, non autem ſpeculatiuum, & per hoc plus eſt operari ſecundum aliquam opinionem, quam aſſentiri ſpeculando huiuſmodi opinioni.

37 Contra eſt, quia Sanctus hic apertè, vt vidimus, approbat opinionem probabilem, nec adducta à Merenda aduerſantur nobis; quia verum quidem eſt, quod ad meritum requiritur electio boni hic, & nunc, conſideratis omnibus eius circumſtantiis, quod ſpectat ad voluntatem, quæ tamen ſine intellectus ſpeculatione agere non poteſt, ideo vtriuſque concurſus ad benè merendum neceſſarius eſt, ſpeculando, & practicando, vnde nihil contra nos.

Quod ſubiungit, D. Thomam aſſerere, eum peccare, qui operatur ſecundum opinionem in ſe veram, quando eam non apprehendit velut certam, non prouenit ex eo, quod circumſtantias non conſiderauit ſpeculando, id enim falſum eſt; nam qui operatur licitè ſecundum opinionem probabilem, ſupponitur omnia neceſſaria conſideraſſe; ideo autem dicitur à D. Thoma peccare, quia non operatur ſecundum veram opinionem à ſe conceptam, quamvis alioquin ex ſe eſſet vera, quia per interpoſitam dubitationem non dicitur vera, ſed potius falſa, reſpectu concipientis illam ſub ea dubitatione, potius voluntaria, quam neceſſaria. 38

Ait præterea Merenda ibidem, quod ſunt notanda verba Diui Thomæ hæc: *In rebus dubiis non eſt de facili præſtandus aſſenſus.* Si enim dubium accipias rigoroſe, eius doctrina multò magis vrget, quando eſt probabilius, operationem continere peccatum, & per hoc redarguit doctrinam recentiorum dicentium ſufficere, quod contraria ſit probabilis, vt recedamus à probabiliore, tunc enim præſtatur aſſenſus facile, cum hic ſit infimus modus aſſentiendi ſecundum omnes. Si verò intelligas dubium large, prout ſignificat doctrinam patientem eam difficultatem, quam plenè non vales ſuperare, tunc D. Thomas clarè docet, non ſufficere ad eligendam opinionem, quod eam apprehendas vt probabiliorem, ſed neceſſarium eſt vti mediis tibi occurrentibus ad veritatem aſſequendam, quod deſtruit vſum probabilitatum. 39

Contra eſt, quia verum licet ſit in dubiis non eſſe de facili præſtandum aſſenſum, id tamen locum non habet in opinionibus, in quibus benè, & prudenter conſtitutis; aſſenſus præſtatur, non de facili, id eſt, inconſideratè, & imprudenter, ſed ex matura deliberatione opinionis ſtabilitæ iam in ſua probabilitate. Vnde ſectatores opinionum, non dicunt ſuffi- 40

Digitized by Google

cere, quod contraria ſit probabilis, vt recedatur à probabiliore, ſed prius debet conſtare de eius probabilitate firmata ſolidis rationibus; non ergo de facili, & imprudenter præſtatur illi aſſenſus, licet libenter ea amplectetur, non tamen inconſiderate, quia opinio probabilis non fit talis per ſolam apprehenſionem, & denominationem huius prædicati, quod ſit probabilis, ſed talis prius conſtituitur per ſua motiua, à quibus qualificatur probabilis. Non eſt ergo infimus, & vilis modus aſſentiendi, ſed rationabilis, & æquè talis ac aſſenſus in opinionem probabiliorem. Nec vlla opinio firmata in ſua probabilitate maiori, vel minori ſecum patitur dubium, ſeu difficultatem inſuperabilem, cum quilibet vir doctus omne dubium circa eam motum ſuperare poſſit, adeo quod nulla remanet difficultas, niſi imaginaria in eo, qui aut parum ſcit, aut ex imperfectione ſui intellectus ſcrupulis ſine firma ratione agitatur.

41 Confirmatur tertiò, quia *quodlib.* 1. *art.* 3. quærens ſanctus Doctor, vtrum habens duas Eccleſias teneatur vtriuſque officium dicere? Eius reſponſum retuli *ſub c.* 12. *n.* 11. Ex quo manifeſtè apparet, vtramque opinionem ab eo iudicatam fuiſſe probabilem, & vtique probabiliſſimam, recitare officium vtriuſque ſimul. Sed reuera ſufficit vnicum celebrare. Vide Bonac. *de Horis Canon. q.* 2. *p.* 4. *n.* 27.

42 Confirmatur quartò, *ex eod. quodl.* 4. *art.* 14. vbi quærit: *Vtrùm debeant vitari illi excommunicati, de quorum excommunicatione eſt apud peritos diuerſa ſententia?* Reſpondet in hæc verba: *Dicendum, quod dubitatio de excommunicatione aliquorum, aut præcedit ſententiam iudicum, aut ſequitur. Si præcedit, putà cum nondum eſt declaratum per iudicum conſenſum, aliquos eſſe excommunicatos, non ſunt vitandi, quouſque certo iudicio terminetur; in hoc enim caſu verum eſt, quod in mitiorem partem interpretari debemus.* Vt vides Sanctus Thomas ſequitur hic opinionem minus probabilem, relicta probabiliore; clarum enim eſt quod tutius eſt, excommunicatos vitare, ſiue agatur de dubio, ſiue de opinione, vt patet ex titulo huius articuli, qui ſupponit contrarias, & diuerſas opiniones in caſu propoſito.

43 Confirmatur quintò, *ex quodl.* 10. *articul.* 10. vbi quærit: *Vtrùm Religioſus, qui emiſit votum obedientiæ teneatur in omnibus obedire Prælato etiam in indifferentibus?* Reſpond. *Quod circa indifferentia, an teneatur de neceſſitate obedientiæ; an de perfectione, ſunt duæ opiniones.* Et tandem concludit ſic: *Sic tamen aliqua ſunt, quæ nullatenus ad Regulam reducuntur, videtur eſſe verior opinio, quod obedire in huiuſmodi non ſit de neceſſitate obedientiæ, ſed de perfectione.* Ergo Sanctus Thomas amplectitur opinionem probabilem, relicta probabiliore, quæ nullam poteſt admittere ſuſpicionem peccati; tutius enim eſt obedire in omnibus etiam indifferentibus, quam deſiſtere in illis ab obedientia.

44 Confirmatur ſextò, ex variis opinionibus minus probabilibus ab eodem ſancto Doctore amplexis, probabilioribus, & tutioribus relictis. Nam *quodlib.* 1. *articul.* 20. ait, Benedictinis non eſſe peccatum mortale comedere carnes. Et tamen ex graui pœna carceris ſex menſium, *cap. Carnem*, 32. *diſtinct.* 5. *de conſecrat.* Graſſius *lib.* 3. *cap.* 5. *de Regul. part.* 1. *deciſ. Aurear. num.* 66. opinatur eſſe peccatum mortale, quæ eſt opinio tutior. Item *quodlib.* 2. *articul.* 7. *& part.* 3. *q.* 68. *artic.* 10. ait non licere baptizare infantes inuitis parentibus non Chriſtianis; contra Scotum *in* 4. *diſtinct.* 4. *q.* 9. cuius opinionem vti tutiorem, & probabiliorem ſequuntur Moderni cum Vaſquez, & Diana *part.* 2. *tractat.* 15. *reſolutione* 40. Item *in* 2. *ſent. diſtinct.* 40. *articul.* 4. *ad quintum*, ait duas eſſe opiniones, vnam dicentium, quod ſuffragia facta in peccato mortali, non ſunt meritoria ex parte operantis, nec ipſi agenti, nec defuncto pro quo fiunt, cui tamen proſunt ex opere operato. Cùm aliis verius dicitur, quod etiam ipſa operatio ſine charitate facta valet ei pro quo fit virtute charitatis eius, & non operantis. Tamen prior opinio eſt ſecurior, & tutior, quod ſcilicet ab exiſtente in gratia ſuffragetur mortuis. Lege opera huius ſancti Doctoris, & inuenies ipſum modo ſequi probabilio

Digitized by Google

babiliorem, modo minus probabilem.

45 Neque dicas, licere id ſpeculando, non autem practicando. Quia reſpondeo, doctrinam moralem à S. Thoma, & ab aliis tradi non precisè pro ſpeculatione, ſed potiſſimum pro praxi, vt erudiantur omnes circa ea, quæ licitè, vel non licitè facere poſſunt; non enim interrogatus fuit, an licerent plures præbendæ, ſpeculandi gratia, ſed an interrogans, vel alius poſſet habere licitè plura beneficia.

46 Doctor Merenda quamplurima loca D. Thomæ refert, in quibus explicatur ignorantia, quando cauſet peccatum, vel non, diſtinguendo eam in inuincibilem, & vincibilem, ex hac procedere peccatum, non ab illa, quæ excuſat actum à peccato, ea differentia; quia ignorans inuincibiliter ſupponitur adhibuiſſe neceſſariam diligentiam, & non potuiſſe vincere ignorantiam ex quo denominatur inuincibilis, & inculpabilis; è contra vero ignorantia vincibilis ſic vocatur, quæ potuit vinci, ſed propter negligentiam, nulla adhibita diligentia, remanſit vincibilis, ideò cauſat peccatum.

47 Ex hac doctrina S. Thomæ, & omnium infert Merenda, opinantes minus probabiliter laborare hac ignorantia vincibili: quia poterant intelligere motiua veræ opinionis excludentis ab actu peccatum, quod incurrunt ſectatores opinionis minus probabilis.

48 Contra eſt; quia ignorantia vincibilis cadere non poteſt ſuper opinione minus probabili, multo minus ſuper probabiliore, ratio eſt; quia vtraque opinio eo ipſo quod eſt probabilis firmata dicitur ex rationibus ſolidis, præmiſſa ea diligentia, quæ neceſſaria erat ad probandam opinionem eſſe conſtitutam in ſua probabilitate. Neque quod vna opinio altera probabilior arguit aliquam negligentiam in minus probabili conſtituenda, ſed ſolum, quod probabilior ſolidioribus, & fortioribus argumentis conſtat. Itaque auctoritates adductæ à D. Merenda ſuper ignorantia vincibili in nullo præiudicant opinioni probabili, neque probabiliori, quæ contingunt eſſe ſine vllo ignorantiæ vitio. Confirmatur; quia ſola ignorantia inuincibilis conſiderari poteſt in obiecto opinionis, de cuius ratione eſt, vt non poſſit à nobis ſciri propter eius contingentiam, ideo ſuper ipſum cadit tantum ignorantia inuincibilis, quæ per quamlibet diligentiam ſuperari non poteſt, ſic exigente natura eius, quod aliter ſe habere poteſt; quare cum vno modo ſciri non poteſt, opinari tantum valet.

Poterat vincere ignorantiam intelligendo motiua veræ opinionis excludentis ab actu peccatum, inquit Merenda; Reſpondeo eum ſupponere falſum; quia operans ſecundum quamlibet opinionem, modo ſit probabilis, nullum incurrit peccatum; cum ex probabilitate iudicetur rem opinatam licere. 49

CAPVT XVII.

An Scotus repudiauerit opinionem probabilem, ſecundùm D. Merendam?

IN ſecunda Appendice idem D. Merenda aſſerit ſe velle demonſtrare Doctorem ſubtilem repudiaſſe vſum probabilitatum hoc ſeculo receptum. Pro cuius probatione affert eius dictum *in fine ſecundæ quæſtionis Prologi Sentent.* his verbis: *Multa in actibus humanis ſunt dubia, vtrùm ſint peccata mortalia, etiam ſuppoſitis omnibus doctrinis Doctorum, & Expoſitorum: Tamen non eſt dubia via ſalutis; quia à talibus tanquam periculoſis debet homo ſibi cauere, & ſe cuſtodire, ne, dum exponit ſe periculo, incidat in peccatum, quod ſi noluerit quærere ſalutem; ſed non curando, exponit ſe periculo, vbi fortè actus de genere ſuo non eſt peccatum mortale, tamen peccabit mortaliter, ſe ſe periculo exponendo.* 1 2

Hoc argumentum multis ambagibus, & inanibus commentis exornat afferendis, & ſoluendis poſt quam oſtendero, eum conuinci falſitate, & mendacio, cum obiectionem ponat loco argumenti, confundendo vtrumque ſimul, vt apparet in ſequenti eius textu. 3

Et ſi obiicias, multa in actibus humanis ſunt dubia, vtrum ſint peccata mortalia 4

Digitized by Google

talia etiam ſuppoſitis omnibus doctrinis Doctorum, & Expoſitorum. Reſpondeo non eſt, dubia via ſalutis ſimpliciter, quia à talibus tanquam à periculoſis debet homo ſibi cauere, & cuſtodire, &c. Vt vides diſtinguitur reſponſum ab obiectione, quæ duo Merenda ſimul iunxerat vt vnum. Scotus non negat in actibus humanis eſſe multa dubia, an ſint peccata, ſed ſupponit, per hoc tamen via ſalutis non eſt dubia; quia certum eſt, non eſſe operandum dubio durante; quia ſic agens peccabit mortaliter, certificatur ergo via ſalutis etiam in actibus dubiis, dum Scotus dicit, in tali caſu abſtinendum eſſe ab actione, quæ dubitatur peccatum mortale, quamvis alias non eſſet. Dubium ergo deponendum eſt ſequendo opinionem, ſi qua ſequitur dubium deſtructum; vt inquit hic commentator *num.* 9. vbi ait, aliquando eſſe licitum ſequi opinionem minus probabilem, & non poſſe operari dubio durante, niſi examinato prius dubio, an euacuari poſſit, & id dicit de mente Scoti. Ibidem eius Comment. Tataretus in fine Anton. Andr. Nicolaus de Nyſſe, intelligentes Scotum de dubio preſsè accepto, vt ab opinione diſtinguitur, vt in ſpecie notat præcitatus commentator.

5 Merenda fingit argumento Scoti Aduerſarios reſpondere *ſub numero* 3. quod probabilitas opinionis ſpecificantis actum pro licito, efficit ne operatio contineat periculum. Reiicit autem id, quia illud dici poteſt dupliciſenſu, primo reſpectu probabilitatis, vt probabilitas eſt: ſecundo reſpectu rectitudinis, quam acquirat operatio, ex eo, quod probabile ſit, eam eſſe bonam. Primum affirmare non debes; quia opinio probabilis ſe habet ad verum & falſum ex Philoſopho 6. *Ethic. cap.* 3. innumeræ autem ſunt controuerſiæ morales contradictoriæ probabiles, quibus tribui non poteſt diſpoſitio ad verum, vt non accidat paſſim opiniones eſſe falſas, raro vero conuinci de falſitate opiniones probabiliores. Secundum ſi dicatur, quærit, quomodo id fieri poſſit, vt probabilis opinio inducat in operatione rectitudinem, quam per ſe non habet, cum propter noſtrum affirmare vel negare rei veritas non mutetur, & concludit id eſſe petere principium. Præterea negat Scotum loco citato agere de dubio propriè accepto, ſed de dubio in opinionibus attentis doctrinis Expoſitorum, & Doctorum; & pro ſe citat Tataretum *ibidem verſ. Contra, ſtante, & in verſ. ſeq.* vbi clarè ſupponit, non eſſe licitum ſequi opiniones probabiles.

Contra eſt, quia veriſſimum ab omnibus arbitratur, opinionem eſſe probabilem in moralibus, nihil aliud connotare in praxi, quam licitatem; & rectitudinem futuram in operatione, ad quid enim vir doctus laborat in inueſtiganda probabilitate in opinione morali ordinata ad opus, niſi eo fine, vt iudicet per eam probabilitatem, ineſſe rectitudinem, & honeſtatem in re agenda; cognitio enim moralis non eſt propter ſe, ſed propter opus, in quo arguit bonitatem, vel malitiam, eſſe fugiendam; vel amplexandam, lumine accepto ab opinione ſecundum eius probabilitatem. Confirmatur id, quia probabilitas in gradu ſuperlatiuo, ſeu comparatiuo tribuit, & arguit rectitudinem in obiecto, vt quod non ſit reſtituendum, non ratione comparationis, ſed ratione formæ poſitiuæ ipſius probabilitatis, & gradus ſolum auget certitudinem ipſius probabilitatis, & honeſtatis operationis. Vide *cap.* 9. 35. *cap.* 15. 74. 6

Probabilitas igitur vt talis ſpecificat actum licitum; nec auctoritas Ariſtotelis facit ad rem; quia opinio ſe habet ad verum, & falſum in ordine ad veritatem, & falſitatem obiectiuam rei; quia ignoramus inuincibiliter quale ſit obiectum in ſe ex ſua contingentia, quo caſu opinio ſe habet materialiter, & potius eſt actus ignorantiæ, quam actus opinatiuus. Vera autem opinio probabilis attingit per ſuam cognitionem ſibi proportionatam obiectum, ſecundum quod prudenter per ſua motiua à nobis apprehenditur, & tunc opinio reſpicit veritatem non falſitatem. Itaque Ariſtoteles loquitur de veritate obiectiua rei prout in ſe eſt; nos vero loquimur de veritate apparente prout in nobis. 7

Et ita intelligendum eſt illud, quod propter noſtrum affirmare, vel negare rei veritas non mutatur, ſcilicet obiectiua rei prout eſt, vtique vero mutatur veritas apparens nobis, quod enim hodie 8

hodie verum intellectui apparet, cras propter aliud motiuum fortius ſe præſentat vt falſum, vt dixit Caramuel vir acutiſſimi ingenij *in ſua Theolog. fundam. num.* 1577.

9 Sermo autem Scoti eſt de dubio propriè accepto, vt dixi ſupra cum commutatore diſtinguente inter dubium, & opinionem; nec obſtat, quod dicat, dubia oriri ex doctrinis Doctorum, & Expoſitorum; quia etiam dubia excitantur per doctrinas, ſed nihil determinatur, vt accidit cum dubium deſtructum tranſit in opinionem.

10 Legi benè Tataretum à Merenda citatum aſſerente cum dixiſſe non eſſe licitum ſequi probabile. Sed reuera ne verbum quidem de hac re ibi dicit, ſed de ſolo dubio, cum quo agere peccatum eſt ob duas rationes; & quia ſe exponit periculo peccandi, & quia qui facit contra conſcientiam ædificat ad gehennam. Video Merendam ita obſtinatum in ſuo errore, vt neſciat diſcernere, quid ſentiant, dum mendaciter trahit illos ad ſuam opinionem improbabilem.

11 Secundam affert Scoti auctoritatem *ſub num.* 14. *ex* 4. *Sent. diſt.* 11. *q.* 6. illis verbis: *Hic breuiter poteſt dici, quod cum certum ſit, farinam tritici purgatam ſecundùm communem purgationem, eſſe materiam conuenientem ad faciendum panem conſecrabilem, & dubium ſit, an amidum ſit huiuſmodi materia, & pars negatiua multis ſit probabilior, non ſine peccato quis ſe exponit tali dubio, maximè ille, qui præparat hoſtias conſecrandas.*

12 Hic Merenda ex Scoto dicit, ex duabus opinionibus ſequendam eſſe probabiliorem, relicta minus probabili de conficiendo in amido. Et obſeruat eius modum loquendi, dixit enim *multis* non *pleriſque*; quia opinio communiter iudicata probabilior non continet dubium, &c.

13 Contra eſt primò, quia nullus ſentit opinionem, quod amidum, ſeu amylon ſit materia apta conſecrationis Corporis Chriſti, ſed omnes abſolutè id negant cum D. Thoma *par.* 3. *q.* 74. *art.* 3. *ad* 4. Bonac. *q.* 2. *de Materia Euchar. p.* 1. *num.* 7. Nec obſtat, quod Palud. *hic q.* 2. *art.* 4. *concl.* 5. & Maior *q.* 2. citati hic à Comment. Scoti *num.* 6. *tom.* 8. docuerint, amylonem eſſe materiam conſecrabilem; quia ſolum panis vſualis triticeus eſt materia huius Sacramenti, dicitur enim in definitione Eugeniana: *Tertium eſt Euchariſtiæ Sacramentum, cuius materia eſt panis triticeus, & vinum de vite.* Non eſt ergò opinio, ſed error, quod amidum ſit materia huius Sacramenti. Quare à Scoto nomen opinionis ſumitur contra opinionem improbabilem, ideò dici non poteſt, quod ſequenda ſit probabilior relicta minus probabili, cum de minus probabili hic ex Scoto nulla fiat mentio.

Contra eſt ſecundò, quia Doctor alterauit textum Scoti, nam dicit: *Pars negatiua multum ſit probabilior.* non *multis* vt ſcripſit ille; ideo non dicitur hæc opinio probabilior tanquam communis comparari cum ſingulari, aut minus probabili; quia ipſa de ſe talis eſt, cum oppoſita nec nomine opinionis ſit digna. 14

Contra eſt tertiò, quia cum à Scoto agatur particulariter de materia Sacramenti Euchariſtiæ, non eſt ab hoc caſu ſingulari arguendum ad vniuerſalem, quod opinio probabilis in genere repudietur à Scoto, qui nè verbum quidem hic habet de opinione probabili, ſed tantum de probabiliore contra nulliter probabilem, vt vidimus. Vnde immeritò Merenda *ſub num.* 17. hoc reſponſum negat, nulla pro ſe ratione adducta, cum conſtet manifeſtè, Scotum agere tantum de materia conſecrabili, ac proinde de opinione non in communi, & in genere, ſed tantum de opinione circa materiam huius Sacramenti. 15

Tertiam Scoti refert auctoritatem *ſub num.* 18. *ex* 3. *Sent. diſt.* 36. *q. vn. lit.* G. *Priuatiuè, quia auertit à conſideratione recta; voluntas enim eligens oppoſitum alterius rectè dictati, non permittit intellectum diu ſtare in illo recto dictamine, ſed auertit ipſum ab illo ad conſiderandum rationes pro oppoſito, ſi quæ poſſunt eſſe ſophiſticæ, vel probabiles.* 16

His poſtremis verbis, inquit ille, voluit exprimere diuerſitatem recti dictaminis manifeſtam habentis rectitudinem, & dictaminis non habentis illam adeo manifeſtam, vt non poſſit probabiliter impugnari. Cùm verò Aduerſarij admittant omnem doctrinam probabilem adhærentem rationi 17

probabili, vtique fateri debent, Scotum comprehendere eos, qui auertunt intellectum à conſideratione grauiorum rationum pugnantium pro malitia actuum, vt inſiſtant ſpeculationi rationum probabilium pugnantium pro bonitate actus, quod continere peccatum apertè docet.

18 Contra, quia Scotus ibi nihil de vſu opinionum, ſed ſolum docet, ſtare poſſe rectum dictamen in intellectu ſine recta electione facta à voluntate, & per illud dictamen generari habitum prudentiæ in intellectu, ſine virtute morali in voluntate, quæ vult oppoſitum eius, quod ſibi intellectus proponit ſequendum, imperando illi, vt inueſtiget rationes, ſi quæ ſunt ſophiſticæ, vel probabiles pro ſua electione, vt appareat bona. Itaque nihil hic de repudiatione opinionum, ſed de imperio voluntatis, quæ eligere poteſt oppoſitum eius, quod ratio ſibi dictauit, procurando ab intellectu aliquam ſpeculationem ſuper re electa. Imò dato etiam, quod hic agatur à Scoto de opinione probabiliore, quam intellectus proponit voluntati proſequendam, & voluntas pro ſuo arbitrio eligat oppoſitum auertendo illum ad conſiderandas rationes probabiles pro oppoſito; non inde ſequitur, Scotum reprobare vſum opinionis probabilis, ſed potius commendare, dum ait ipſam conuertere intellectum ad quærendas rationes probabiles; cum vero dicit quod electio voluntatis contra rectum dictamen rationis eſt imprudentia, & error, loquitur de electione eius, quod expreſsè malum eſt, vt patet ex rationibus ſophiſticis, ad quas conuertit intellectum, qui imperatur non ſolum ad ſpeculationem rationum probabilium, ſed etiam Sophiſticarum.

19 Quartam auctoritatem *ſub num. 19.* refert *ex q. 1. prologi lit. C. Omni cognoſcenti agenti propter finem eſt neceſſaria triplex cognitio. Primo qualiter, & quomodo finis acquiratur. Secundo cognitio omnium, quæ ſunt neceſſaria ad finem. Tertiò, eſt neceſſarium cognoſcere, quod omnia iſta ſufficiant ad talem finem.*

20 Hic Merenda concludit, ergo Scotus requirit cognitionem certam regularum vniuerſalium pertinentium ad media ducentia ad beatitudinem, inter quas eſt ſcire modum, quem obſeruare debent in moralibus controuerſiis; ait autem probabilitatem patientem graues difficultates compoſſibilem eſſe cum formali ignorantia, &c.

21 Contra, quia Scotus ibidem intendit probare vltimum finem noſtrum non eſſe à nobis naturaliter cognoſcibilem, ſed ad hoc neceſſariam eſſe cognitionem ſupernaturalem ſacræ Theologiæ, contra Philoſophos negantes Theologiam reuelatam, & vtitur illo argumento de triplici cognitione ad id probandum. Vide ipſum, & cognoſces ex eius diſcurſu nihil agere de opinionibus; ergo à Merenda fruſtra adducitur illud argumentum, cum ſit ordinatum tantum ad probandum principale intentum ab eo, quod naturaliter non poſſumus cognoſcere vltimum finem noſtrum, ſed neceſſaria eſt ſupernaturalis cognitio ſacræ Theologiæ, vt patet ex titulo quæſtionis, qua quærit vtrum homini pro ſtatu iſto ſit neceſſarium aliquam doctrinam ſpecialem ſupernaturaliter inſpirari, ad quam intellectus lumine naturali attingere non poſſit.

22 Quintam auctoritatem reſcribit *ſub num. 20. ex 4. Sent. diſt. 6. q. 8. lit. A. Et eadem ratio eſt omnibus iſtis, quia talis dat operam rei illicitæ, de qua re debet ſcire, quod ſit illicita, & ſi neſciat, debet nullo modo exequi illam, quouſque conſulat peritos, per quos poſſet ſcire, illam eſſe illicitam.* Applicat hæc Merenda ad probabilitatem, ſecundum quam nullo modo eſt operandum.

23 Contra eſt, quia ibi Scotus agit de reiteratione baptiſmi, reſoluendo ignorantiam iuris non excuſare rebaptizantem ab irregularitate; vtique vero ignorantiam facti ex regula iuris, vnde concludit dantem operam rei licitæ non poſſe illam exequi cum tali ignorantia, ſed debet conſulere peritos ſuper re illa, de qua dubitat an liceat. Vnde ibi nil penitus de opinione probabili.

24 Sextam *ſub num. 22. ex eodem 4. diſt. 9. q. vn. Tenetur enim ſe examinare ſecundum diligentiam noſtræ fragilitati poſſibilem, antequam communicet. Si autem non ſit negligentia craſſa, puta; quia præceſſit examinatio ſufficiens, & nullum occurrat peccatum, de quo non fuerit, vel ſit contritus, & confeſſus, non peccat communicando,*

Digitized by Google

municando, licet fortè aliquid lateat, vel traditum fuerit obliuioni. Docet, eſſe negligentiam craſſam, ſi non præceſſit ſufficiens examinatio, quæ non eſt in eo, qui ſequendo opinionem probabilem non vult vlterius quærere, vt inueniat veritatem, & ſic ſe exponit periculo operandi, quod eſt verum, antequam adhibuerit diligentiam neceſſariam ad id cognoſcendum, vt ſubiungit Scotus: *Ego ſi oporteret, communicantem eſſe in charitate, quilibet communicando exponeret ſe periculo, neſciens an illo actu peccaret.* Confirmat, ait Merenda, ſupradicta Scotus. *Tertiò probatur, quia tunc non eſſet Sacramentum viatoris; quia talis certitudo non conuenit viatori. Propter hoc dico, quod diligenti inquiſitione facta ſecundum poſſibilitatem noſtræ fragilitatis, & præmiſſa contritione, & confeſſione, quantum videtur huiuſmodi ſufficere, ſi tunc communicet, non peccat, imò ſi qua alia peccata lateant per illud Sacramentum remittuntur.* Limites ergo noſtræ diligentiæ extenduntur vſque ad poſſibilitatem noſtræ fragilitatis.

25 Contra eſt, quia Scotus citatus nihil aliud intendit probare, niſi quod ille, qui ſufficienti examine præmiſſo communicat, ſi poſtea recordetur alicuius peccati obliti, non peccauit ſic communicando, quia peccatum oblitum remiſſum fuit per Sacramentum, vt dicit in tertia probatione allata à Merenda pro nobis; vbi ait, non eſſe neceſſarium, quod communicaturus certo ſciat ſe eſſe in charitate; quia talis certitudo non conuenit viatori, vt vides ne verbum quidem de opinione; examen enim neceſſarium, & ſufficiens non eſt in opinione, ſed in certitudine omnimoda, quod prærequiratur ſacræ communioni, nullo contradicente. Demum ille dicitur ſufficienter examinare probabilitatem opinionis, qui pro ea inuenit ſtabilem & ſolidam rationem firmantem intellectum ad iudicandum licere talem operationem, hac enim formalitate opinio euadit probabilis.

26 Septimam *ſub num.* 24. refert ex Collat. 1. Scoti hæc: *Et hoc ideo eſt, quia quicquid prudentia ſyllogizat, aut conſiliatur circa materiam vnius virtutis, vt circa materiam temperantiæ, hoc eſt, propter bonum rationis, vt ſi concludat, quod temperate comedendum ſit propter ſanitatem, aut propter aliud, & non propter bonum rationis, non eſt actus prudentiæ, vel virtutis.* Merenda hic plura congerit contra vſum probabilitatis repetendo, quæ ſuperius dixerat, quibus iam fuit ſatisfactum. Nihil omnino imaginari poteſt ex ea auctoritate contra vſum probabilitatum; nam Scotus præcisè ait, non eſſe actum virtutis prudentiæ, temperatè comedere propter ſanitatem.

27 Octauam *ſub n.* 28. *ex eadem Collat.* 1. *Sub eadem ratione formali ſub qua appetitus inclinatur per virtutes morales ad eligendum, intellectus per prudentiam dirigitur in eligendo, ſed in idem formaliter, in quod virtus inclinat, prudentia dirigit.* Ergo infert Merenda, neceſſarium eſt ſecundum Scotum, quod prudentia abſtineat à probabilitate vt ſic, quia definitio virtutis, eſt habitus electiuè determinatus à recta ratione; nemo enim dixerit, probabilitatem in ſe eſſe coniunctam cum recta ratione; cum ſe habeat ad verũ, & falſum, &c.

28 Contra eſt, quia Scotus *in hac Collat.* nihil aliud facit, niſi impugnando argumenta D. Thomæ, & aliorum dicentium, vnam prudentiam eſſe reſpectu omnium agibilium, vnde per ea verba ſolum dicit quod prudentia dirigit ſub ea ratione, ſub qua appetitus per virtutem inclinatur in obiectum, & ſicut obiecta ſunt diuerſa, & non ſecundum vnam rationem, ita prudentia debet eſſe ad illa non vniformiter, ſed ſecundum illorum diuerſitatem. Nihil ergo de ratione opinionis probabilis agit eam repudiando.

29 Nonam *ſub n.* 29. *ex eadem Collat. in fine: Sicut ars ſe habet ad factibilia, ſic prudentia ad agibilia, quia ars eſt recta ratio factibilium.* Sed non eſt immorandum; quia nihil concludit, vt patet ex ſenſu verborum.

30 Decimam *ſub n.* 30. *ex Collat.* 12. *Intellectus inclinatur in obiectum ſuum per modum naturæ; ergo ſicut natura determinatur ad vnum, ita intellectus ad vnum obiectum præcisè inclinatur; ergo ſicut natura non quietatur, niſi in illo, ad quod determinatur, ita nec intellectus quovſque habeat illud, ad quod ſummè, & maximè inclinatur.* Ergo Scotus, ſubinfert, negat probabilitatem eſſe obiectum intellectus per ſe, cum per ſe non vniatur cum veritate abſoluta, ſed per accidens.

Digitized by Google

cidens. Si enim probabilitas quatenus ſe habet ad verum, & falſum eſſet obiectum intellectus, tunc non tenderet ad vnum, ſed ad duo: ſequitur Magiſtros Conſcientiarum poſſe vnum tantum pro fine habere, inueniendo ſcilicet veritatem abſolutam. Alia dicit, quæ ferè idem ſunt.

31 Contra eſt, quia Scotus ibi quærit, an intellectus quietari poſſit in aliqua relatione ſimpliciter, & reſpondet negatiuè, probando per ſupradictum argumentum allatum à Merenda, qui totum argumentum non reſcripſit, ad intentum enim Scoti deeſt minor, quæ eſt talis: *Tale nihil eſt, niſi infinitum*, ergo &c. ſupple non poteſt quieſcere in aliqua relatione, ſed in ſolo infinito. Cur autem non quieſcat intellectus in relatione, reddit Scotus rationem; quia relatio diuina non eſt infinita, nec dicit perfectionem. Ergo quid tu D. Merenda potes colligere ex his, quod Scotus repudiarit vſum opinionis probabilis? Cum nihil de ea hic agat, nec aliquid inferre potes; quia ſicut duo ſunt genera obiecto-
32 rum potentiæ intellectus, neceſſariũ, & contingens, ita duplici modo in ea tendere poteſt, in neceſſarium quidem vno modo, quia ad verum tantum determinatur, cum vno tantum modo ſe habeat, dum aliter ſe habere non poteſt, & hoc eſt obiectum ſcientiæ, de quibus hic Scotus: intellectus vero reſpectu opinionis poteſt ſe habere pluribus modis, propter naturam ſui obiecti, quod eſt contingens, quod & aliter ſe habere poteſt; vnde intellectus modo aſſerit, modo negat circa idem obiectum contingens, quando ſe illi præſentant diuerſa motiua, quæ eum ad vnum, modo ad aliud determinant iuxta exigentiam motiuorum. Verum quidem eſt, quod dum quis tenet vnam opinionem, dum in ea perſeuerat, tunc intellectus dicitur ad vnum determinatus pro eo tempore, & in eo quieſcit, vt experientia patet; quoniam autem intellectus eſt ſubiectus imperio voluntatis, quæ præcipere poteſt intellectui, vt mutet opinionem, ideo eius obiectum ad vtrumque eſt, ad verum, & falſum, ſed quo ad falſum nunquam operatur voluntas, ſed ſecundum verum apparens ab intellectu ſibi propoſitum.

33 Vndecimam *ſub num.* 33. *ex* 2. *Sent. diſt.* 37. *q. vn. lit. A. Agens inferius tenetur in agendo ſe conformare agenti ſuperiori, quia ſi in poteſtate eius ſit, ſe conformare illi, non conformari illi peccatum eſt, & ideò loquendo de peccato, ſiue contra legem diuinam, ſiue contra legem humanam aliquid dicitur peccatum; quia peccans potuit concordari legi ſuperioris agẽtis, & diſcordauit; iſte igitur actus, qui eſt in poteſtate diſcordantis, & per hoc voluntarius, non eſt formaliter peccatum, quia ſi ille eſſet concors regulæ ſuperiori non eſſet peccatum; ergo in illo actu præciſa ratio peccati eſt priuatio concordiæ.*

Merenda ait, illum, qui operatur ſecundum probabilem in ſe falſam, potuiſſe abſtinere interim, quia agere non erat fortè neceſſarium. Subdit, nugæ ſunt dicere, non aduerſari voluntati Legiſlatoris; quia inquit, finis Dei, & Legiſlatorum eſt homines reddere bonos, quod præſtare non poteſt probabilitas, &c. 34

Contra eſt, quia Scotus in hac quæſtione quærit, vtrum peccatum poſſit eſſe à Deo: & reſpondet negatiuè, quia peccatum formaliter eſt priuatio alicuius boni, dum agens inferior non ſe accommodat, & concordat agenti ſuperiori, & Legiſlatori recedit à lege, & priuat actum lege præſcriptum ſua bonitate; Deus autem non eſt agens inferior, ſed ſuperior, ergo. Patet ergo ex his nihil agere Scotum contra opinionem probabilem, cum non ſit peccatum, neque diuinæ legi aduerſetur. Citat duo alia loca ex eadem quęſtione, ſed quia nullo modo faciunt ad rem, ideo omitto. 35

Duodecimam *ſub n.* 36. *ex* 2. *Sent. diſt.* 39. *q.* 2. *lit. C. Voluntas naturalis vt neceſſario tendit in volitum non habet actum elicitum circa illud, ſed ipſa eſt tantum inclinatio quædam in tali natura ad perfectionem ſibi maximè conuenientem, & iſta inclinatio neceſſario eſt in natura, licet actus conformis huic inclinationi non neceſſario eliciatur. Actus enim non elicitur, ſiue conformis, qui dicatur naturalis, ſiue difformis, qui dicatur contra naturam, niſi à voluntate libera, quæ quantumcunq; velit oppoſitum eius, ad quod eſt inclinatio, nihilominus eſt neceſſaria illa inclinatio ad illud, ad quod inclinat, quia ſtat ſtante natura.* Dicit Merenda, quod voluntati conuenit habere eam certitudinem, cuius capax eſt materia hic, & nunc appetenda, vel fugienda; ergo voluntas 36

Digitized by Google

voluntas non ſinet, intellectum ſe exercere circa hanc cognitionem, &c.

Contra, quia Scotus, vt clarum eſt, nihil tangit contra, vel pro opinione, ſed tantum docet, quòd voluntas, vt neceſſario tendit in obiectum, non habet actum elicitum, ſed tantùm naturalem inclinationem in bonum, ratione autem ſuæ libertatis eſt ad oppoſita. Voluntas autem eam habet certitudinē, quā ſibi proponit intellectus, cui tamen imperare poteſt, quod vult.

38 Decimam tertiam *ſub n.* 35. *ex eadem diſt.* 39. ait: *Habitus intellectus practici dicuntur boni, vel mali propter conuenientiam eorum ad voluntatem. Sicut è conuerſo voluntas dici poteſt recta, vel curua propter conuenientiam eius ad actū rectum, vel non rectum ſpeculatiuum.* Ergo iudicium practicum, inquit Merenda, non poteſt ſeparari à ſpeculatiuo abſq; amiſſione ſuę rectitudinis; ergo Scotus reprobat actum reflexum excogitatum à Recentioribus ſuper probabilitate rectitudinis operationis, quam intellectus iudicat niſi ex principio ſpeculatiuo robur accipiat, &c.

39 Contra eſt, quia Scotus hîc docet, bonitatem, & malitiam eſſe voluntatis, rectitudinem verò, & curuitatem eſſe intellectus, & habitus vtriuſq; potentiæ eodem modo denominari boni, vel mali, recti, vel curui propter cōuenientiam eorum vnius potentiæ ad aliam, conſequenter actum practicum conformari ſpeculatiuo, quod nos in præcedentibus capitulis ſemper docuimus, ſpeculatiuum ergo regulat practicum. Nihil ergo de opinione.

40 Decimam quartam *ſub n.* 38. *ex* 3. *Sent. diſt.* 27. *q. vn. ſub lit. K. Dico igitur, quod illud ſuper omnia debet intelligi vtroque modo. Sicut enim teneor diligere Deum ſuper omnia extenſiuè; ita etiam maiori affectu, quàm quodlibet aliud, & dico maiori ſimpliciter, quia ſcilicet magis repugnat effectui oppoſito, quia facilius poſſet inclinari ad oppoſitum dilectionis cuiuſcunq; quàm Dei.* Hoc enim, inquit, non eſt in eo, qui operatur iuxta probabilitatem, & multò minus ſi agat contra probabiliorem, &c.

41 Contra eſt, quia Scotus nihil agit hîc de opinione, ſed tantùm docet & explicat duos modos diligendi Deum ſuper omnia, extenſiuè ſcilicet & intenſiuè, quæ cum non faciant ad rem præſentem, omittuntur.

42 Decimam quintam *ſub n.* 39. *in* 2. *q. Prologi ſub ff. Quæ aſſertiones non videntur fuiſſe ſine mendacio, ſi aſſerens non fuit certus; quia aſſerens dubium, vel dicit mendacium, vel non longè eſt à mendacio.* Notat Merenda primò, Scotum contradiſtinguere certum à dubio, ac proindè eo tempore ea, quæ erant controuerſa velut dubia habuiſſe probabilitatem. Et ſubdit, ante editionem ſui operis, vſum probabilitatum habuiſſe certitudinem moralem apud pleroſque, & ideo eis licuiſſe dicere opinionem probabilem reddere ſecuram operationem, illa vero modo carere, &c.

43 Contra eſt, quia Scotus hîc quærendo, vtrum cognitio ſupernaturalis neceſſaria viatori ſit ſufficiētèr tradita in ſacra Scriptura; reſpondet affirmatiuè contra hæreticos, quos intendit conuincere octo viis, quarum tertia eſt ex auctoritate Scriptorum ſacræ Scripturæ, qui cum damnent mendacium in fide, & moribus, non eſt veriſimile, eos fuiſſe mentitos, proindè certa ſcripſerunt, non dubia, quia dubium ſi non eſt mendacium, eſt illi proximum. Nullus autem vir doctus aſſerit idem eſſe dubium, quod opinio probabilis; ergo pro Merenda nihil colligitur.

44 Decimam ſextā *ſub n.* 41. *in* 1. *diſt.* 48. *q. vn. Veritas intellectus non dependet, niſi à ſolo obiecto, quod obiectū ſi ita ſe habeat prout intelligitur, verus eſt intellectus. Bonitas autem voluntatis non dependet à ſolo obiecto, ſed ab omnibus aliis circunſtātiis, & potiſſimum à fine. Propter quod notandum eſt, quod omnis noſtra volitio potiſſimè ordinata eſt ad finem vltimum, qui eſt Alpha, & Omega.* Tria notat inimicus probabilitatis. *Primò* deſtrui argumentum hoc: Poſſum tenere hanc doctrinā ſpeculando; ergo poſſum velle operationem fundatā ſuper illa. *Secundò* opinionem non teneri tanquā conformē obiecto, & per hoc in ſpeculando non habemus pro fine probabilitatem, ſed veritatem; ſi ergo valet argumentū ab intellectu ad voluntatem, debet regulam recipere in praxi tanquam veram, non tanquam probabilem. *Tertiò*, opus eſſe, quod volitio operationis probabilis referatur in Deum. Hoc autē quomodò eſſe poteſt, ſi charitati rariſſimè conuenire poteſt, rem leuiter propono, appetere obiectum tanquam probabiliter bonum? *Hæc ad verbum reſcripſi, quia aliquid conformiter ad verba Scoti videtur à longè tangere. In cæteris videtur valdè imprudenter loqui.*

Digitized by Google

Contra eſt, quia Scotus, quærit, vtrū voluntas humana ſit moraliter bona, quandocunq; conformatur voluntati diuinæ, reſpondet quòd non eſt bona, ſicut diuina, licet ſit conformis diuinę quoad omnes circunſtantias; ergo hic nihil de opinione. Quòd autem in allegatis verbis, ait Scotus, quod veritas intellectus à ſolo dependet obiecto, quod ita ſe habet, ſicut intelligitur, ibi ſermo eſt de veritate obiectiua, & rei prout eſt in ſe, & ab obiecto ad intellectum, quod pertinet ad ſcientiam, & non ad opinionem, de qua hic nulla mentio fit. Vndè neſcio, quo iure ex Scoto notet illa tria; nam veriſſimum eſt contra Merendam, quòd ſpeculatio deduci poteſt ad praxim, alio enim fine peritus non ſpeculatur moralia, niſi in ordine ad operationem, quam talem meditatur, qualem rectè operari poteſt. *Ad ſecundum*, cognitio opinatiua conformatur obiecto in ratione apprehenſionis, non in ratione rei, cuius veritas obiectiua à nobis ignoratur, ideo contenti eſſe debemus ea veritate, quam noſtri vocant probabilitatem, hæc enim eſt veritas apparēs, vt docent omnes qui rectè nouerunt vocabulum probabilitatis. *Ad tertium* nulli dubium eſt, nos debere omnes noſtras operationes referre in Deum, ac proindè etiam cognitionem opinatiuam & operationem cum ſua honeſtate ex ea procedentem, cùm ſit operatio honeſta, recta, & licita.

46 Decimam ſeptimam *ſub n. 42. in 1. diſt. 17. q. 2. Reſpondeo quòd bonitas moralis, vt prædictum eſt, eſt integritas omnium conditionum in actu & circunſtantiarum, & hoc præcipuè, vt illæ conditiones dictantur à recta ratione, debere inesse actui ſimpliciter. Ergo eſt neceſſarium ad bonitatem actus moralis quod eum præcedat dictamen completum, quod dictamini recto conformetur tanquam menſuratum menſura.* Non eſt autem tale, quod eſt ſub controuerſia, quâ durante non poteſt compleri; debet ergo hoc dictamen prouenire à recta ratione: ergo non prouenit à doctrinis probabilitatis, quæ ſe habet ad verum, & falſum.

47 Contra eſt, quia Scotus benè ait, quòd bonitas moralis abſoluitur per omnes circunſtantias ſibi cohærentes, aliàs dictamen rationis non eſt completum, & perfectum, quia bonum eſt ex integra cauſa; in qualibet autem opinione probabili reperitur dictamē completum ex motiuis, quibus opinio vocatur dictamen rationis completū.

Decimam octauam *ſub n. 43. ex 4. Sent. diſt. 17. q. vn. G. Vbi via eſt facilior, id eſt magis in poteſtate hominis, & certior ad gratiam recuperandam, tenetur quilibet ad illam viam, ita quod omiſſa illa non attentet aliam difficiliorem, & incertiorem, & quia tunc ſe exponeret periculo ſalutis ſuæ, & videretur eſſe contemptor vitæ ſuæ.* 48

Doctor Merenda hic ait ad gratiā recuperandam ex Scoto requiri viam certiorem, & eandem ad illam conſeruandam, adiungit idem Merenda, quam viam certiorem non habent ſectatores opinionum damnatarum; & intellectus non poteſt ſe ſubiicere aliis, cùm ſit potentia neceſſaria non poteſt acquieſcere in doctrina, quæ eſt contra communem, &c. 49

Contra eſt, quia Scotus hic agit ſub §. *Poteſt etiam*, de confeſſione ad remittenda peccata, & recuperandam gratiam, & quamvis ſibi obiiciat, quòd Dei gratia aliâ viâ recuperari poſſit, tamen reſpondet, viam confeſſionis eſſe faciliorem, & certiorem, ac proindè hanc eſſe ſequendam. Nec ex hoc ſequitur reprobare opiniones minus probabiles, quia non comparat hic vnam opinionem cum alia, ſed demonſtrat neceſſitatem Sacramenti Pœnitentię, quod ſequi debemus tanquam viam certiſſimam pro remiſſione peccatorum. Confirmatur, quod diximus, Scotum ſcilicet non reprobare opinionem minus probabilem, quia hic tenet attritionem cum Sacramento conferre gratiam, *& ſupra diſt. 14. q. 1. & q. 2. n. 13.* & clariùs *q. 4. n. 7.* vt notatur hic in Margine *tom. 9. fol. 300. ſub num. 13.* Nulli autem dubium eſt, quòd via ſecurior, & tutior eſt contritus accedere ad Confeſſarium, quàm cum ſola attritione cognita vt tali, quę eſt opinio minus probabilis, de qua Comment. *in hoc eodem tom. diſt. 74. à num. 54. vſque ad finem.* 50

Decimum nonum *ſub num. 45. ex 3. diſt. 40. q. vn. ſub §. Concedo, quòd lex noua contineat omnia moralia, quæ lex vetus, & addat alia, vel ſaltem addat aliquam explicationem aliquorum, ad quæ ipſi fortè non tenebantur, quòd quantum ad hoc eſt grauior.* Sed non immorandum reſpondendo imperitis eius ſermonibus longè & infinitè diſtantibus 51

diſtantibus ab auctoritate Scoti.

52 Vigeſimum *ſub num.* 46. *ex* 3. *diſt.* 36. *q. vn lit. G. Et ſi tunc quæritur, quomodo malitia excæcat intellectum ſecundum illas auctoritates? Poteſt dici, quod excæcat dupliciter, vno modo priuatiuè, alio modo poſitiuè. Priuatiuè quia auertit à conſideratione recta; voluntas enim eligens oppoſitum alicuius rectè dictati, non permittit, intellectum diu ſtare in illo recto dictamine, ſed auertit ipſum ab illo, & conuertit ad conſiderandum rationes pro oppoſito, ſi poſſunt eſſe ſophiſtica, vel probabiles.* Ait Merenda Scotum velle excæcationem intellectus procedere ex vſu probabilitatum, dum voluntas auertit intellectum, ne poſſit cognoſcere veras doctrinas, &c. Sed hoc eius commentum reiecimus, reſpondendo ad eius tertium locum *ſupra ſub num.* 16. Repetit enim hic eandem auctoritatem Scoti, quam pro ſe produxerat ibidem.

53 Vigeſimam primam *ſub numero* 48. *ex* 3. *diſt.* 29. *q. vn. Igitur poſt Deum immediatiſſime vult quis ex charitate diligere illud, quo tendit in Deum, & hoc volendo diligit ſe, quia ſibi diligit bonum iuſtitiæ, igitur immediatè poſt Deum tenetur ſe diligere ex charitate.* Ergo infert Merenda, quaſi non ſtuduerit quid ſit conſequentia formalis, illi, qui eligunt pro regula ſuarum operationum probabilitatem, non diligunt ſibi bonum, &c. Sed ſinamus illum cum ſua conſequentia, quia aliud eſt diligere, aliud opinari.

54 Vigeſimam ſecundam *ſub num.* 50. *ex* 3. *diſt.* 35. *q. vn. ſub ff. Simpliciter magis amatur illud pro cuius ſalute volo aliud non eſſe, vel cui ne male ſit, volo aliud non eſſe, quam illud aliud, quod volo, propter ipſum non eſſe.* Non refero eius ambages millies replicatas ab eo, cum intendat Scotum in ſuis doctrinis habere naſum cereum, vt ex eo formet, quicquid ſibi bibet, non tamen licet.

55 Vigeſimam tertiam *ſub num.* 52. *ex* 2. *diſt.* 39. *q.* 2. *lit. C. Voluntas naturalis vt neceſſario tendit in volitum, non habet actum elicitum circa illud, ſed ipſa eſt tantum inclinatio quadam in tali natura ad perfectionem ſibi maximè conuenientem, & iſta inclinatio eſt neceſſario in natura, licet actus conformis huic inclinationi, & natura non neceſſario elicinatur, &c.* Huic textui ab eodem Merenda allato ſuprà loco 12. reſpondimus *ſupra numero trigeſimo ſeptimo.*

56 Vigeſimam quartam *ſub n.* 55. *ex quolib.* 18. *lit. C. Aliud eſt agens, quod de conuenientia ſui actus iudicat, & illum in ſua poteſtate habet, ſicut agens per intellectum, & voluntatem, & bonitas ſecundaria talis actus integra dicitur bonitas moralis* Supponit hic Merenda, intellectum non acquieſcere mediis opinionis probabilis, &c. Gratis hęc, & alia dicit, quæ Scotus nec ſomniauit.

57 Vigeſimam quintam *ſub n.* 58. *ex eodem quolib.* 18. *lit. C. Alia agunt ex cognitione intellectiua, quæ ſola eſt iudicatiua de tali conuenientia, & talia nata ſunt habere regulam intrinſecam rectitudinis in ſuo actu, & in ſolis iſtis poteſt eſſe actus bonus habens bonitatem moralem.* Docet ergo Scotus, vnicam eſſe regulam inducendi bonitatem moralem, eamque eſſe intrinſecam. Duæ autem eſſent, ſi probabilitas honeſtatis tribueret bonam regulam operandi, quia venit ab extrinſeco, ſcilicet ab opinione hominũ; nam actus in ſe malus eſt.

58 Contra eſt, quia *in eo quolib.* Scotus quærit vtrum actus exterior addat aliquid bonitatis vel malitiæ ad actũ interiorem? Reſpõdet affirmando, & ait, non ſufficere, quod in agente ſit potẽtia iudicatiua de cõuenientia ſui actus, ſed oportet quod actu rectè iudicet de actu, & ſecundùm illud iudicium actus fiet, quandocunq; ergo actus exterior conformatur interiori recto, addit illi bonitatem. Quod verum eſt, ſiue ille actus ſit regulatus per opinionem minus probabilem, ſiue probabiliorem, quia à probabilitate vt ſic recipit ſuam rectitudinem, non ergo reprobatur à Scoto probabilitas. Vna ergo eſt regula intrinſeca bonitatis in genere, cui bonitas extrinſeca additur, & ea non ſolum duplex eſt, imò & triplex ſpecie ſtatui poteſt, vna proueniẽs ex iudicio ſcientifico, alia ex iudicio opinatiuo magis probabiliter, & tertia ex iudicio minus probabili; vel duplex tantum ex regula ſcientifica, & ex opinatiua probabiliter; quod nec Merenda negare poteſt, aliàs negat omnem probabilitatem etiam in gradu comparatiuo, quod non poteſt facere, dum admittit probabiliorem.

59 Vigeſimam ſextam *ſub n.* 63. *ex eod. quodlib.* 18. *Sed oportet quod rectitudo, qua formaliter dicitur rectus, præciſè inſit, dum actus ineſt.* Infert non ineſſe rectitudinem ex probabilitate fortiter impugnata

pugnata. Sed non conſtat de hac forti, melius dicas inepta, impugnatione.

60 Vigeſimam ſeptimam *ſub.num.* 64. *ex* 4. *ſent. diſt.* 3. *q.* 2. *Et vniuerſaliter in omnibus dubiis, quantum ad materiam & formam ſunt tres maximæ. Prima eſt iſta, ſi poſſibilitas adeſt, tutiſſima via eſt eligenda. Secunda, ſi non adeſt, poſſibilitas via tutiſſima, proxima eſt eligenda. Tertia eſt iſta, ceſſante impoſſibilitate, cautè eſt ſupplendum, quod impoſſibilitas prohibebat.*

61 Merenda occurrit obiectioni, quod verum eſt hìc agi de materia baptiſmi, tamen verba comprehendunt omnem materiam, quia aliud eſt dicere *in omnibus dubiis*; aliud, in omnibus dubiis circa baptiſmum, ſic Scotum intellexit Tataretus *in* §. *Si quis quærat à Scoto.*

62 Contra eſt, quia reuera ea verba reſtringuntur ad materiam baptiſmi, & aliorum Sacramentorum, & non vltra, nec in claris eſt locus coniecturis. Verum quidem eſt, quod Tataretus extendit eas regulas ad alia, exemplificando in furto, quod furtum reddendum eſt domino, ſi viuit; ſi mortuus, eius hæredibus, non Eccleſiæ, cui tantum dandum eſt, ſi caret hæredibus. In his autem non cadit opinio, ſed clara eſt doctrina, & certa ex obiecto. Præterea Scotus loquitur de dubiis, non de opinionibus; ergo non facit ad rem pro Merenda.

63 Vigeſimam octauam *ſub n.* 65. *ex* 4. *diſt.* 15. *q.* 14. *ſub N. Reſpondeo bonarum mentium eſt culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt, diſt.* 5. *& ideò multo magis, vbi dubitatur, an ſit culpa, & qualis culpa, bonæ mentis eſt agnoſcere culpam, & ideo tali caſu datum eſt poſt talem negotiationem pænitere indiſtinctè de hoc, de tali, quale eſt, vtpote ſub tali conditione ſi mortale, tamquam de mortali.* Verba *tutum eſt*, inquit Merenda ſignificant periculum eſſe omittere pœnitentiam vbi dubitatur an ſit culpa. Si accipias dubium rigoroſè, hoc eſt, æquilibre, ſecundùm Scotum non eſt tutum facere id, quod habet contra ſe opinionem pariter probabilem, & multò minus erit probabilior. *Hucuſque Merenda abſoluens ſuum opus.*

64 Contra eſt, quia Scotus ibi agit de dubio, non de opinione, ideò non facit ad propoſitum textus Scoti.

65 Et ex his patet loca Scoti allegata à D. Doctore Merenda, non eſſe pro eo; quia ex illis, vt viſum fuit, reuera colligi non poteſt, illum recuſaſſe vſum probabilitatum, imò illum ſecutum fuiſſe, vt manifeſtè colligitur ex ſequentibus locis, quæ ex eo referimus, per quæ apparet eum aliquando ſecutum fuiſſe opiniones minus probabiles, & minus tutiores.

Primus locus ſit *tom.* 3. *eius operum q.* 3. *Miſcellan. vbi n.* 17. opinatur, curatum miniſtrantem baptiſmum, vel pœnitentiam in neceſſitate peccare mortaliter, vt tenent communiter omnes etiam de quolibet Sacerdote non curato apud Bonac. *diſp.* 1. *de ſacram. q.* 3. *p.* 2. §. 1. *n.* 11. Contra ipſum Scotum loco citato, aſſerentem non curatum illa adminiſtrando in neceſſitate non peccare. Idem dicit de Sacramento Euchariſtiæ *infra poſt n.* 20. cuius opinio ab omnibus noſtris temporibus negatur; conſtat autem, hanc poſteriorem non eſſe tutiorem, imò nec tutam. 66

Secundus locus *tom.* 8. *in* 4. *diſt.* 5. *q.* 2. tenet, adulto licere baptiſmum recipere à præciſo in extrema neceſſitate, quod alij negant; hoc autem poſterius eſt tutius, quia nullo modo ſe exponit periculo peccandi, & poteſt ſaluari cum baptiſmo flaminis. 67

Tertius locus *ibidem diſt.* 7. *q.* 2. Scotus tenet, recipere Sacramentum Confirmationis non eſſe in præcepto, quod alij tutius affirmant. 68

Quartus *ibidem q.* 5. Scotus negat reiterantem Confirmationem incurrere irregularitatem, alij affirmant, quod eſt ſecurius pro conſcientia. 69

Quintus locus *ibidem diſt.* 8. *q.* 2. *n.* 8. tenet contra D. Thomam, & alios eſſentialia verba Conſecrationis eſſe hæc tantum: *Hic eſt calix ſanguinis mei.* Et licet hæc ſit veriſſima opinio, & communiſſima, tamen nemo negabit, eam, quod docet D. Thomas, ſequentia quoque verba pertinere ad eandem eſſentiam Conſecrationis, eſſe tutiorem, & ſecuriorem. 70

Sextus locus *ſub eadem diſt.* 9. *q. vn. n.* 4. vbi ait, non oportere venialia delere ante communionem, cùm tamen tutius, & ſecurius ſit illa delere. 71

Septimus locus *in* 4. *diſt.* 14. *q.* 2. *num.* 14. *iuncto num.* 56. *Comment. q.* 4. vbi Scotus ait ad ſacramentum abſolutionis ſufficere attritionem vt talem, cognitam contra plures alios qui eam admittunt, putatam tamen contritionem, quod eſt tutius, & ſecurius. 72

Octauus

73 Octauus locus *in eodem* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 1. *num.* 14. §. *Vel ſi omnino*, *&* *diſt.* 17. *quæſt. vn. num.* 22. §. *Continet etiam*, in quibus locis, Scotus docet eſſe abſoluendum eum,qui negat acceptare pœnitentiam, paratus eam ſoluere in Purgatorio. Hæc opinio tunc temporis erat probabilis, multò probabilior contraria, quæ nunc de fide exiſtimatur, vide citatos à Bonacina, *quæſt.* 5. *de pænit. ſect.* 3. *part.* 4. *initio.*

74 Nonus locus *in eodem* 4. *diſt.* 15. *q.* 1. *à num.* 15. Scotus tenet, quod opera ſatisfactionis facta in peccato conducunt ad ſatisfactionem contrà communem cum D. Thoma *ibi* citatò à Comment. *num.* 107. quam eſſe ſecuriorem nemo negat.

75 Decimus locus *ibidem diſt.* 15. *q.* 2. *num.* 19. ait, pecuniam ad ornatum, & ſimilem vſum locari poſſe, contra Nauar. *cap.* 17. *num.* 2. negantem torquem aureum eſſe locabilem, quæ opinio eſt tutior, licet Scoti ſententia ſit communior, ſecundum Molinam *diſp.* 719. Azor. *tom.* 3. *lib.* 4. *c.* 4. *quæſt.* 3.

76 Vndecimus locus *ead. diſt.* 15. *q.* 2. *num.* 26. videtur aſſerere, dominium vſuræ tranſire in vſurarium, contra communiorem, de qua *ibidem in Comment. num.* 155. quæ eſt tutior, ne foueantur vſuræ.

77 Duodecimus locus eſt *ibidem diſt.* 17. *q. vn. num.* 20. circunſtantias ſolum aggrauantes non eſſe neceſſariò confitendas, eſſe tamen tutius, & vtile; ex ſententia aliorum eſſe neceſſariò aperiendas in confeſſione.

78 Hæc ſufficiant, vt ea legentibus conſtet Scotum non repudiaſſe opiniones probabiles contra probabiliores, ſed eáſdem fuiſſe amplexum, vt ex allatis locis notum eſt. Et hæc ſufficiant contra D. Merendam, qui nimis affectus in ſua opinatione voluit in ea quamvis ſingularis coaceruare mendaciter ſibi Magiſtros, qui ſi viuerent, eum ſine dubio obiurgarent de ſua obſtinatione.

CAPVT XVIII.

An Opinio ſit ſpecies Prudentiæ?

PRæmittendum eſt primò, ab Ariſt. definiri prudentiam *6. Ethic. c.* 5. quòd ſit habitus cum recta ratione actiuus circa humana agibilia. D. Aug. *lib.* 1. *de libero arbitr. c.* 13. Prudentia eſt ſcientia rerum appetendarum, & fugiendarum. S. Baſilius *homil.* 12. *ad populum* clariùs ait, quòd eſt vera cognitio eorum, quæ agenda ſunt, vel non agenda. Itaque prudentia eſt habitus, ſeu virtus intellectualis directiua humanarum actionum dictando bonas amplectendas, & malas fugiendas. Quare prudentia eſt habitus, atque virtus & cognitio vera, & certa habens pro obiecto humanas operationes, quas vt bonas dictat eſſe proſequendas, malas verò fugiendas. 1

Præmittendum ſecundò, eam eſſe virtutem non ſolùm intellectus, ſed etiam voluntatis; intellectus quidem quatenus eſt vera, & certa cognitio honeſtatis, & bonitatis, ſeu turpitudinis, & malitiæ humanorum actuum, vt dixit Ariſt. quòd *eſt habitus cum recta ratione actiuus*; vnde ſecundùm id dicitur eſſe in intellectu ſubiectiuè. Eſt verò virtus in voluntate moralis, quia ipſa inclinatur ad bene operandum, iuxta dictamen rectum ſibi ab intellectu propoſitum in ordine ad opus; voluntas enim ſecundùm ſe ſpectata cæca eſt, cùm non ſit ratio; vnde nunquam fertur in obiectum, niſi priùs ab intellectu cognitum ſibi proponatur. Vide D. Thomam 1. 2. *q.* 57. *art.* 5. ad 3. vocantem illam propriè virtutem intellectualem, *& q.* 58. *art.* 3. *ad* 1. vocantem prudentiam ſecundum eſſentiam virtutem intellectualem, moralem verò ſecundum materiam. Eſt igitur intellectiua quatenus dirigit, volitiua verò quatenus eligit. 2

Præmittendum tertiò, vtramque verſari circa idem obiectum materiale, quod eſt humana actio, ſeu operatio, aut actus humanus liberè proueniens à voluntate; quod obiectum quatenus ſpectatur ſub ratione veri, eſt formale prudentiæ intellectualis, vir enim prudens iudicat honeſtatem, & turpitudinem actuum humanorum, vt honeſtos ſequatur, & turpes 3

Digitized by Google

fugiat taliter cognitos per veram, & certam cognitionem mentis ſuæ, eos proponendo voluntati, ne erret in operando. Iidem verò actus ſub ratione honeſti, & turpis, ſeu boni, & mali ſunt formale obiectum prudentiæ vt virtus moralis; nam obiectum voluntatis eſt bonum, ſicut intellectus eſt verum.

4 Præmitto quartò, obiectum prudentiæ eſſe contingens, cum ea enim verſetur circa humanos actus, qui ſe contingenter habent, neceſſe eſt, quod illos conſideret eo modo, quo fieri poſſunt, & ſic contingenter, & ita docent omnes cum D. Thoma 2. 2. *q.*47. *art.*5. vbi, quod eſt virtus ſpecialis circa contingentia ſub ratione veri, & boni, Faber *diſputat.* 8. *in primum Metaphyſ. ſub initium*, §. *Ex hac definitione*, vbi ait, quod verſatur circa contingentia, quia quæ ſunt impoſſibilia, vel neceſſaria non cadunt ſub conſilio, vt faciunt actus humani, vnde prudentia vt virtus intellectiua eſt conſiliatiua, vt voluntatis, eſt electiua.

5 Præmitto quintò, ex quo eius obiectum eſt contingens talem debet habere veritatem, & certitudinem, qualem exigit obiectum illius, ad differentiam obiecti neceſſarij, quod aliter ſe habere non poteſt, vnde omnimodam, & infallibilem veritatem, & certitudinem habet obiectum neceſſarium, quia inuariabile eſt, & neceſſarium, conuenienter eius naturæ. Quare D.Thomas 2.2.*q.*60.*artic.*3.*ad primum*, ait his verbis: *In humanis actibus inuenitur aliqua certitudo, non quidem ſicut in demonſtratiuis, ſed ſecundum quod conuenit tali materiæ.* Idem S.Doctor explicans Ariſtotelem 1.*Ethic.cap.*1. dicentem: *Certum enim non ſimiliter in omnibus ſermonibus quærendum eſt.* Exponit ibidem: *Materia moralis talis eſt, quod non ei conueniens certitudo.* Et paulò infra hæc ſequentia verba Ariſtoteles: *Oportere poſſe, & figuraliter veritatem oſtendere.* Exponit ſic: *Id eſt veriſimiliter, & hoc eſt procedere ex propriis principiis huius ſcientiæ, & ſic manifeſtum eſt, quod materia moralis eſt varia, & difformis non habens omnimodam certitudinem.* Ita refert Mercor.*p.*1.*art.*1.*verſ.Hanc veritatem.*

6 Præmitto ſextò, duplicem eſſe veritatem, nimirum obiectiuam, & formalem, illa eſt conformitas intellectus cum re intellecta prout eſt ex parte rei ſic cognitæ prout eſt in ſe, & hæc refertur ad obiectum neceſſarium, quod aliter ſe habere non poteſt; veritas verò formalis eſt pariter conformitas intellectus cum obiecto intellecto ſiue in ſeipſo, ſiue in nobis, quatenus iudicatur rationabiliter eſſe verè tale, quale à nobis apprehenditur, quamuis aliter ſe habere poſſit, quod à nobis ignoratur inuincibiliter, aut etiam ſcitur oppoſitum eius eſſe verum ex oppoſitis motiuis. Itaque alia eſt veritas realis à re, alia veritas apparens talis nobis, non caſu, nec imprudenter, ſed rationabiliter ex motiuis determinantibus intellectum ad ita aſſentiendum. Eodem modo Philoſophandum eſt de certitudine obiectiua, ſeu reali, & formali, ſeu apparente, hoc eſt, certitudine ex parte rei, ſeu ex parte noſtra. De vtraque dixi *ſub cap.*5.*n.*7.*&* 8. ſub nomine veritatis, & certitudinis naturalis, & moralis.

De hac veritate, & certitudine mo- 7
rali ex parte noſtræ cognitionis vti neceſſaria ad benè operandum docent omnes cum Medina 1. 2. *q.* 19. *art.*5. Suar. *de actib. hum. diſp.*2.*ſect.*12. Salas 1.2.*tract.*8.*ſect.*4. Leſſius *l.*1.*c.*1. ex illis Mercorus *p.*1.*art.*10.

Notandum autem eſt, quod hacte- 8
nus dicta applicari benè poſſunt opinioni probabili, & probabiliori in ordine ad mores; nam dictum fuit, quod prudentia eſt habitus, & virtus tùm intellectualis, tùm moralis, ſeu voluntatis ſecundum rectam rationem, hoc eſt, cognitionem veram, & certam verſans circa actus humanos eius obiectum contingens, ſecundum quod ſe tenet ex parte intellectus directiua, & conſiliatiua honeſti, & boni; prout verò ſe tenet ex parte voluntatis inclinans ad electionem boni, & fugam mali. Hæc omnia reperiuntur in opinione probabili; ergo ea eſt prudentia. Probantur ſingulæ particulæ opinioni applicandæ.

Primò, prudentia dicitur habitus 9
inclinans vtramque potentiam ad promptè agendum; ſed opinio eſt habitus ad promptè agendum; nam intellectum promptũ facit ad intelligendum honeſtatem obiecti, quod proponit voluntati, quæ facile illius electionem facit. Ita omnes opinionem

vocant

Digitized by Google

vocant habitum, Conimbr. *in lib.* 1. *poſter.cap.*26.*q.*1.*art.*1.*verſ.Opinio*, Poncius *in Logica,diſp.*22.*de ſcientia,n.*35. & alij omnes.

10 Secundò,prudentia dicitur virtus; eſt autem virtus ſecundum Ariſtotelem apud S.Thomam 1.2.*q.*110.*artic.*3. diſpoſitio perfecti ad optimum; id eſt,virtus tunc facit hominem perfectum, cum dicit veritatem, & facit bonum; veritas enim, & bonitas in homine ſunt duæ optimæ perfectiones. Nemo debet hæc negare opinioni probabili, quæ vtrumque efficit in homine; nam opinans probabiliter in moralibus naturam propriam perficit, dum intellectum apprehendit, & iudicat verum id,quod de obiecto intelligit, nimirum honeſtatem, & bonitatem,quam voluntas inſtructa ſequi debet; eſt ergo opinio diſpoſitio perfecti ad optimum, & conſequenter virtus, cum per eam opinans perficiatur dicendo veritatem, & faciendo bonum; eſt enim perfectio intellectus, & voluntatis, dum de ſe non dicit imperfectionem, cum melius ſit opinari, quàm nihil intelligere.

11 Præterea S. Auguſt. *lib.*2. *de libero arbitrio*, *cap.*18.*&* 19. apud D.Thomam 1.2.*q.*55.*art.*4. definit, quod virtus eſt bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nullus malè vtitur. Opinio autem eſt bona qualitas mentis, quia eſt eius actus, cum ab intellectu procedat, ſub ratione veri dictans homini bonitatem, & honeſtatem quam proſequi debet homo, vt ſecundum eam rectè viuere poſſit; quaque opinionis qualitate nullus male vtitur, dum per eam voluntas ab opinante inſtructa amplectitur honeſtatem; opinio igitur vt virtus habentem facit bonum, & opus eius pariter bonum reddit, materialiter quidem ex parte intellectus ſubminiſtrantis veritatem, formaliter verò ex parte voluntatis eligentis actum honeſtum ſibi ab intellectu propoſitum.

12 Tertiò, prudentia eſt habitus cum rectâ ratione actiuus, id eſt, eſt cognitio vera, & certa circa ſuum obiectum, de eo enim quærit veritatem, vt per eam dirigere poſſit potentiam voluntatis in operationes honeſtas, & bonas conuenientes naturæ ipſius hominis; ſed hæc competunt etiam opinioni probabili, quæ circa verum, & certum ſui obiecti verſatur, vt per id dirigat voluntatem in opus bonum, & honeſtum opinatum; ergo opinio eſt prudentia.

Quartò, prudentia habet pro ob- 13
iecto, quod contingens dicitur, actus humanos ſub ratione bonitatis ex veritate, & certitudine moralibus ex parte ipſius intellectus conſiliantes voluntatem in electionem boni; ſed hæc omnia competunt opinioni;ergo opinio eſt prudentia. Minor demonſtratur; nam certum eſt, opinionem verſari circa actus humanos, diſtinguentem bonos à malis, honeſtum à turpi, & conſiliantem voluntatem ad electionem bonorum, & fugam malorum; ergo commune habet obiectum cum prudentia, conſequenter eſt prudentia.

Scio id communiter ab omnibus 14
negari, ob rationes mox afferendas, quæ omnes nituntur à ſimplici auctoritate Ariſtotelis, qui ſi nunc viueret, oppoſitum ſentiret, quia reuera ſupradictæ rationes ex æquo applicantur opinioni probabili, & à fortiori probabiliori, & multò magis tutiori, in qua nulla poteſt eſſe ſuſpicio falſitatis, ſicut nec periculi peccandi, quod fundatur ſuper formidine,& ſuſpicione falſitatis. Quod ſi noſtrum 15
reſponſum negant, non poſſunt reiicere illam à prudentia tanquam minus perfectum à magis perfecto, à ſimili, de opinionibus in aliis ſcientiis, quæ reducuntur ad eas ſcientias, circa quarum obiectum verſantur; ſic opiniones circa materiam phyſicam reducuntur vt minus perfectum ad magis perfectum, imò maius extenſiuè ad minus pariter extenſiuè, quia in qualibet virtute plures ſunt propoſitiones probabiles, quam ſcientificæ, ſicut ergo cognitio opinatiua circa materiam phyſicam dicitur cognitio phyſica, ita cognitio opinatiua circa moralem, & actus humanos,appellatur cognitio prudentialis, & reuera ſectatores opinionum probabilium aliter ſentire non debent, dum ponunt hoc fundamentum, quod ſequens opinionem probabilem non peccat, quia prudenter agit, nemo autem prudenter agere poteſt ſine prudentia; ergo prudenter opinans

Digitized by Google

recognoſcere debet ſuam opinionem à prudentia procedere.

16 Dices primò cum aduerſariis. Ariſtoteles 1.*poſter.cap.*26.obiectum opinionis eſt incertum, & ſi quidem eſt circa verum, aut falſum, contingens tamen eſt, & aliter ſe habere non poteſt Et 3.*de Anim.text.*152. *relatiuè ad lib.* 2. expreſsè diſtinguit inter Prudentiam, Scientiam, & Opinionem; ergo opinio non eſt prudentia, ſicut nec eſt ſcientia.

17 Reſpondeo Ariſtotelem ſumere nomen opinionis in confuſo prout inclinat tam ad falſum, quàm ad verum, ratione cuius dicitur eſſe de obiecto incerto, modo vera, modo falſa, vt manifeſtè colligitur ex iiſdem textibus. Nos autem loquimur de opinione probabili, & in hac ſpecie, quæ non niſi verum dicit, quamdiu durant ſub veritate, & certitudine motiua rationabilia, quæ ipſam opinionem conſtituebant probabilem, & rectam. Quòd ſi poſtea vel damnatur pro falſa, vel vt talis conuincitur apertè, non eſt amplius ſub genere opinionis probabilis, ſed euaneſcit; nec hinc eſt inferendum obiectum eius eſſe incertum, & ſubiectum falſitati; tùm quia eius obiectum attenta probabilitate habet certitudinem, & ſic non eſt ſubiectum falſitati apparenti, cùm apparenter ſit verum, licèt ſit ſubiectum falſitati reali, quæ non ſpectat ad obiectum contingens, cuiuſmodi ſunt actus humani, qui petunt circa ſe cognitionem moralem, ac proinde veritatem, & certitudinem non realem, & obiectiuam, ſicut eſt neceſſarium, ſed apparentem, quando illa deeſt, conuenientem obiecto contingenti, vt ſuprà dictum fuit, quod nec aduerſarij negant in virtute prudentiæ; quam cognitionem prudentialem immeritò negant in opinione, quæ cum verſetur circa actus humanos, non poſtulat maiorem cognitionem, quàm ipſa prudentia, imò tantùm æqualem, cùm ambæ verſentur circa idem obiectum contingens, ac proinde quod aliter ſe habere poteſt tam reſpectu vnius, quàm alterius.

18 Dices ſecundò cum S. Thoma 1. 2. q. 55. *art.*4. §. *Notandum, quod habituum operatiuorum aliqui ſunt ſemper ad malum, ſicut habitus vitioſi, aliqui quandoque ad bonum, & quandoque ad malum, ſicut opinio ſe habet ad verum, & falſum; virtus autem eſt habitus ſemper ſe habens ad bonum, ideò vt diſcernatur virtus ab his, quæ ſemper ſe habent ad malum, dicitur, qua rectè viuitur; vt autem diſcernatur ab his, quæ ſe habent quandoque ad bonum, quandoque ad malum, dicitur, qua nullus male vtitur.* Ergo opinio cùm non ſemper habeat ad bonum, hoc eſt etiam ad verum, cùm ſit etiam ad malum, & falſum, non poteſt dici virtus, nec prudentia. Et *ſeq.q.*57.*art.*2. *ad* 3. ait, quod habitus virtutis eſt determinatè ad bonum, nullo modo ad malum, quod bonum reſpectu intellectus dicitur verum, ſicut malum falſum; vnde ſoli habitus virtutum intellectualium ſemper tendunt in verum, nunquam in falſum, opinio autem tendit etiam in falſum: ergo non poteſt connumerari inter habitus virtutum intellectualium.

Reſpondeo ſicut D. Thomas diuidit habitus vitioſos ab habitibus virtuoſis, ita liceat mihi diſtinguere opinionem vitioſam à virtuoſa, improbabilem à probabili, ſicut diuiditur prudentia ab eodem S. Thoma 2. 2. q.47. *art.*13. in falſam, & perfectam, ſcilicet veram; verum quidem eſt, quòd opinio improbabilis eſt ad falſum, probabilis verò ſemper inclinat ad verum intellectum, ad bonum verò amplexandum voluntatem. Quare per ipſam opinionem, vt etiam dictum fuit *ſuprà*, homo dicitur rectus, & bonus, ac proinde rectè viuere, quia intellectus opinando probabiliter proponit voluntati honeſtam & bonam operationem, per quam rectè viuere dicitur, & conſequenter ſequens opinionem probabilem, non dicitur malè vti opinione probabili, dum prudenter operatur. Et D. Thomas *citata q.*57. *art.*4. *ad ſecundum*, videtur manifeſtè hoc idem ſentire illis verbis: *Prudentia magis conuenit cum arte, quàm cum habitibus ſpeculatiuis, quantum ad ſubiectum, & materiam, vtrumque enim eſt in opinatiua parte animæ, & circa contingens aliter ſe habere non poteſt.* Ex quibus patet prudentiam ſe tenere ex parte opinatiua animæ, ac proindè ambas eſſe vnum, & idem ex contingentia obiecti vtriuſque. 19

Nec

20 Nec ex eo, quod opinioni etiam
probabili poteſt ſubeſſe falſum ex
parte rei in eo, quod eſt contingens,
tollitur ab ea ratio virtutis, veritatis,
& certitudinis, quia falſitas obiecti-
ua non opponitur veritati, & certitu-
dini ex parte cognitionis opinatiuæ
moralibus, ſed tantum veritati, &
certitudini realibus à re, & obiecti-
uis, ſufficit enim ad rationem virtutis
qualiſcumque veritas, nimirum appa-
rens ſecundùm nos, ſi abeſt à nobis
ea, quæ eſt ſecundùm rem; inquit
enim Ariſtoteles 7. *Ethic. cap.* 3. apud
Conimbr. *ad cap.* 26. 1. *poſter. q.* 1.
art. 3. *verſ. Quod diſcrimen*, certitudi-
nem ex parte opinantis iudicari ta-
lem, qualem cenſent ſcientes in ſcien-
tia, inquit enim, quod aliqui in ſua
opinione ſunt tam conſtantiores,
quàm alij in ſcientia; quod reuerà ita
21 eſt, vt conſtat inter Thomiſtas, &
Scotiſtas, ſinguli enim eorum ita ſuis
opinionibus adhærent pro veris, &
certis, vt aduerſariorum placita in-
dubitanter pro falſis, & incertis ha-
beant. Et quod prudentia non ſit om-
nino certa propter variabilitatem ob-
iectorum, & ſingularium, ſed tantum
certa vt in pluribus, docet idem San-
ctus Thomas 2. 2. *q.* 47. *art.* 3. *ad* 2.
art. 9. *ad* 2. Item *q.* 49. *art.* 1. *ad* 2. inquit
præterea: *Quamuis in quibuſdam aliis
virtutibus intellectualibus ſit certior ra-
tio, quàm prudentia, tamen ad pruden-
tiam maximè requiritur, quod ſit homo
benè ratiocinatiuus, vt poſſit benè appli-
care vniuerſalia principia ad particula-
ria, quæ ſunt varia, & incerta.* Itaque
veritas, & certitudo intenditur, &
remittitur iuxta exigentiam, & natu-
ram ſcientiarum quarum ſunt; vnde
in merè ſpeculatiuis eſt omnimoda
veritas & certitudo propter earum
obiecta, quæ aliter ſe habere non poſ-
ſunt nec in re, nec in cognoſci, quia
22 cognitio ſequitur eorum eſſe; in mo-
ralibus verò & virtutibus practicis, vt
eſt ars, & prudentia non eſt neceſſa-
ria tam infallibilis certitudo, ſicut in
cæteris, propter contingentiam obie-
ctorum. Quare cùm opinio nullam
aliam videatur pati exceptionem,
quàm quòd eius cognitio non eſt ita
certa ſicut eſt, in ſcientiis merè ſpe-
culatiuis certitudo omnimoda, & pru-
dentia hunc eundem defectum pa-
tiatur ratione contingentiæ obiecto-
rum, quare remouetur à ratione vir-
tutis, & prudentiæ, dum cum eis par-
ticipat parem certitudinem moralem,
licèt non omnimodam, quæ aliis vir-
tutibus competit? Confirmatur idem
ex *cap.* 9. *Sapient.* 14. *Incerta prouiden-
tia noſtra*, vt notat idem D. Thomas
ea *q.* 47. *art.* 3. *ad* 2. ſubdens: *Tamen
per experientiam ſingularia infinita re-
ducuntur ad aliqua finita, quæ vt in plu-
ribus accidunt, quorum cognitio ſufficit
ad prudentiam humanam.* Nota quòd
Salomon fauet noſtræ opinioni, dum
ait cum prudentia miſcet incertitudi-
nem, intellige obiectiuam, quod idem
dicitur de opinione, de qua hic Diuus
Thomas implicitè loquitur, & attri-
buit rationem prudentia, illis verbis:
Quæ vt in pluribus accedunt, ſic enim
Ariſtoteles explicat opinionem *c.* 1.
lib. 1. *Topic.* ſub prædictis verbis, *vt in
pluribus*, citatus Ariſtoteles *in* 6. *Ethic.
cap.* 1. à S. Thoma *cit. q.* 49. *art.* 1. *in cor-
pore*; ergo opinio, & prudentia co-
incidunt.

Dices tertiò, opinio vt opinio 23
adiunctam habet formidinem de op-
poſito eius, quod opinatur, quæ illius
eſt paſſio, ac proinde ſeparabilis ab
ea, vt omnes docent; ergo non po-
teſt habere rationem virtutis, neque
proindè prudentia eſt, cùm careat
certitudine excluſa per eius formi-
dinem.

Reſpondeo duplicem eſſe formidi- 24
nem, radicalem, & formalem, ſeu
aptitudinalem, & actualem, de qui-
bus Recent. cum Meldulenſi *diſp.* 14.
Logica, *q.* 1. *n.* 5. & 6. Complut. *diſpu-
tat.* 20. *Logicali*, *q.* 3. *num.* 23. Conimbr.
ſuper cap. 26. *lib.* 1. *poſter. q.* 1. *art* 4. qui
radicalem vocat ex obiecto, forma-
lem ex ſubiecto ex parte opinantis,
Cardinalis de Lugo *diſput.* 14. *de iuſt.
ſect.* 2. ex eo Mercorus *part.* 1. *art.* 9.
§. *Rurſus.* Radicalis eſt de intrinſeca
ratione opinionis, cuius eſt paſſio illi
innata propter contingentiam obie-
cti, cui intellecto vt certo, nihilomi-
nus poteſt ſubeſſe falſum ex parte rei,
vltra quod per hoc opinio eſſentiali-
ter differt à ſcientia, aliter opinans
ſine vlla omnino formidine diceretur
ſcire, non opinari.

Actualis autem, quæ ſcilicet oc- 25
currit memoriæ dum opinans opera-
tur, non ſemper ineſt, ſed contingere
poteſt, quod opinans operetur om-
nino

nino ſine vlla hæſitatione de parte oppoſita, imò quòd exiſtimet firmiter id eſſe verùm, & certum ſimpliciter, ac ſi tale eſſet ex parte rei, & non ſolùm ex parte cognoſcentis. Poteſt ergo, inquit Meldul. *num.6.* impediri, ne ea aptitudo formidinis exeat in
26 actum. *Primò*, quia vt plurimum res vera eſt, ideò aſſentimur ſine vlla ſuſpicione, quòd mater diligit filios; quod verum eſt narratum ab Hiſtoricis antiquis, quòd Notarij, ſeu Parochi fides ſit vera, quia pro iſtis eſt præſumptio veritatis, niſi euidenter conſtet de contrario. *Secundò*, opiniones à Thomiſtis, & Scotiſtis inconſtanter ab illis reſpectiuè admittuntur ſine vlla prorſus formidine. *Tertiò*, excluſio formidinis actualis, vt ait Tataretus *ſuper lib.1.poſter. finem*, §.*Dubitatur ſecundo, verſ. Pro ſolutione*, cauſatur aliquando à præſumptione, & temeritate ignorantium putantium ſe ſcire id, quod vix poteſt opinari; id contingit hæreticis, vt notat idem Meldul. & ante illum Conimbr. *ad dictum cap.26.1.poſter. q.1. art.4. verſ. Iam verò.* Non eſt ergo opinio ita exiſtimare, ſed error, & temeritas, de qua etiam Ariſtoteles *7. Ethic. cap.3.* apud prædictos. *Quartò*, ob aliquem affectum erga Magiſtrum, vel ex pietate; nam oportet addiſcentem credere ſine vlla hæſitatione, ex deuotione, & pietate omnis ferè Eccleſia credit firmiter ſine vlla hæſitatione Virginem immaculatè conceptam fuiſſe.

27 Conſtat ergo ex dictis opinionem exerceri poſſe ſine actuali formidine non ſine radicali, quæ naturaliter, vt ita dicam, comitatur ipſam opinionem propter ineuidentiam ſui obiecti; ea quoque ratione, quia quis non poteſt acquirere ſibi opinionem probabilem, niſi exiſtimet verum eſſe, & certum, quod de obiecto iudicat, quaſi per quandam reflexionem ſaltem virtualem; dum ergo præbet aſſenſum circa obiectum iudicando illud honeſtum, & licitum, id enim eſt primarius effectus opinionis ſi vir doctus eſt, & non inſipiens, huiuſmodi aſſenſum firmiter generat in mente ſua ſine vlla formidine ad oppoſitum, quòd obiectum ſit turpe, & illicitum.

Itaque ad argumentum reſpondetur, formidinem quidem radicalem eſſe inſeparabilem ab opinione probabili, inde tamen ſequi non poteſt, quòd tollat veritatem, & certitudinem moralem ab obiecto opinato, quia formido aptitudinalis opponitur tantùm veritati, & certitudini non morali, ſed naturali per eam importatæ; præterquam quòd illa radicalitas ſpectatur, quatenus facit eſſentialiter opinionem differre à ſcientia, quæ omnem excludit omnino formidinem ob euidentiam ſui obiecti; ſicut ergo ſcientia non deſtruit certitudinem moralem in opinione probabili, ita neque formido id efficere poteſt in eadem opinione, cùm non ſe teneat ex parte opinantis, ſed opinionis. 28

Neque actualis formido deſtruit veritatem, & certitudinem moralem opinionis probabilis, quando cum ea per accidens coniungitur, ob infirmitatem, & ſcrupulum hæſitantis in opinando; non ſolum quia opponitur falſitati, & incertitudini obiectiuæ & rei, ſicut radicalis, à qua deriuatur, non autem apparenti in obiecto ex parte cognoſcentis, vt *ſuprà* dixi, cum quo non habet proportionem ſecundùm oppoſitionem. Verùm etiam, quia formido actualis eſt tam minimæ entitatis, vt non valeat infringere datum aſſenſum ex firma ratione, quam deſtruere non poteſt leuis ſuſpicio, quàm habet formido reſpectu opinionis probabilis, in caſu quo poſſet ſe opponere probabilitati opinionis. 29

Vaſquez 1.2.*diſput.62. cap.5.numero 26. & 27.* docet, quod diximus, dum exiſtimat, nos poſſe rectè operari cum opinione probabili non obſtante, quòd agens habeat formidinem, non tamen dubitationem, & hæſitationem contrariæ partis, ſiue ex principio intrinſeco, ſiue extrinſeco opinetur. Et probat, quia hæc formido etiam expreſſa vnius partis cùm non excludat aſſenſum determinatum alterius partis, & cum quouis aſſenſu probabili, qui non attingit euidentiam, formido eſſe poſſit, ſequitur cum hac formidine quemlibet rectè operari poſſe. Primum probat, quia, vt conſtat ex ſententia omnium, 30

ad

Digitized by Google

ad rectè operandum non eſt neceſſarius aſſenſus euidens, ſed ſufficit probabilis. Poſtremò, quia qui habet formidinem circa propoſitionem vniuerſalem, habebit eandem circa ſingularem, vt probauit; ergo qui habet tantum opinionem de vniuerſali, poterit rectè operari cùm formidine circa ſingulare iudicium conſcientiæ.

31 Admittit ergo Vaſquez rectam operationem in opinante cum actuali formidine contrariæ partis, quia formido non opponitur iudicio probabili, cum quo ſtat, ſed tantùm iudicio euidenti, cum quo opinio non oritur. Diſtinguit autem dubitationem à formidine, quæ eſt quid minus, contra quàm licet operari, non verò cum dubitatione. Ita etiam docet Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 18. cum Gerſone, & Salas, aſſerentibus ad rectè operandum non requiri iudicium euidens, ſed ſufficere probabile de honeſtate rei.

32 Mercorus *part.* 1. *art.* 11. negat, eum operari ex conſcientia recta, qui hic, & nunc habet formidinem, quòd non rectè operetur. Diſtinguit autem duplicem formidinem, logicam, quæ attentis quibuſdam circumſtantiis communibus, & remotis, non excludit certitudinem moralem, quæ ſufficit ad rectam conſcientiam; & moralem, quâ timetur de errore, attentis rationibus propriis, & circumſtantiis occurrentibus, & de hac poſteriori loquitur negando cum ea opinantem poſſe rectè agere; & pro ſe citat omnes Doctores, tam Antiquos, quàm Modernos, & nominatim Vaſquez, & Sanchez.

33 Probat autem ſuam concluſionem primò, quia omne dictamen prudentiale debet eſſe certum certitudine excludente formidinem moralem, quòd opus non ſit licitum, quia prudentia cùm ſit virtus intellectualis, non poteſt eſſe opinio; ſed dictamen rectæ conſcientiæ eſt dictamen prudentiale; ergo non poteſt eſſe opinatiuum, ſcilicet habens annexam formidinem moralem, quòd opus non ſit honeſtum.

34 Probat ſecundò, quia dictamen rectæ rationis debet conformari legi æternæ, tanquam primæ regulæ, vt cum D. Thoma 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. omnes conſentiunt; ſed dictamen cum formidine morali repugnat conformari legi diuinæ, hæc enim eſt indefectibilis; iudicium verò opinatiuum in ſuo conceptu formali importat defectibilitatem moralem, quia ita quidem creditur verum, vt etiam moraliter poſſit aliter ſe habere: quòd ſi aliquando conformatur, hoc non eſt ex ſe, ſed per accidens; ergo dictamen opinatiuum non eſt per ſe conforme rectæ rationi.

Impugnantur prædicta à Mercoro 35 præmittendo differre inter ſe dubium, ſuſpicionem, ſcrupulum & formidinem; nam dubium ex D. Thoma, & Scoto à me citatis *ſub cap.* 14. *num.* 3. facit pendere intellectum, ne magis vni parti aſſentiatur, quàm alteri, quia dubitans ſufficientem rationem non habet, quæ illum determinet ad aſſenſum, vel diſſenſum. Suſpicio verò facit declinare magis in vnam partem, quàm in aliam ex leui ſigno; quæ non differt à ſcrupulo niſi vocaliter, cùm & ipſe oriatur ex leuibus rationibus, ex communi cum Caſtropal. *diſputat.* 4. & quia ratio faciens ſuſpicari eſt leuis, ideo aſſenſui nullam tribuit firmitatem. Formido verò eſt timor ex apprehenſione contrariæ partis nullum indicans iudicium, timor enim ſecundùm Scotum *in* 4. *diſtinct.* 49. *q.* 6. *poſt num.* 97. §. *De ſecundò*, conſiſtit in apprehenſione mali, diſtinguendo dubium à timore, dum ait, non oportere, quòd apprehenſio mali ex timore ſit dubia, quia timor in appetitu non neceſſariò præexigit dubiam apprehenſionem mali; differt ergo formido in opinione à dubio in eo, quod illa eſt tantùm timor, & apprehenſio oppoſiti ſine aliqua ratione, aut iudicio ſufficienti, vel inſufficienti, quod ſtare poteſt cum dubio, quod oritur ex rationibus, & iudiciis, quæ non poſſunt determinare intellectum in alterutram partem. Ex his igitur differentiis.

Impugnatur primò ea diſtinctio 36 formidinis logicæ, & moralis; nam nulla earum fundatur in rationibus communibus & remotis, ſeu propriis, & proximis, dum prout patet ex mox præmiſſis formido conſiſtit in timore apprehenſionis mali; apprehenſio autem non eſt ratio iudicatiua conſiſtens in iudiciis & argumentationibus,

Digitized by Google

bus, vt ſupponit Mercorus; ergo ea diuiſio euaneſcit. Deinde formido logica arguit non opinionem, ſed potius præſumptionem, & temeritatem; vt probo ex ipſo Mercoro, qui *præcedenti artic.* 8. ponit exemplum in atteſtatione Parochi facientis fidem certam, quod aliquis ſit baptizatus, formidare tamen poſſumus de illa fide, conſiderando quòd Parochus eſt homo, ac proinde mendax, iuxta illud: *Omnis homo mendax*. Nulli dubium eſt, talem formidinem eſſe temerariam, quia Parochus vti perſona publica, & ex officio ſuo in dubiam fidem habet, & pro eo præſumitur contra quemlibet, dum clarè oppoſitum non probatur; ea ergo logicalis formido nullo modo pertinet ad cognitionem formidinis opinionis reſpectu cuius nullam dicit præſumptionem, aut temeritatem, cùm ſolam apprehenſionem, & quidem rationabilem importet de oppoſito conceptæ opinionis. Deinde in articulo hoc vndecimo diuidit formidinem in logicalem ex rationibus communibus, & moralem ex propriis; antecedenter verò *in art.* 8. vtrumque in vnum coniunxerat, vocando moralem ex rationibus propriis certitudinem ſine vlla formidine, cùm tamen poſſit ſubeſſe falſum ex rationibus remotis, iuxta exemplum ab eo allatum, ex hoc cognoſcitur ineſſe formidinem, dum remotè timetur oppoſitum eius, quod fides exhibet. Neceſſe ergo eſt dicere contra ipſum, quod cùm fides huiuſmodi ponatur ſub gradu opinionis, cui tantùm ſubeſſe poteſt falſitas, certitudinem pru-

37 dentialem coincidere cum certitudine opinionis, dum obiectum prudentiæ ſubditur falſitati, ſicut obiectum opinionis; nulla autem videtur differentia niſi quòd formido remotè ſe habet ad prudentiam, ad opinionem verò proximè, conſequenter ambas conuenire in quadam ratione communi contingentiæ moralis, & ſic ex ea conſtitui genus prudentiæ diuiſibile in prudentiam ſpecialem per remotam formidinem, & in opinionem per proximam formidinem, eo modo, quo moralia de genere in ſpecies diuidi poſſunt, & facit ad propoſitum

38 illud Ariſtotelicum, quod in vnoquoque genere eſt vnum, quod eſt menſura cæterorum, vt ſub genere animalis homo, & hic prudentia ſpecialis præſtat opinionem alteram ſpeciem prudentiæ in genere.

Impugnatur ſecundò reſpondendo ad primum argumentum; nego maiorem, quia formido ſiue moralis, ſiue logica non tollit certitudinem præſtiti aſſenſus, qui fundatur in veritate iudicij, ſiue formido ſpectetur radicaliter, ſiue formaliter, cùm hæc, de qua eſt controuerſia poſſit adeſſe, & abeſſe à ſubiecto, & iure poſſit excludi, cùm ſit potius voluntaria, quàm neceſſario ſequens actum opinionis, vt *ſuprà* fuit probatum *ſub num.* 26. *ad* 29. Non tollit ergo certitudinem; & confirmatur, quia de ſe nullum infert iudicium contrarium facto, cùm ſit ſimplex timor illius in apprehenſione, quæ non iudicat, iudicium autem factum ex opinione ſtat firmiter in opinante cum ſua veritate, & certitudine donec per contrariam iudicium formaliter, & ex intentione deſtruatur, quòd fieri non poteſt per ſolam formidinem; & timorem apprehenſionis oppoſiti. Eſto prudentia ſit virtus intellectualis, & non poſſit eſſe opinio, vt ipſe Mercorus probauit maiorem iam reprobatam, tamen vt ſuperius conſtat, opinio eſt ſpecies prudentiæ, & ei conueniunt omnes rationes virtutis etiam intellectualis loquendo de opinione morali & probabili, quæ ſemper dictat verum. 39

Impugnatur tertiò reſpondendo ad ſecundum argumentum, non cedendo maiorem, & negando minorem, falſum enim eſt, quòd dictamen rationis cum formidine morali repugnet legi æternæ, cum illi conformetur; nam lex æterna eſt regula practica æternæ veritatis ex obiecto procedens à Deo Legiſlatore, qui omnium creaturarum motus, & operationes dirigit in ſuos fines, ex Diuo Thoma 1.2. *q.* 93. huic autem regulæ conformatur quodcumque rectum dictamen rationis, quale eſt etiam opinionis aſſenſus rectè & prudenter præſtitus ab opinante; ergo eſt conforme legi æternæ, à qua deriuat tanquam à fonte, & principio, à quo manant omnia dictamina rationis rectæ. Nec obſtat formido, quin dictamen opinatiuum habeat ſuam indefectibilita 40

fectibilita

fectibilitatem; nam, vt *ſuprà* probatum eſt, opinio habet ſuam veritatem, & certitudinem moralem proportionatam ſuo obiecto, quæ ſunt moraliter indeficienter, cum ſine errore iudicet opinans de honeſtate ſui obiecti, cui iudicio in nullo præiudicare poteſt formido, ex probatis in præcedenti impugnatione. Vnde quoque falſum eſt, quod opinio in ſuo conceptu formali importet formidinem, cum formido tantum radicalis ſit eius paſſio, quæ eſt extra opinionis eſſentiam, actualis verò ad eam non pertinet, cum detur ſine ea, ſicut dabilis eſt homo ſine actuali riſibilitate, at docent omnes
41 Theologi de Chriſto, qui nunquam riſit. Opinionis enim formalis ratio conſiſtit in aſſenſu firmato ex ſolidis rationibus, ex quibus conſtituitur.

42 Impugnatur quartò in eo, quòd citat Vaſquez, & Sanchez pro ſe, quod aſſeruerint dictamen dirigens operationem debere excludere formidinem, vt ſequatur recta operatio. Nam Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *non num.* 16. *ſed num.* 17. contra ipſum manifeſtè docet, ad rectè operandum non eſſe neceſſarium iudicium certum practicè, id eſt, euidens, ſed ſufficere iudicium probabile, id eſt, certum probabiliter, & moraliter, vbi citat Vaſquez, cuius ſententiam retulimus *ſuprà ſub numero* 30. Antiquiores nihil pro ipſo Mercoro.

43 Colligitur ex hactenus dictis, eum, qui ſecundum opinionem probabilem operatur, rectè, & ſine peccato operari, quia prudenter operatur, & rationabiliter, non obſtante formidine, quæ non tollit certitudinem moralem ab opinante apprehenſam, & cognitam in opinione, ex quo eam iudicauit probabilem, quod aliud non importat quam rectitudinem, honeſtatem cognitam in obiecto moraliter; & eam certitudinem proportionaliter habet, quam importat ipſa prudentia in ſpecie accepta; nam obiectum prudentiæ provt contra diſtinguitur ab opinione, eſt certum certitudine morali, non obſtante formidine logicali, & remota; opinionis verò obiectum eadem certitudine certum eſt, cum ei non præiudicet formido moralis, ſeu proxima, ex probatis *ſub numero* 36. Itaque hæc eſt prima differentia inter prudentiam ſpecialem, & opinionem ſub genere prudentiæ. Secunda conſiſtit in eo, quod cognitio ex parte prudentiæ vt plurimum, eſt realis, & obiectiua, vt apparet in primis principiis eius, quæ ſunt exempli gratia: *Deus colendus eſt*; *Honorandi ſunt parentes*; *nulli eſt iniuria inferenda*; *Vnicuique reſtituendum eſt, quod ſuum eſt*; *adulterium eſt peccatum. Lex omnis obſeruanda eſt*; *obediendum eſt ſuperioribus*, *&c.* Hæc & ſimiles propoſitiones ex ſe ſunt veræ, vnde & ſuam certitudinem habent ſecundum ſe ſpectatæ, & quidem realem, & obiectiuam, cum ex parte rei tales ſint, nihilominus dum practicantur hîc, & nunc pati poſſunt varias expoſitiones, dicuntur idcirco habere certitudinem moralem, quoad nos, in quantum recta ratio dictat aliquando eſſe aliter accipienda ob contingentiam ſingularium, quorum circumſtantiæ referuntur ad propoſitiones vniuerſales, quæ explicantur iuxta exigentiam materiæ moralis; nam non ſemper lex obſeruanda eſt, nec ſuperioribus eſt obediendum, nec abſtinendum à ſeruilibus omnibus diebus feſtiuis, quia habent proprias exceptiones in genere moris, ideo in hoc ſenſu prudentiæ obiectum eſt certum non ſemper certitudine rei, ſed vt plurimum certitudine cognitionis, & quoad nos. Cognitio verò opinionis non eſt realis, nec obiectiua, ſed tantum apparens & probabilis nobis ex recta ratione, qua opinans prudenter tenet eſſe verum, & certum probabiliter, quod iudicat eſſe licitum, & honeſtum, ideo huius obiectum dicitur verum, & certum quoad nos, qui ita rationabiliter iudicamus, non verò certum quoad rem, propter eius contingentiam, quæ aliter poteſt ſe habere. Exempla profero. *Matres diligunt filios. Deus colitur. Parentes honorantur à filiis. Subditi obediunt ſuperioribus. Chyrographum minori pretio emitur. Diaconus in mortali exiſtens poteſt cantare ſolemniter*

Euangelium. Hæ propoſitiones ſunt opiniones prudentiales, quia vt in plurimis verificantur; nam maior pars matrum diligit filios; filij vt plurimum diligunt parentes, & ſubditi vt plurimum obediunt ſuis ſuperioribus. Ecce, quod idem obiectum eſt reſpectu prudentiæ ſpecialis, & opinionis prudentialis, in eo differentia, quod reſpectu prudentiæ dictæ propoſitiones ſunt veræ non ſolum ex parte cognoſcentis, ſed etiam ex parte obiecti in ſe ſpectati, quia ſpectantur quoad ſpecificationem; vt, *Deus colendus eſt ab homine*, ac proinde ab omni homine. *Parentes debent diligere filios*; ergo omnes. Secundùm huiuſmodi expreſſionem pertinet ad prudentiam, quia reſpiciunt obligationem vnius erga alterum. Si verò concipiantur ſecundùm exercitium, vniuerſaliter non ſunt veræ, ſed in pluribus, vt patet in exemplis allatis, non enim omnes matres diligunt filios, nec omnes ſubditi obediunt ſuis ſuperioribus, hæ igitur ſpectant ad opinionem, ſicut aliæ, quæ potius præ ſe ferunt ſpecificationem obiecti, quàm exercitium, & operationem in actu. Obiectum igitur prudentiæ habet certitudinem obiectiuam euidentiæ, opinionis verò certitudinem apparentem, & probabilem, vt in pluribus.

44 Itaque definiri poteſt prudentia in genere, & vt quid commune vtrique, quòd ſit habitus inclinans hominem ad rectè operandum, amplectendo bonum, & fugiendo malum. Diuidendo eam in prudentiam ſecundùm ſpeciem contractam per eam cognitionem realem, & formidinem logicam; & in opinionem, ad quam genus prudentiale contrahitur per cognitionem apparentem cum præfata formidine morali. Et ambæ dicuntur verſari ſuper idem obiectum humanorum actuum contingens quidem, ſed certum certitudine morali competente vtriſque iuxta ſuperius dicta. Nec mox contemplaberis rigoroſè, quaſi *ſuprà* ſignatæ differentiæ ſumantur phyſicè, ſed eas intelliges moraliter, in quantum faciunt vtramque ſpeciem inter ſe cognoſcere eſſe diuerſam vnam ab alia.

Hactenus conati ſumus probare 45 opinionem probabilem ſuam habere certitudinem ſibi conuenientem, quam importat, & indicat ipſa probabilitas in ſuo conceptu, aliàs opinio non eſſet probabilis, ſi careret veritate, & certitudine ſibi proportionatis; hoc enim ipſo, quòd opinio conſtituitur in ſuo eſſe formali probabilitatis ex motiuis ſolidis, & rationabilibus, non poteſt non eſſe verum, & certum id, quod ipſa indicat, nimirum eſſe verè, & certò licitum, & honeſtum, quod ipſa conſcientia ex illis prudentibus motiuis iudicat, ad aliud enim non ſe occupat opinio probabilis niſi ad hoc, quod aſſerit, rem eſſe honeſtam, ac proinde amplectendam, vel turpem, fugiendam; item legem obligare vel non obligare, ad ſummum eius finis eſt dictare de bonitate humanorum actuum, an ſit peccatum, vel non ſit tale quis.

Mercorus *part.* 1. *art.* 14. poſtquam 46 in præcedentibus excluſerat opinionem probabilem à ratione prudentiæ, modò hic intendit probare, neminem poſſe rectè operari per opinionem probabilem, ponendo hanc concluſionem, quod nemo, qui inhæret doctrinæ probabili cum formidine poteſt habere certitudinem moralem ſe rectè operari.

Obſeruat autem talem eſſe con- 47 cluſionem, quales ſunt præmiſſæ, ac proinde concluſionem non habere maiorem certitudinem, aut probabilitatem, quàm habeat argumentum, ſeu præmiſſæ, quarum formido, ſi adeſt, communicatur concluſioni; quicquid igitur habet concluſio, totum recepit à præmiſſis, à quibus accepit eſſe, & dependet. Et tandem concludit ſuum intentum hoc exemplo: Si igitur in vniuerſali habeo formidinem; an Clerici licitè eligant venationem; etiam habeo formidinem de hoc Clerico in particulari; an hic, & nunc licitè eligat venationem. Hoc eſt argumentum Mercori.

Impugnatur autem tanquam in- 48 efficax, quia id quod dicit in eo verum eſt; nam iudicium ſpeculatiuum, quod in præmiſſis exprimitur

primitur , communicat omnes ſuas qualitates iudicio practico applicato ſingulari operanti in concluſione , ambo enim regulariter concordant ad inuicem , quare quando maior propoſitio eſt mera opinio probabilis,ac proinde amittens formidinem radicalem , non verò neceſſariò eandem actualem , cùm hæc accidat , & voluntariè occurrat , vt ſuperiùs probatum fuit , eandem communicat concluſioni , in quo ſtat iudicium practicum de rectitudine electionis operationis circa obiectum venationis , ſeu alterius materiæ. Non inde tamen infertur, quòd ſic operans cum formidine etiam actuali , ſit incertus de rectitudine operationis , quod ipſe Mercorus non probat , quod probare debebat ; nam , vt conſtat ex ſupradictis, nulla ex prædictis formidinibus tollit certitudinem apprehenſam in conceptione opinionis quatenùs probabilis , quæ cùm ex natura ſua exprimat obiectum circa quod verſatur eſſe licitum , & honeſtum , ex hoc iudicio certificatur ſe verum attigiſſe probabiliter , conſequenter certus eſt , non erraſſe in ſuo iudicio , certitudine dico ſemper morali , apparente , & probabili , vt ſegregemus eam à certitudine naturali rerum in eſſe entis , de qua non eſt ſermo , nec apud ipſum , nec apud nos. Certum autem eſt , formidinem neutram poſſe infringere præfatum iudicium certum rationabiliter prolatum ex realibus motiuis , cùm formido ex ſua exiguitate , cùm ſit ſimplex timor , vt ſuperiùs viſum fuit , non poſſit eſſe tantæ efficaciæ ; cùm inefficax ſit , vt deſtruat certum iudicium , ſicut apprehenſio iudicium tollere non poteſt cùm ſit in intellectu magis radicatum prima apprehenſione , formido igitur non repugnat iudicio prudentiali. Ita Vaſquez *diſput.62. num.26.* quem etiam *ſuprà* citaui, *n.*30.

49 Refert aliorum reſponſionem,præter eam , quam modò attulimus ex Vaſquez , nimirum formidinem non obſtare certo iudicio prudentiali opinatiuo,quæ eſt vera reſponſio ; inquit ergo, quod alij reſpondent, iudicium, quatenùs deducitur ex tali doctrina probabili non eſſe certum, ſed ex reflexione facta ſuper probabilitate eiuſdem doctrinæ tanquam motiuo vniuerſali , poſſe fieri certum dicendo ſic : Qui ſequitur doctrinam probabilem ſcit certò , ſe rectè operari ; ſed Clericus hic & nunc ſequitur doctrinam probabilem ; ergo ſcit certò, ſe honeſtè operari.

Nullum nominat auctorem huius 50
reflexionis , ideo de ea iudicare non poſſum ad mentem eius auctorum, nihilominùs prout refertur, dico, huiuſmodi reflexionem non dare certitudinem , ſed ſupponere in natura ipſius opinionis quatenus probabilis ; nam ex eo , quod verum opinatur quis operationem futuram eſſe rectam , quod ſcit eſſe talem ex motiuis ſolidis, eadem cognitione probabili certò ſcit, ſe rectè iudicaſſe ; ergo certitudo immediatè ineſt eidem doctrinæ , reflexio autem ſolùm dat intelligere , te in primo iudicio certificaſſe tuam conſcientiam ſuper licitate operationis faciendæ, certitudo ergo non oritur à reflexione , ſed tantùm recognoſcitur infuiſſe primo iudicio in formatione opinionis. Nec eſt neceſſe referre 51
certificationem certitudinis in illo principio. *Sequens opinionem probabilem ſcit certò ſe rectè operari.* Et ſi enim ſit veriſſimum , tamen ab eo non eſt ſumenda certitudo , niſi quaſi in actu ſignato, ſed à ſpecialibus doctrinis , quæ illam inferunt in opinionem probabilem in genere vniuerſaliſſimo , cùm veritas, & certitudo oriatur ex eiſdem ſpecialibus doctrinis ex quibus infertur in illud ſupremum genus , quod in actu ſignato certificat, ſicut opiniones ſpeciales in actu exercito certificant conſcientiam ſe benè agere.

Pluribus argumentis probat , 52
eam reflexionem non tollere formidinem , ſed fruſtra , quia aduerſarij admittunt formidinem non deſtruentem certitudinem probabilem.

Primò probat, quia in hoc ſyllogiſmo certificante iudicium particulare aſſumitur in maiori propoſitio ambigua, quæ ab aduerſariis eſt probanda , & probationes ab eis factas dicit ſe ſoluiſſe *infrà*.

Impugnatur , quia ea propoſitio 53
certiſſima eſt apud aduerſarios , qui

rem ſcholaſticè tradiderunt, & ſunt pluſquam certum, quos enumeraui *cap.6. num.14.* magis claſſicos his tribus recentioribus, qui ſolùm ex profeſſo intendunt reiicere vſum probabilitatum potiùs ex oſtentatione, quàm in praxi.

54 Secundò probat, quia iudicium probabile ex proprio, & intrinſeco motiuo non poteſt fieri certum, niſi ex diuerſo motiuo ſaltem ab extrinſeco ſuperueniente; ſed probabilitas refulgens in hoc iudicio particulari non eſt diuerſum medium à ratione, propter quam idem iudicium eſt tantùm probabile, quia probabilitas motiui non eſt quid diuerſum à motiuo ipſo; ergo probabilitas reflexa in iudicio prouidentiali non valet tollere formidinem in eo relictam à motiuo intrinſeco doctrinæ probabilis.

55 Impugnatur, nam maior eſt falſa, quia quodlibet iudicium probabile, conſtituitur verum, & certum ex ſuis principiis illum conſtituentibus, cùm ſit ipſamet opinio probabilis in actu, quæ talis iudicatur, qualis eſt in ſe, ſcilicet vera, & certa ex his, ex quibus conſtituitur; quælibet autem res ſiue naturalis, ſiue moralis conſtituitur in ſuo eſſe per ſua intrinſeca; ergo non per ſuperuenientia extrinſeca, quæ illam ſupponunt, provt eſt in ſe; iudicium autem ex quo eſt probabile, ipſo iure ex ſe eſt verum, & certum, hoc enim indicat illud eſſe probabile, hoc ipſo, quod non eſt improbabile, habet rationem veri, & certi, ſicut improbabile eſt falſum, & erroneum contra certitudinem veritatis. Minor verò certa eſt, quia motiuum intrinſecum facit iudicium probabile. Tandem concludit, quòd non ſeminauit in præmiſſis, ſcilicet probabilitatem reflexè cognitam non valere tollere formidinem, de qua ne verbum quidem in præmiſſis. Ea autem reflexio probabilitatis fundata in eo principio. *Licitum eſt ſequi opinionem probabilem,* ita diminuit de formidine, vt illa ad nihilum redigatur per hanc reflexionem, adeò quòd ea recogitata efficit, vt pro imprudente habeatur ille, qui habet ſcrupulum operando ſecundùm opinionem probabilem certificatam à tot viris doctis, qui illam ſcholaſticè tractarunt.

Tertiò probat, ſi probabilitas reflexè cognita in iudicio particulari tolleret formidinem ab eo, ſequeretur, affirmationem eſſe cauſam negationis; & poſſem rectè concludere, me de hoc iudicio particulari non habere formidinem, quia habeo formidinem: probo conſequentiam, quia formido eſt de intrinſeca ratione probabilitatis. 56

Impugnatur, nam nego ſequelam, & dico te ſolùm voluntariè habere formidinem, non neceſſariò, quia loquendo de formidine actuali, hæc non neceſſariò comitatur opinantem, niſi inconſtantem, & imperitum, vt probaui *ſuprà ſub num.26.* De radicali verò parum curo, quia ea quaſi naturaliter ineſt ipſi opinioni, non opinanti, dum eam non recordatur in iudicando: hæc autem eſt paſſio, non ratio intrinſeca eius, quam habere non poteſt negare ipſe Mercorus, dum aſſerit, & opinatur ſuam ſententiam contra noſtram eſſe probabiliorem, cùm de ſua non dicatur habere ſcientiam, dum ei opponitur noſtra opinio, quæ habet plurimos ſectatores ſine comparatione, conſequenter non poteſt non opinari ſuper ſua cum formidine; quod ſi id neget de ſua opinione, tenetur multò magis negare de noſtra propter multitudinem Doctorum, qui formidinem omnino deſtrùunt loquendo de formali. Adde quòd probare inſeparabilitatem formidinis ab opinione, non eſt directè reprobare dictam reflexionem arguentem certitudinem probabilitatis, cùm in ſeipſis ſint diuerſa, vt patet. 57

Quartò probat, quia non eſt maior ratio de probabilitate in iudicio particulari, quàm in iudicio vniuerſalis propoſitionis, imò hæc eſt potior illa, quia hæc eſt cauſa illius; ergo ſi probabilitas in iudicio particulari eſt medium ſufficiens ad illud certificandum, etiam probabilitas vniuerſalis certificabit ipſam vniuerſalem, quod eſt abſurdum, quia in moralibus confunderetur ſcientia, & opinio, & omnis opinio eſſet ſcientia, & ideo eſſet ſcientia, quia opinio. 58

Impugnatur, tùm quia hic nihil de 59

Digitized by Google

de reflexione. Tùm quia concedo aſſumptum in argumento; nam vtriuſque propoſitionis iudicium certificatur eodem modo ex probabilitate ab vniuerſali in particularem. Et neſcio vnde colligat abſurdum; nam propoſitio vniuerſalis probabilis ad ſingularem pariter probabilem non generat ſcientiam, ſed ſolùm opinionem, nulla ergo eſt hîc confuſio opinionis cum ſcientia. Imò ſibi videtur contradicere; nam *ſuprà §. Sic igitur formatur*, dixerat, præmiſſas influere ſuam probabilitatem, & formidinem in concluſione, & hic modò dicit, id eſſe abſurdum propter confuſionem ſcientiæ cum opinione, quam confuſionem non docet, & *infrà ſub numero* 62. impugnatur.

60 Arguendo contra Philalethum, qui adducebat diſparitatem inter iudicium vtriuſque propoſitionis, dicendo, quòd iudicium propoſitionis vniuerſalis pertinet ad ſcientiam, particularis verò propoſitionis iudicium pertinet ad prudentiam, etiamſi res à parte rei ſe aliter habeat, ſtat igitur probabilitatem poſſe certificare iudicium particulare practicum eſſe prudentiam, & non poſſe certificare propoſitionem vniuerſalem, quæ ſpectat ad ſcientiam.

61 Arguit autem contra Candidum ſic: Vel propoſitio vniuerſalis, quæ hoc modo fit certa, pertinet ad ſcientiam moralem, & tunc ſcientia, & opinio in moralibus confunduntur, vt dicebam, vel non pertinent, túncque nihilominus confunduntur, aut multiplicantur habitus intellectuales, quia talis propoſitio vniuerſalis non pertinet ad prudentiam, quia hæc eſt de obiecto ſingulari, iudicium enim prudentiale eſt, quòd immediatè dirigit opus dicendo; ergo mihi Clerico Ioanni hodie licitum eſt venari. Nec ſpectat ad opinionem, quæ de ſui eſſentia excludit certitudinem: quòd ſi pertineret, opinio non eſſet opinio; ergo pertinet ad aliam ſpeciem habitus intellectualis anonymi, quod dicere eſt abſurdum.

62 Impugnatur, nam ſicut diuiſimus prudentiam in communi in prudentiam in ſpecie, & in opinionem probabilem, ita eiſdem aſſignauimus principia vniuerſalia, ex quibus deducuntur concluſiones ſingulares affectæ iiſdem conditionibus, quæ inſunt in propoſitionibus vniuerſalibus, ac proinde vniuerſales prudentiæ propoſitiones ſcientificæ, veræ, & certæ certitudine obiectiua ex parte rei, inferunt concluſionem eiuſdem conditionis, & qualitatis. Exempli gratia: *Omnis homo debet colere Deum; tu es homo; ergo debes colere Deum.* Qualis eſt maior, nempè vera, & certa certitudine obiectiua, talis eſt concluſio. Opinio quoque probabilis ſua habet principia, ex quibus ſimiles deducuntur concluſiones ſingulares veræ, & certæ certitudine probabili, ſicuti talia ſunt principia, exempli gratia: *Licitum eſt emere chyrographum minori pretio*: ergo mihi licet emere illud tali pretio; concluſio eſt probabilis ex principio probabili.

Ex quo patet, falsò Mercorum aſſerere, propoſitionem vniuerſalem non pertinere ad prudentiam, quia hæc eſt de obiecto ſingulari; nam in tantum eſt vera propoſitio ſingularis, in quantum deducitur ex ſua vniuerſali, in qua continetur, quod nec ipſe negat in exemplo allato de venatione Clerici, quare cùm ſingularis contineatur in vniuerſali, vnam excludendo à ratione prudentiæ, alteri tollit rationem prudentiæ. Deinde prudentia non ſolùm verſatur circa concluſiones ſingulares, ſed etiam vniuerſales, exempli gratia: *Omnis diuinus cultus exercendus eſt attentè, & denotè; ſed dulia eſt diuinus cultus, ergo.* Ecce quomodò prudentia docet modum colendi Deum. Et ita docet S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 27. *artic.* 3. *& quæſt.* 49. *artic.* 2. *ad primum, & alibi*, dum dicit, prudentiam conſiderare vniuerſalia, & ſingularia; atque ipſa eſt inuentiua medij in aliis virtutibus moralibus, ex eodem 1. 2. *q.* 66. *art.* 3. *ad tertium, &* 2. 2. *q.* 49. *art.* 7. Quod apparet etiam in opinione, quæ prudentialiter verſatur non ſolùm circa ſingularia regulata per ſua principia vniuerſalia, ſed vniuerſalia ex vniuerſalibus infert. Exempli gratia: *Abſtinendum eſt ab operibus ſeruilibus diebus feſtiuis; ſed ſcriptio, & tranſcriptio, & pingere non ſunt opus ſeruile; ergo ab eis non eſt abſtinendum.* 63 64 65

P 3 Maior

Maior non eſt de habitu opinatiuo, ſed ſcientifico, & prudentiæ in ſpecie; Minor verò eſt prudentialis opinio, ex qua ſequitur concluſio opinatiua ex minore, quæ eſt principium opinatiuum, ex quo infertur ſingularis; ergo poſſum pingere, & tranſcribere in die feſtiuo. Itaque ex hoc exemplo habes prudentiam, & opinionem, ſcientiam, & probabilitatem ſimul concurrere poſſe ſine confuſione; & fortaſſis hoc voluit dicere Candidus, cùm dixit iudicium vniuerſale de honeſtate operis ſpectare ad ſcientiam, particulare verò pertinere ad prudentiam, licèt à parte rei aliter res ſe habeat.

66 Exemplum de venatione adductum à Mercoro non ſpectat ad prudentialem opinionem, quia clarum eſt, & extra opinionem, venationem eſſe prohibitam iuribus, antiquo *in titul. de Clerico venat.* & non Tridentini *ſeſſ.*24. *cap.*12. igitur non facit ad rem pro ea.

67 Probat quartò, ſi probabilitas reflexè cognita poſſet certificare conſcientiam, probabilitas eſſet regula operationis humanæ; at eſſe non poteſt, nam vel eſſet regula regulans, vel regulata; non primum, quia hoc conuenit legi æternæ; nec ſecundum, quia regula regulata eſt, quæ de ſui natura eſt conformabilis regulæ regulanti; ſed probabilitas de ſua intrinſeca ratione ob formidinem, quam neceſſariò importat, non habet vt conformetur legi æternæ: quòd ſi conformatur, eſt per accidens; ergo non poteſt eſſe regula regulata.

68 Impugnatur, nam reuera probabilitas ex ſe quidem certificat conſcientiam opinantis, cùm ſit conformis rectæ rationi, ac proinde eſt regula operandi conformis regulæ æternæ, vt dictum fuit *ſuprà ſub num.*40. Nec obſtat ea formido, vt pluries *ſuprà* probatum fuit, eam non tollere certitudinem inductam ex motiuo probabili, & recognitam per reflexionem, falſum enim eſt, opinionem importare intrinſecam rationem formidinis non ſolùm actualis, ſine qua homines periti ſolent prudenter opinari, ſed nec radicalis, quæ eſt ſolùm eius paſſio, quæ cùm ſe teneat ex parte obiecti, non opinantis, non poteſt præiudicare conſcientiæ, quin dicatur certa de honeſtate operationis.

Probat demum, quia qui operatur, 69
& errat, non excuſatur, niſi quia inuincibiliter errorem ignorauit, aut illum præuidit; ſed eum euitare non valuit; ſed qui in praxi adhæret doctrinæ probabili, & errat, omnino inuincibiliter non ignorat errorem, quia ratione formidinis annexæ eum aliquo modo præuidet, quem etiam poteſt euitare, abſtinendo ab opere, de quo ſuppono nullam neceſſitatem habere; ergo qui adhæret doctrinæ probabili, & errat, non excuſatur ab errore. Igitur ex probabilitate reflexè cognita in doctrina tantùm abeſt poſſe certificari, ſe non peccare, quòd potius ex demonſtratione facta certificatur de oppoſito.

Impugnatur eius demonſtratio, 70
quæ ſupponit errorem in operante ex opinione probabili, & ſufficienter non probat errorem, neque peccatum, quia ſæpius in præcedentibus probatum fuit, formidinem non tollere certitudinem probabilem, conſequenter eam non ponere, nec arguere errorem in operante, ex eo quod formido vt ſimplex timor de oppoſito ſine vllo iudicio, cum in ſola apprehenſione, & quidem voluntaria conſiſtat apud imperitos, non poteſt præualere probabilitati inducendo errorem, & peccatum gratis aſſertum ab amico. Probabilitas ergo de ſe dicit eam certitudinem recognitam talem per eam reflexionem confirmantem illam in operante, qui ſine errore operatur, dum tendit in obiectum, quod cognouit, & recognouit honeſtum.

Proſequitur Pater Reuerendiſſi- 71
mus Mercorus impugnando argumenta, quibus fulcitur opinio probabilis, ſecundum quam quis benè, & rectè ſine peccato operari poteſt, propugnanda prout *infrà*, vt ſatisfaciamus debito doctrinæ.

Primum argumentum pro opinio- 72
ne probabili ab eo adducitur hoc: Vſus opinionis probabilis eſt conformis rectæ rationi; ergo certificat conſcientiam de honeſtate operis in ſingulari. Antecedens probatur, quia cognitio moralis compoſſibilis humanæ capacitati conformatur rectæ rationi, quia ad impoſſibile nemo tenetur; cùm igitur impoſſibile ſit de omnibus

nibus

nibus habere demonſtrationem ; ſaltem moralem de illis habeamus ; ſequitur cognitionem opinatiuam de ipſorum honeſtate eſſe conformem, &c.

73 Reſpondet, verum quidem eſſe; nos non poſſe habere demonſtrationes per media intrinſeca; vtique per extrinſeca, quæ ſunt auctoritas Doctorum, vſus, conſuetudo, præſcriptio, præſumptio, poſſeſſio, tolerantia, exemplum, &c. Suadet hæc media non eſſe difficilia ; nam rudis certificari poteſt conſilio Parochi, Confeſſarij, &c. Doctus verò iam habet rationem aliquam probabilem de honeſtate operis, & vrgente neceſſitate, ſi caret medio certificante illum de honeſtate, vtatur regula : *De duobus malis minus eligitur.* Si non vrget, & adhuc durat formido, debet abſtinere, donec fiat certus, adhibendo tantam diligentiam, quantam prudens ſolet adhibere in agibilibus ſæculi, &c.

74 Impugnatur hoc poſtremum de formidine, & diligentia conſcientiæ æquiparata negotiis huius ſæculi. Nam conſtat, formidinem non obeſſe certitudini, ex ſæpiùs probatis, & repetitis, aduerſario dante occaſionem, qui non negat depoſitionem formidinis ex diligentia adhibita,opinanti autem ſufficit ea diligentia,quæ ex inuentis motiuis facit opinionem probabilem ; nam ipſo iure ſic opinans factus dicitur certus de honeſtate operationis.

75 Secundum argumentum : Sequens dictamen rationis, tuta conſcientia operatur, quia illud nobis datum eſt vt regula à Deo, vnde ſi quando errat, id eſt per accidens, & nullo modo imputatur ad culpam. Quare cùm formido de errore non tollit iudicium determinatum dictans opus eſſe licitum,non poteſt impedire quin dictamen probabile ſit rectum.

76 Reſpondet hanc rationem eſſe falſam, & maiorem vniuerſaliter non admitti, cùm ſit propoſitio, de qua eſt controuerſia. An omne dictamen rationis ſit recta regula morum, vnde conceſſo, dictamen probabile eſſe dictamen rationis, non eſt tamen regula recta ; nam dictamen, quod eſt regula, debet eſſe certum excludens etiam formidinem de oppoſito, petit ergo principium, cùm aſſumat pro ratione quod eſt in quæſtione.

Impugnatur reſponſio, quia reuera 77
antecedens ſuam habet veritatem tam obiectiuam, quàm formalem ex parte cognoſcentis ; nam quòd ratio apprehendit, & iudicat prudenter verum, & honeſtum, certitudine morali, ſiue ſine formidine, vt contingit ex virtute prudentiæ, ſiue cum formidine radicali, excluſa actuali per viros doctos opinantes, neceſſariò dependet à dictamine rationis, quæ rationabiliter certò probabiliter iudicat tale eſſe obiectum, quale iudicatum eſt ; ergo dictamen probabile eſt regula recta morum, non obſtante formidine tantùm voluntaria, cùm poſſit quilibet opinari ſine illa. Deinde dic mihi : Tu dum negas opinionem probabilem ; quam nos admittimus, certè tua cognitio de hac negatiua non eſt ſcientifica ſub virtute prudentiæ, quia eſſet omnino certiſſima eo modo, quo certum eſt, Deus eſt colendus, parentes ſunt diligendi, nec vllus ei contradiceret, ſicut nemo contradicit principiis vniuerſalibus prudentiæ, aliter non eſſet talis virtus per te, & ſecundùm te;ergo reſtat, quòd tua cognitio de hac re ſit opinio ; ergo cùm per te formido ſit de intrinſeca ratione opinionis, ea inſeparabilis eſt ab hac tua cognitione opinatiua ; ergo non potes te certificare rectè loqui de illa, dum contra te eſt ipſamet formido, velis, nolis, aliter ſi non officit tibi, nec obeſt nobis.

Tertium argumentum refert ex 78
Paſqualig. *deciſ.* 5 *num.* 4. ſic arguente: Quod eſt conſonum rectæ rationi eſt recta regula morum ; ſed opinio probabilis eſt conſona rectæ rationi, aliter ſi non eſſet conſona rationi non eſſet probabilis, ſed falſa moraliter ; ergo opinio probabilis eſt recta regula morum.

Reſpondet, negando opinionem 79
probabilem in ſenſu explicato eſſe conſonam rectæ rationi, quia de ſua intrinſeca ratione non eſt conformabilis legi æternæ, éſtque diſſona rectæ rationi, non quidem ſicut id, quòd falſum eſt, ſed in quantum habet annexam formidinem de falſo. Sicut etiam, quod eſt dubium poſitiuè, eſt diſſonum rectæ rationi, quamuis

Digitized by Google

non ſit determinatè falſum.

80 Impugnatur, quia eius reſponſio nititur eo falſo fundamento, quòd formido faciat opinionem eſſe diſſonam rationi, quod tamen reprobatum fuit *ſuprà*, & argumentum Paſqualigum vrget; nam opinio in eo, quòd dicitur probabilis excludit à ſe rationem improbabilitatis; ergo non poteſt non eſſe iudicium rectum, & regula morum ex ſua rectitudine certificante de honeſtate obiecti ipſam conſcientiam opinante. Confirmatur, quia ſicut ſe habet improbabilitas ad obiectum, ita & probabilitas ad ſuum obiectum, ſed improbabilitas negat honeſtatem obiecto, quamuis aliàs concepto cum honeſtate, quâ omnino caret; ergo probabilitas dicit honeſtatem ſui obiecti, quamuis aliàs concepti in oppoſitum per eam formidinem. Quod addit de dubio, reſpondeo non facere ad rem, quia n eo nec aſſenſus, nec diſſenſus apparet, ex quo ibi nec conſonantia, nec diſſonantia locum habet, cum nihil affirmetur, vel negetur, ſicut reperitur affirmatio, & negatio in opinione, quæ quatenus eſt probabilis, dicit dictamen conforme rationi rectæ, vt verò improbabilis eſt dictamen rationi diſſonum.

81 Quartum argumentum eſt: Quis poteſt tuta conſcientia ſequi doctrinam moraliter certam, quia vt in pluribus eſt vera, & ſi aliquando falſa, id eſt per accidens; ſed doctrina probabilis, vt in pluribus eſt vera; nam opinio, quæ eſt hæc doctrina probabilis eſt intellectus aliqualis perfectio, cùm ſit melius opinari, quàm non opinari; ſi autem opinans vt in pluribus non attingeret veritatem, non poſſet opinio dici perfectio intellectus, quod abſurdum eſt; ergo opinio tuta conſcientia admitti poteſt. *Eſt argumentum proprium Mercori, quòd aliàs putabat demonſtratiuum.* Et tamen neceſſariò opinabatur, & ex quo illi argumentum putabatur demonſtratiuum, excludebatur formido ab opinione, quia erroneè illud habebat pro demonſtratione, quod opinio erat.

82 Reſpondet, hoc argumentum non valere, ob differentiam inter iudicium certum moraliter nullam habens formidinem de falſo, & opinionem, quia ſi ex iudicio errat, hoc eſt per accidens, & præter intentionem, ſi verò ex opinione errat propter formidinem, id non eſt per accidens, nec præter intentionem, quia ex formidine præuidit errorem. Sicut fodiens ſepulcrum habet ſuſpicionem de theſauro inueniendo, ſi centies fodiat, & ſemel illum inueniat, inuentio non poteſt dici per accidens.

Impugnatur, quia formido, ex qua præuidetur error ex ſententia aduerſarij, eſt merè actualis, quæ cùm neceſſariò non comitetur opinionem, ſicut nec riſus riſibilitatem, Chriſtus enim nunquam riſit, non poteſt inducere eum errorem, niſi opinans velit eum apprehendere, quem nemo opinans neceſſariò tenetur apprehendere ex vi opinionis; ergo non per ſe, ſed tantum per accidens, & præter intentionem. Deinde formido immediatè refertur non ad errorem, nec ad falſitatem, ſed ad veritatem contrariæ opinionis, vt probaui *cap.* 5. *numero* 24. *vſque ad* 28. & cùm contrariæ opiniones poſſint, imò ſint veræ, ſi probabiles ſunt, formido ad nullum errorem refertur; vnde contra iſtos dici poteſt illud Pſal. *Trepidauerunt timore, vbi non eſt timor.* Id enim eſt proprium formidinis, quæ eſt trepidatio, & timor mali, vbi non eſt malum. Exemplum de foſſione ſepulcri non facit ad rem; dum enim tibi imaginaris theſauri inuentionem per ſe erit inuentio, quia antecedenter intentionem tuam ad illum ſponte direxiſti; non ſic agit opinans, qui benè opinatur, credendo firmiter ſe rectè operari. 83

Quintum argumentum: Ad hoc, vt aliquis tuta conſcientia operetur, ſufficit, circumſpiciat, & videat; an aliquid obſtet ſententiæ, quam vult ſequi; nam hæc negatiua eſt ſufficiens ad certificandam conſcientiam. Quòd ſi præterea ſententia habet aliquod medium probabile, eò magis eam poterit ſequi; ergo opinio probabilis præſcindendo à concurſu ſuæ oppoſitæ habentis probabilitatem, quæ huic obſtare poteſt, erit ratio certificans operationem. 84

Reſpondet, ſe hìc non diſputare; an aliquam ſententiam probabilem ex vno medio, & certam ex alio, quis ſequi poſſit tuta conſcientia, id enim concedit. 85

Digitized by Google

concedit. Sed difficultas eſt, an ſententia probabilis ratione medij poſſit eſſe regula rectæ conſcientiæ, in hoc enim articulo initio quæſitum fuit de ſententia probabili, præſcindendo à concurſu ſuæ oppoſitæ, & ſic ſenſus fuit de ipſa probabilitate ſecundùm ſe præcisè non conſiderando, quatenus poteſt debilitari à rationibus probabilibus ſuæ contradictoriæ.

87 Concedit ergo Mercorus, quod aſſumitur in argumento, ex hoc enim, quod certo cognoſcitur, nullam legem ei obſtare, deducitur, ipſam eſſe conformem legi æternæ. Vltimam conſequentiam diſtinguit, dicendo, quod ea ſententia poteſt certificare conſcientiam, ſi nihil ei obſtat, ratione verò medij probabilis negat.

88 Impugnatur *Primò*, quia argumentum ſupponit, quod nulla opinio probabilis obſtat legi, ſed eſt quælibet conformis legi, aliter non eſſet probabilis, ſi à lege reprobaretur, ex reſponſione autem ſupponitur legem obſtare ſententiæ probabili. *Secundò*, argumentum vim ſuam obtinet, ſiue opinio ſpectetur abſolutè, ſiue in concurſu alterius ſibi oppoſitæ, opinio enim eſt de genere relatiuorum, dum vna alteram detrudere prætendit, vt colligitur ex eius definitione, in qua exprimitur oppoſita, quæ formidatur vera, ſicut amplexata, ſi non actu ſaltem radicaliter, quod non inducit errorem, quia formido eſt ad veritatem oppoſitæ, ſine negatione veritatis amplexatæ. Fruſtra ergo diuidit vnum ab alio. *Tertiò*, ſectatores opinionis probabilis omnes, nullo contradicente, docent, nihil obſtare legale opinioni probabili, nulla enim lex inuenitur prohibens, & reprobans opinionem, nec eius vſum, non ſolùm in genere, ſed neque in ſpecie; exempli gratiâ, opinio, quod liceat emere chyrographum minori pretio, non obſtat legi iuſtitiæ, quia cum pecunia

89 abſens in chyrographo ematur per præſentis ſolutionem, quæ magis valet, iudicio prudentum, iuſtitia, quæ æqualitatem in contractibus petit, dictat, Chyrographum emi poſſe mi-

90 nori pretio. Aliud exemplum, licitum eſt recitare Miſſam ante Matutinum, quia Rubrica Miſſalis non eſt præceptiua, ſed tantum directiua; & Miſſa cum non numeretur inter Horas Canonicas, peruerſio huius ordinis, cum non ſit intra ordinem earum, nullum eſt peccatum, ſi enim peruerſio ordinis inter ipſas Horas eſt tantum venialis, ſi inuentio eſt voluntaria, ſi ex cauſa, nec venialis, de communi Bonacina *diſputat.* 1. *q.* 3. *p.* 4. *num.* 2. à fortiori nullum erit peccatum recitare etiam voluntariè Miſſam ante Matutinum. Rem tractat Quartus Theatinus *ſuper rubr. Miſſal. part.* 2. *titul.* 1. *ſect.* 1. *dub. primò*, vbi ex Cenedo citat triginta Doctores aſſerentes eſſe peccatum mortale, probantes ex conſuetudine, & ex lege Rubricæ præſcribentis: *Sacerdos celebraturus Miſſam, prauia Confeſſione Sacramentali, quando opus eſt, & ſaltem Matutino cum Laudibus abſoluto, orationi aliquantulum vacet.* Non oportet adducere conſuetudinem, quia ea Rubrica extabat ante Pium V. qui Miſſale reformauit; ergo ille ordo recitandi Miſſam ante Matutinum extabat antea, & ego legi illum in quodam Miſſali impreſſo 1538. Stante ergo hac lege contra noſtram opinionem, videtur non probabilis, ſed improbabilis, ſed abſit hoc, quia hæc Rubrica non eſt lex præceptiua indu- 91
cens peccatum contra tranſgreſſorem, ſed tantum directiua, cuius tranſgreſſio non eſt culpa, vt probatur communiter per Doctores allegatos à Quarto *ſect.* 2. *p.* 2. *Proœmial. concl.* 2.

Itaque ex his patet non magis pro- 92
bare, & certificare conſcientiam negatio obſtantiæ, quàm medium probabile, cùm ipſummet negatiuum medium fundetur in medio probabili, non enim deſunt, qui huiuſmodi Rubricas volunt eſſe præceptiuas. Conſequenter euaneſcit diſtinctio Mercori concedentis conſcientiam certificari ex medio negatiuo, non autem ex probabili; euaneſcit, inquam, quia illud negatiuum oritur ex probabili.

Sextum argumentum: Illa regula 93
morum eſt tuta, quæ ab omnibus Doctoribus comprobatur; ſed omnes comprobant opinionem probabilem.

Reſpondet dupliciter *Primò*, apud 94
rudes auctoritatem Doctorum facere certitudinem: ſed inter doctos in

tantum

Digitized by Google

tantum habet efficaciam,in quantum nititur firmis rationibus, ex Auguſtino *Epiſt.*19.*ad Hieronymum*, & refertur *diſtinct.*9.*cap.Ego ſolis.Secundò*,cùm Doctores non ſe explicent de qua probabilitate loquantur, interpretandi ſunt de probabilitate ſententiæ habentis certitudinem moralem.

95 Impugnatur primum reſponſum, infelix quilibet doctus,qui non ſe fingit rudem, vel ſaltem ſequatur Doctorem ſectatorem probabilitatum, quia vt rudis, ſeu vt ſectator alienæ opinionis tuam certificat conſcientiam. Sequitur ergo hoc abſurdum, quod rudis ſit melioris conditionis, quàm doctus. Rudis autem ideo non peccat, ſi peccatum eſſet ſequi opinionem probabilem, non quia ſequatur opinionem probabilem, ſed quia bona fide credit verum eſſe, quod ſibi dicitur, nulla habita ratione excluſæ formidinis, ſiue incluſæ in opinione, de qua nec cogitat, cum præciſè adhæreat alieno conſilio.Omnes ſectatores opinionum probabilium cognoſcunt eas eſſe munitas firmis rationibus, aliter non eſſent probabiles, ideo in ſeipſis includunt certitudinem, qua firmiter arbitrantur, ſe per illas rectè operari poſſe. Nec Diuus Auguſtinus facit pro Mercore, qui ſolum ibidem docet, ſe firmiter tenere Scriptores veteris, & noui Teſtamenti veritatem ſcripſiſſe, & ſi apparet aliquis error, non Scriptoribus mendacium eſſe adſcribendum, ſed codicem eſſe mendoſum.

96 Impugnatur ſecundum de expreſſa falſitate; nam luce clarius eſt,ipſos fuiſſe locutos de opinione probabili, cui attribuunt certitudinem moralem non euidentiæ, aut rei obiectiuæ, ſed moralem probabilitatis recti dictaminis.

97 Quærit P. Inquiſitor *art.* 15. *primæ partis*;an in aliquo ſenſu poſſit admitti vſus probabilitatum, & ita concordare ſententias Doctorum?

98 Reſpondet ſic: In aliquo vero ſenſu poſſe admitti vſum probabilitatum abſque præiudicio certitudinis moralis requiſitæ neceſſariò ad operis honeſtatem. Pro qua re conſideret, quod obiectum opinabile ſecundum diuerſas rationes poteſt dici ſimul certum,& probabile.Pro cuius oſtenſione notat duplicem certitudinem Logicam,& Phyſicam in ſpeculatiuis, & pariter in moralibus.

Certum certitudine logica vocat 99
illud, quod implicat eſſe falſum etiam per diuinam potentiam non valens aliter ſe habere; vt,triangulus habet tres angulos.Probabile logicum,quod vt in pluribus apparet verum, licet ei abſolutè non repugnet aliter ſe habere; vt, *homo eſt bipes*, tamen non repugnat quin naſcatur vnipes, vnde poteſt concipi aliqua formido de eius falſitate.

Certum certitudine phyſica eſt il- 100
lud, quod vt in pluribus verum eſt; vt, *homo bipes*. Et licet poſſit aliter ſe habere ex defectu agentis naturalis; quia tamen id rarò contingit, & per accidens, à Phyſico leuiter formidatur, & contemnitur, cum periculum erroris ſit ſatis remotum, conſequenter non præiudicat certitudini ſcientiæ. Probabile phyſicum eſt illud, quod attentis rationibus tam communibus, quam particularibus, & extrinſecis ſubiecti poteſt aliter ſe habere, & cognoſcitur à poſteriori, modo verum, modo falſum; vt, Sol cum Archito oriens mouet tempeſtatem; huius generis ſunt ferè omnes propoſitiones Aſtrologiæ.

Ex his apparet, logicam certitudi- 101
nem non poſſe ſtare cum probabilitate logica; nec certitudinem phyſicam cum probabilitate phyſica;poſſe verò ſtare certitudinem phyſicam cum probabilitate logica.

Eodem modo in moralibus ait eſſe philoſophandum.

Certum certitudine logica, ſeu 102
omnimoda eſt, quod repugnat aliter ſe habere; vt, *Deus eſt colendus. Adulterium eſt peccatum.* Probabile verò logicè eſt, quod vt in pluribus eſt verum;vt,Scriptura Notarij facit fidem, quia eſt perſona publica, & iurata, nec præſumitur mentiri,tamen poteſt eſſe falſa, attenta humanitate, quæ mentiri poteſt.

Certum certitudine morali eſt il- 103
lud, quod omnibus attentis communibus, & propriis non poteſt aliter ſe habere, & ideo vt in pluribus verificatur, vt in exemplo Notarij. Probabile verò, quod attentis omnibus circumſtantiis, & rationibus particularibus ſubiecti & communiter accidentibus, poteſt aliter ſe habere,ideò aliquando

quando verificatur, aliquando non, vt depoſitio vnius teſtis iurati in iudicio, qui non facit certitudinem, ſed tantum probabilitatem, quia attenta ratione ferendi teſtimonium in iudicio, non ſemper compertum eſt, vnicum teſtem depoſuiſſe veritatem, quando non habet conteſtem.

104 Sicut igitur in ſpeculatiuis probabilitas logica idem eſt quòd certitudo phyſica. Ita in moralibus certitudo prudentialis coincidit cum probabilitate logica, vt patet in allatis exemplis. Et ſicut formido de periculo erroris remoto in obiecto phyſicè conſiderato contemnitur, ita aliqualis formido in obiecto operabili moraliter certo nihil derogat, attentis communibus rationibus eidem quoad eius certitudinem circa honeſtatem operationis, quemadmodum etiam depoſito ſcrupulo, operamur, cùm leuis iudicetur, ita reflexione factâ ſuper leuitate formidinis, vt de remoto periculo erroris, operamur cum tali formidine leui.

105 Tandem concludit certum moraliter appellari à Doctoribus etiam probabile, referendo Ariſtotelem, Diuum Thomam, Silueſtrum, & Sanchez *lib. 6. cap. 3.* ibi: *Omnimoda certitudo de rebus moralibus haberi nequit, & ad eam Deus non obligauit, ſed ad operandum cum morali certitudine, qualis in opinione probabili reperitur.* Concludendo in reſponſione ad obiectionem, quod Doctores aſſerentes probabilitatem eſſe tutam regulam noſtræ operationis, non obſtante formidine de oppoſito, ſunt interpretandi, eos loqui de probabilitate logica, quæ ſimul ſtat cum certitudine morali, & de formidine remota, quæ eſt paſſio probabilitatis logicæ.

106 Mercorus igitur putat ſe probaſſe ex dictis mixtionem probabilitatis cum certitudine morali, pro qua re congerit ſupradicta ad eum finem. Sed reuera eius dicta non cohærent quæſtioni, & multas patiuntur difficultates, vt per nos *infrà* probatur.

107 Primò namque ponit ſuam concluſionem admittendo vſum probabilitatum abſque præiudicio certitudinis moralis requiſitæ ad honeſtè operandum, & tandem in fine articuli reſpondendo, ait, hanc probabilitatem non eſſe eam, quam aduerſarij deſumunt ab opinione proximæ formidinis, ſed ab alio genere opinionis remoto, ac proinde dicente formidinem remotè, de quo nos non loquimur, pro cuius clariori intelligentia, & probatione eius quod dicimus.

Notandum eſt primò, formidinem, de qua propriè loquuntur ſcholaſtici cum Ariſtotele agentes de opinione, importare conceptum rationabilem, & non temerarium; nam cùm opinionis natura ſit eſſe ad vtrumque ad verum ſcilicet, & falſum, propter contingentiam ſui obiecti, cuius propriam veritatem realem, & obiectiuam attingere non poſſumus, quia eam ignoramus inuincibiliter, cúmque de eo non poſſimus habere ſcientiam rei prout res eſt, ſufficit nobis habere cognitionem opinatiuam intelligendo illud eſſe verum & certum certitudine, & veritate probabili quoad nos ex motiuis rationabilibus, & ſolidis, quæ noſtrum intellectum determinant ad talem aſſenſum, nimirùm obiectum operabile eſſe honeſtum, vel turpe, licitum, vel illicitum. Et quoniam noſtra cognitio vti opinatiua non attingit obiecti veritatem ex parte rei, ſed tantùm ex parte noſtra, ſic opinans formidare legitimè poteſt, & timere de veritate oppoſitæ opinionis contra amplexatam, ideò non temerè, ſed rationabiliter formidare poteſt, ſic exigente natura, & conditione opinionis. Per hoc tamen non 109 tollitur aſſerta veritas, & certitudo opinionis amplexatæ. Tùm quia formido hæc eſt connaturalis ipſi opinioni, quæ eius veritatem non deſtruit, aliter nulla opinio reperiretur cum veritate, & certitudine ſibi proportionata. Tùm quia formido actualis non ineſt opinanti docto, & prudenti, ſolùm enim comitatur rudem, & ſcrupuloſum, ideò vt quid leue non poteſt deſtruere determinatum firme, & rationabiliter. Tùm quia formido eſt quidam timor conſiſtens in apprehenſione prima intellectus operatione, quæ ſecundam conſiſtentem in certo iudicio, quod dicit opinio, non poteſt exterminare. Tùm quia formido terminatur ad veritatem

tem obiectiuam oppoſitæ opinionis
amplexatæ, quam opinans inuinci-
biliter ignorat, non verò ad falſita-
tem opinionis amplexatæ niſi obie-
ctiuè, ſicut de veritate obiectiua di-
ctum fuit, quare cum non opponan-
110 tur, vnum aliud non deſtruit. Pro
cuius maiori intelligentia notandæ
ſunt duæ veritates, & duæ falſitates,
quæ ſpectari in opinione, & in eius
obiecto poſſunt. Vna veritas eſt ob-
iectiua, & realis à cognitione ad co-
gnitum ſicuti eſt à parte rei, cui cor-
reſpondet falſitas de re, ſicut reuera
non eſt ex parte ſua, & opponitur
directè veritati obiectiuæ ipſius rei.
Vtraque igitur verſatur circa rem, &
obiectum, ac proinde ambæ dicun-
tur veritas, & falſitas obiectiua, &
realis. Obiectum autem eius cum ſit
contingens à nobis, non cognoſcitur
hoc modo, quia ſi cognoſceretur, iam
cognitio non eſſet opinio, ſed ſcien-
tia, quia ſciretur ſicuti eſt ex parte
rei. Reſtat ergo, quod cognoſcatur
cognitione opinatiua, & prout à no-
bis rationabiliter, & prudenter ap-
prehenditur, & iudicatur tale, quale
apprehenditur, quamuis fortaſſe à
parte rei aliter ſe habeat, & hæc co-
gnitio vocatur probabilis, & eius ve-
ritas, ac certitudo ſimiliter appella-
tur probabilis in eo, quod prudenter
talis probatur qualis iudicatur. Falſi-
tas ei contraria non eſt obiectiua,
quia hæc opponitur veritati reali, vt
dictum fuit, ſed tantum in formidi-
ne, & imaginatione habens oppoſi-
tionem aduerſus opinionem ample-
xatam, ex quo etiam magis patet,
hanc formidinem de falſitate in nul-
111 lo præiudicare opinanti. Et quamuis
veritas obiectiua ſecum non admit-
tat veritatem opinantis probabiliter,
ſed eam deſtruat omnino, quando eſt
contraria, tamen id non reddit fal-
ſum, quod *ſuprà* docuimus, verita-
tem obiectiuam non aduerſari veri-
tati probabili, ſed falſitati formidi-
nis, quia donec ignoratur illa veritas
obiectiua, præualet veritas probabi-
lis. Et id patet exemplo opinionis
aliàs probabilis abſoluendi à peccatis
abſentem, cuius veritas probabilis
tamdiu durauit quouſque à Pontifice
condemnata fuit, & ſubſequenter ve-
ritas obiectiua huius obiecti per de-
clarationem Pontificis cœpit præiu-
dicare præfatæ opinioni deſtruendo
eius veritatem, & certitudinem pro-
babilem.

Notandum ſecundò, probabile 112
logicum inductum à Mercoro non
habere rationem veri probabilis in
moralibus, quia de eo formido ra-
tionabiliter concipi non poteſt, ſed
tantum temere, & irrationabiliter,
quod ſuadetur, ſupponendo, quod in
logica probabilitate admittit formi-
dinem, vt dicit *in hoc art.* 15. *& in præ-
cedenti* 8. exemplificando in fide No-
tarij, & Parochi; nam in his exem-
plis nec opinio propriè dicta, quæ for-
matur ex rationabilibus motiuis, ne-
que conſequenter eius probabilitas,
nec formido legitima reperiri poteſt.
Tùm quia opinio eſt aliqualis perfe- 113
ctio intellectûs ex dictis ab *eo præce-
dent. art.* 14. *in* 4. *ratione*. Opinari au-
tem quod Notarij fides ſit falſa, ex
hoc motiuo, quod omnis homo eſt
mendax, non eſt opinari probabiliter,
& prudenter, ſed temere, & irratio-
nabiliter. Tùm quia opinio probabi- 114
lis nulli legi opponitur, ſed omni legi
conformatur, aliter non eſſet proba-
bilis, ſed improbabilis; hoc autem
iudicium contra fidem Notarij, & Pa-
rochi eſt contra leges Canonicam, &
Ciuilem, quæ eorum acta pro veris,
& certis habent. Tùm quia veritas
circa eorum fidem publicam à nemi-
ne formidatur quaſi eorum veritas
circa hæc ſit tantum apparens, & pro-
babilis, cum ſit certa omnino certi-
tudine legali. Quòd ſi aliquando
Notarius facit fidem falſam, non ideo
ſequitur, eam cadere ſub opinione
probabili, cum is actus vti damnatus
nihil probabilitatis habeat.

Notandum tertiò, non poſſe ſub- 115
ſiſtere eam comparationem certitu-
dinis phyſicæ cum probabilitate lo-
gica in merè ſpeculatiuis, quod phy-
ſica certitudo ſtet probabilitate logi-
ca, ex allato exemplo de homine bi-
pede, quæ eſt propoſitio certa phyſi-
cè, & logicè probabilis, in eo quod,
vt in pluribus verificatur. Nam eadem
eſt ratio formalis vtriuſque nimirum,
aliter ſe habere poſſe, & verificari vt
in pluribus, alio enim modo neutrum
declarat; ergo probabile logicum, &
certum phyſicum coincidunt, & non
tantum

Digitized by Google

tantum ſtant ſimul; habent quoque eandem formidinem remotam ſecundum aduerſarium. Quo poſito, duo ſequuntur inconuenientia. Primum eſt, ea conſideratio nihil conducere poteſt ad ea, quæ *infrà* dicit de moralibus certitudine, & probabilitate. Secundum eſt, in materia phyſica illud exemplum de homine bipede non facere ad rem in ordine ad probabilitatem.

Primum, certitudo, & probabilitas in moralibus non ſe habent eodem modo ſicut certitudo, & probabilitas in ſpeculatiuis. Pro qua re.

116 Notandum quartò, quod certitudo in moralibus ſumpta in tota ſua latitudine accipi dupliciter, ſicut prudentia ipſa in genere diuiditur in prudentiam ſpecialem, & opinionem probabilem; illius certitudo vocatur prudentialis, cuius veritas attingit obiectum morale ſicuti eſt à parte rei iuxta diſpoſitionem legis, exempli gratia: *Deus ab omnibus colendus eſt. Abſtinendum eſt à ſeruilibus diebus feſtiuis. Adulterium eſt peccatum.* In his apparet certitudo obiectiua, & legalis, vt ita dicam. Opinionis verò prudentialis certitudo vocatur probabilis, cuius veritas licet non poſſit attingere obiectum ſicut eſt, illud nihilominus cognoſcit ſicut cognoſcibile eſt ex parte noſtri intellectus, qui circa illud rationabiliter, & prudenter iudicat de eius honeſtate ad operandum, vel de turpitudine ad fugam. De hac certitudine probabili agunt omnes ſectatores opinionis minus probabilis contra Mercorum, dum eos intelligendos putat de probabilitate logica, quæ reſpectu moralium non eſt probabilitas, ſed temeritas, cum nullo nitatur ex neceſſitate fundamento, vt latiùs probaui

117 *ſuprà.* Quod noſtri loquantur de hac certitudine probabili ex opinione certum eſt; nam Sanchez ab eo *ſuprà* allatus, loquitur *de certitudine probabili, qualis in opinione probabili reperitur*, ſunt enim eius verba. Pariter S. Thomas, & Syluester ab eodem ibidem citati loquuntur; dum aiunt, probabile dici certum moraliter proueniens ex coniecturis probabilibus. Vnde mirum eſt, quod Mercorus, diſtinxit verbaliter. Probabile à certo, & poſtea in re ſub eadem formali coniunxit probabile logicum cum certo phyſico, & nunquam dixit certum probabile, vt loquuntur Syluester, & Sanchez, cum aliis ab eo citatis. Conſtat ergo ex his, ipſum quærendo; an admitti poſſit vſus probabilitatum, reſpondiſſe affirmatiuè, & poſtea in probando id, nihil attuliſſe pro ipſa probabilitate rationabili ex formidine ſcilicet proxima, ſed tantum de probabilitate irrationabili, & abuſiua, atque cum formidine remotiſſima, quæ nulla ratione pertinet ad probabilitatem opinionis.

Colligitur ex his, quod cum probabilitas logica, & certitudo phyſica in vnum, & idem coincidant, vt patet ex dictis, certitudinem in vtraque reperi, ac proinde de eadem certitudine loquendum eſſe eodem modo reſpectu moralium, quod ſcilicet certitudo ſit tam in probabilitate non ſolum ab eo vocata logica, ſed etiam in opinatiua, de qua noſtri loquuntur; quàm in certitudine ab eo vocata prudẽtialis, & à nobis in ſpecie prudẽtiæ, quæ omnino diuerſa eſt ab opinione probabili, ac proinde cum non coniungantur in vnum & idem, cum ſint oppoſitæ ſpecies ex ſupradictis, allata doctrina de logica probabilitate, & phyſica certitudine non coadiuuat, nec facilitat ad cognitionem certitudinis moralis. 118

Dum ex certitudine, & probabilitate logicis gradum facit à ſpeculatiuis ad morales, non benè applicat, quia certitudo in prudentia aliter ſe habere poteſt contra certitudinem logicam; nam in duobus exemplis allatis, licèt aliter ſe habere non poſſint, quia ſunt indiſpenſabilia, in aliis autem res aliter ſe habere poteſt, non ſolum in humanis legibus, ſed etiam in diuinis, in quibus locum habet diſpenſatio non ſolum Diuina, ſed etiam Pontificia, iuxta quod tractatur in materia de diſpenſatione. Ruit ergo certitudo logica in reſpectu ſuæ comparationis. Et prædicta certa ſunt, quia certitudo prudentialis potiſſimùm fundatur in legibus, quibus mores humani diriguntur. 119

Exemplum quod refert pro probabili morali de depoſitione vnius teſtis 120

Digitized by Google

iurati, quod in iudicio apud iudicem, non faciat certitudinem, ſed tantum probabilitatem, falſum in ſe continet, & præterea non facit ad rem. Primum probatur, quia de iure firmiter creditur vnico teſti idoneo in ordine ad plura, & ſine formidine, iuranti coram iudice, & caſus refert Barboſa *in c. In omni negotio*, 4. *de teſtibus*. Conueniunt ergo omnes Doctores dictum vnius teſtis iurati, & idonei non ſolum eſſe probabile, vt dicit Mercorus, ſed etiam certum omnino, quia leges ita decernunt. ac proinde hic nulla formido, niſi temeraria, & irrationabilis locum habere poteſt, ſicut *ſuprà* dictum fuit de fide Notarij, & Parochi. Eius ratio, quam ſubiungit de probabilitate teſtis, his verbis: *Quia attenta ratione ferendi teſtimonium, non ſemper compertum eſt, vnicum teſtem depoſuiſſe veritatem, quando non habet conteſtem*, nihil valet, quia etiam compertum eſt aliquando plures teſtes depoſuiſſe falſum, ſed quia id non præſumitur, ideo cuilibet teſti idoneo, & iurato credendum eſt non ſolum probabiliter, & cum formidine, ſed etiam certo ad præſcriptum ſacrorum Canonum,
121 & legum; ſicut enim in ſcientiis ſpeculatiuis falſitas & error non tollunt ſcientiæ certitudinem, ita neque in moralibus error, & malitia teſtium debent aliis præiudicare, quia non omnes habent, nec præſumuntur habere conſcientiam cauteriatam, ſed rectam & bonam, quouſque probetur manifeſtè contrarium.

122 Poſterius verò, quod non faciat ad rem, conſtat ex eo, quod certitudo, ſeu probabilitas in illis perſonis accipitur à lege, quæ præſumit certitudinem, ſeu probabilitatem in earum dictis legaliter expoſitis, ita quod nulla formido, nec periculum, aut error in illis ſpectandum eſt connexum cum illo modo faciendi legitimè fidem, vnde nullam rationem opinionis habere poteſt, & conſequenter in eius cognitionem deducere non poteſt, nec illi aptari ea probabilitas legalis, quia opinionis probabilitas, quæ eius certitudo, dicitur deſumitur à ratione, quæ ſuadet eam in opinione; & ſi formidetur oppoſitum, vt fit à rudibus & ſcrupuloſis, non temerè id accidit, vt in prædictis, ſed ſine temeritate ex eo, quod illa eſt de ratione opinionis. Ill a ergo exempla pertinent ad prudentiam moralem, non ad opinionem prudentialem, quia illa talem habet certitudinem, quæ excludit omnem formidinem, non ſic opinio, cui radicaliter ineſt, ſine tamen certitudinis præiudicio; ex ſæpius *ſuprà* probatis.

Secundum de illo exemplo in materia phyſica *Homo bipes*, quod ea propoſitio ſit certa phyſicè, & probabilis Logicè, id eſt omnino falſum, tùm ratione illius certitudinis phyſicæ, in quantū aliter ſe habere, vt *ſuprà* viſum fuit; tùm etiā ratione materiæ eius; nā certum eſt, eam propoſitionem, vt eſt indefinita, æquiualere non vniuerſali, quia non omnis homo eſt bipes, vt conſtat euidenter, & experientia, vnde in Curia Sereniſſimi Ducis noſtri Parmæ moratur quidam homo, qui non ſolum caret pedibus, ſed etiam cruribus, & coxis, & id non eſt probabile, nec opinio, ſed euidenter conſtat apud nos eius exiſtentia, quod aliis non videntibus erit fides, non opinio, quæ à ratione pendet, non ab extrinſeco, ſicut fides; eſt ergo ea propoſitio *Homo eſt bipes*, vt indefinita, non vniuerſalis, inquam, ſed particularis, quia eſt in materia, & de prædicato accidentali, de qua non eſt opinio, ſed certa ſcientia phyſica, de qua nulla formido dabilis eſt, ſed certa cognitio, non probabilitas, cum euidenter conſtet de bipedalitate; malè igitur vocauit probabile Logicum, cum ſit certum phyſicum, & euidens. 123

Citat Mercorus pro ſe Carenam 124
initio huius articuli, quod impugnet, & damnet opinionis probabilis vſum, ſed in loco citato ab eo, *part. ſcilicet* 2. *tit.* 5. §. 4. nihil penitus de hac re, vbi agit de polygamia, ad quam euitandam ſuperſtes coniux debet alterius coniugis mortem probare per vnicum ad minus teſtem de viſu, qui certam fidem faciat de morte illius; non ſufficit ergo probabilitas ex coniecturis, dum petitur certus nuntius. Nulli autem dubium eſt Carenam eſſe ſectatorem opinionis probabilis. Lege ipſum, & videbis eſſe verum, quod dico.

CAPVT

CAPVT XIX.

An Contradictoria, ſeu potiùs contrariæ Opiniones de eadem materia ſint ambæ probabiles; & veræ.

1 ADuerſarij ſub aliis terminis in idem cadentibus hanc quæſtionem proponunt, dubitantes; an quis poſſit, vtramque partem contradictionis opinari? Ita Philalethus *q.* 3. vbi ait, opinari nihil aliud eſſe, quàm aſſentiri alicui propoſitioni, iudicando illam talem eſſe, cum formidine, ne oppoſita ſit vera, dum ſuam dicit veram. Quæſtio tractari poteſt phyſicè, & moraliter, priori quidem modo an intellectus naturaliter vtrumque opinari poſſit? poſteriori verò; an in foro conſcientiæ licitum ſit vtrumque opinari? Ambas quæſtiones ſimul tractabimus, ex quo enim voluntas ſequitur dictamen rationis opinantis, ſi intellectus vtramque partem iudicat veram, & probabilem; voluntas vtramque amplecti poterit, & licitè operari modò ſecundum vnam opinionem, modò ſecundum alteram oppoſitam.

2 Præmitto autem, opiniones de eadem materia, & obiecto oppoſitas aduerſari inuicem potiùs contrariæ, quàm contradictoriæ, non obſtante, quod ferè omnes cum Diuo Thoma, & Scoto vtantur verbo contradictionis; nam doctrina in propoſitionibus moralibus, ſicuti etiam in aliis verſatur circa vniuerſalia, dirigendo ea in particularibus, & potiſſimum in ſingularibus; propoſitiones autem vniuerſales diſcordantes tantum ſecundum qualitatem non opponuntur contradictorie, ſed tantum contrariè, vt manifeſtum eſt ex doctrina omnium Logicorum; & particulares atque ſingulares ſub eis dicuntur opponi ſubcontrariè. Sit exemplum pro veritate dictorum. *Omnis celebratio Miſſæ ante Matutinum eſt licita. Nulla celebratio Miſſæ ante Matutinum eſt licita. Omnis emptio chyrographi licet minori pretio. Nulla licet minori pretio.* Vt vides, hæ propoſitiones, & aliæ ſimiles ſunt ambæ vniuerſales, ac proinde opponuntur contrariæ. Idem dic de ſuis ſubcontrariis. Conueniunt autem contrariæ, & contradictoriæ in eo, quod in nulla materia poſſunt eſſe ambæ veræ, vtique contrariæ ambæ falſæ in materia tantum contingenti, contradictoriæ verò, vna ſemper vera; altera ſemper falſa in qualibet materia; vnde cum ad inuicem magnam habeant analogiam, & ſimboleitatem; pro eodem accipiuntur; imò ſi duæ contrariæ poſſent eſſe veræ, ſequeretur eadem veritas in contradictoriis, quod eſt impoſſibile, vt notant Complutenſes *in Logica*, *libro ſecundo*, *capite ſexto*, & Meldul. *parte prima*, *in Logica*; *tractatu primo*, *capite ſeptimo*, *num.* 79. Scio Diuum Thomam, quem citaui *cap.* 16. *ſub num.* 4. vocare eas contrarias de eodem ſubiecto; quarum vnam oportet eſſe veram; alteram falſam, & *ibidem num.* 27. eaſdem contrarias vocat, & poſſe amplecti; vbi loquitur de pluralitate præbendarum. Vide ibidem, vbi eius verba retuli.

3 Præmitto ſecundò, opiniones contrarias non eſſe ſubiectas legibus ſupradictis, quia logicè non opponuntur, ea ratione, quia oppoſitio logica eſt de eiuſdem extremis, non ſic autem ſe habent opiniones contrariæ, quæ licet verſentur circa idem obiectum, & materiam, extrema tamen habent diuerſa, & diſparata; nam cum opinio ſit actus intellectus, & aliud nomen non habeat, quo nobis notificetur, niſi quod quælibet vocatur eodem nomine, ſeu cognitio opinatiua, & tot ſint diuerſæ opiniones, quot obiecta circa quæ verſentur ex diuerſitate motiuorum, procul dubio ex diuerſitate mediorum diuerſificantur, & diſparantur cognitiones, & opiniones, per id, quod vna vocatur licita, altera illicita, ex contrarietate motiuorum, imò & ambæ licitæ ſic dictantibus nobis earum media, per quæ ambæ cognoſcuntur licitæ.

Itaque ex his patet, illas non

Digitized by Google

admittere oppoſitionem logicam, & neque eiuſdem leges, dum non ſunt idem ſubiectum, nec eadem res, ſed duæ diſparatæ ex diſparitate motiuorum, per quæ conſtituuntur ipſæ opiniones in ſuo eſſe probabili, & ſicut ipſa motiua à ſeipſis ſunt diuerſæ entitates, ita diuerſas conſtituunt opiniones in eſſe entitatis, non ſubduntur ergo legibus oppoſitionis logicæ, dum non ſunt idem ambæ ſecundùm entitatem ſuam, ſicut ſunt propoſitiones de eiſdem extremis.

4 Dices, opinio vnaquæque in moralibus, imò etiam in naturalibus alteri ſibi contrariæ opponitur logicè; ergo ſubduntur legibus logicis, adeò quòd ſi vna eſt vera, altera falſa tam in contrariis, quàm in contradictoriis, exempli gratia: *Logica eſt ſcientia ſpeculatiua. Logica non eſt ſcientia ſpeculatiua.* In moralibus: *Licita eſt celebratio Miſſa ante Matutinum. Non eſt licita celebratio Miſſa ante Matutinum.* Sic procedunt omnes morales contrariæ ſecundùm affirmationem, & negationem, vnde ſi vna eſt vera, neceſſe eſt, quod altera ſit falſa, quia vnum directè, & immediatè deſtruit alterum, cum inter veritatem, & falſitatem non ſit dabile medium, reſpectu cuius poſſint eſſe ambæ veræ.

5 Reſpondeo: illæ propoſitiones ſpectari poſſunt ex parte obiecti, quod cognoſcitur in illis complexis; & ex parte cognitionis opinatiuæ; reſpectu obiecti currit argumentum, quia reuera extrema ſunt iam in vtroque; reſpectu verò opinionis, quæ eſt ipſamet cognitio, non eſt idem ſubiectum, ſed duo diuerſa, & diſparata, nempè cognitio vna de licitate rei, & altera de illicitate eiuſdem obiecti, in quo ſenſu verum eſt dicere, quod vtraque opinio expreſſa in illis duabus propoſitionibus conſtantibus eiſdem extremis, eſt vera, quia vnaquæque talis cognoſcitur ex ſuis mediis, & motiuis, quid quælibet earum conſtituitur, & cum conſtitutiuum intrinſecum reuera non ſit aliud à conſtituto, ſed ipſum conſtitutum, clarum eſt, vnum eſſe diuerſum, & diſparatum ab alio, & ſic cum non ſint idem complexum in ratione cognitionis nihil prohibet, quin ambo ſint vera in ſua probabilitate, & cognitione opinatiua. Confirmatur, quia in infinitum diſtat falſitas à veritate, veritas verò non aduerſatur alteri veritati, cùm veritates inter ſe non pugnent; ſed falſitas, & veritas ſunt circa idem obiectum, à fortiori circa idem verſari poſſunt plures veritates. Præterea veritas realis, & probabilis ſunt circa idem obiectum ſcibile, & opinabile; nam ſcientia, & opinio verſari poſſunt circa idem ſubiectum per medium demonſtratiuum, & opinatiuum, loquendo de obiecto incomplexo, ſecundum communem, licet Thomiſtæ, & Scotiſtæ negent hoc de obiecto complexo, id eſt, de concluſione, contra plures alios aſſerentes per diuerſa media haberi poſſe ſcientiam, & opinionem, de quibus Meldul. *diſp.* 13. *Logica q.* 2. Si ergo ſcientia, & opinio haberi poſſunt de eodem ſubiecto naturali, à fortiori de eodem morali poſſunt haberi duæ cognitiones veræ, licet videantur repugnare ad inuicem; quia hæc repugnantia ſe tenet ex parte obiecti ſpectati in eſſe rei, quæ in ſeipſa non poteſt eſſe ſimul vera, & falſa, ſed reuera vnum eſt tantum ex altero, aut falſa, aut vera; non vero ex parte cognitionis opinatiuæ quæ in opinionibus contrariis vtriſque vera eſt, cum in his non attingatur immediatè obiectum in ſe, ſed provt eſt apprehenſibile diuerſimode à nobis; itaque etiam obiectum ipſum vt probabile, duplex eſt ex duplicitate motiuorum correſpondentium vtrique opinioni contrariæ. Ex quibus apparet obiecto reali correſpondere vnum ex duobus, vel veritatem, vel falſitatem reales, quæ à nobis inuincibiliter ignorantur; obiecto vero probabili ex diuerſitate motiuorum duplici correſpondere duplicem veritatem ex eorum duplici probabilitate mediorum.

Præmitto tertiò: Eundem intellectum per diuerſos actus opinando modò tenere poſſe vnam opinionem, modò alteram contrariam, quia per illarum motiua determinari poteſt, vt probaui *capite duodecimo*, *numero* 5. 23. *&* 26. & voluntas id ei imperare poteſt, vt probaui *cap.* 7. *num.* 6. *cap.* 8. *num.* 9. *cap.* 12. *num.* 6. Et quandocumque 6

vnam

vnam opinatur, id facere poteſt abſque præiudicio contrariæ, *nihil* iudicando pro, vel contra ipſam, cum propriam abſolutè cognoſcere poſſit per ſua media intrinſeca, quibus conſtituitur, & non per extranea, quæ ad eius cognitionem, & conſtitutionem non conducunt. Vnde in eius arbitrio eſt, oppoſitam arguere de falſitate contraria veritati probabilibus, aſſerendo oppoſitam probabiliter eſſe falſam, non verò falſitate reali à re, quia id ignoratur inuincibiliter, vnde per hoc non tollitur veritas oppoſitæ probabilis, quia veritas, & falſitas probabiles ſibi ad inuicem correſpondentes non aduerſantur in diuerſis potentiis, ſed tantum in eodem intellectu, cui ineſſe poſſunt ſucceſſiuè in actu, vt
7 enim inquit Caramuel *n.*1577. opinio, quæ hodie eſt probabilis, cras poteſt eſſe improbabilis, quia à Pontifice damnari poteſt, & tunc euadit falſa non ſolum probabiliter, ſed etiam obiectiuè, & realiter, ſolum vero probabiliter, ſi eam opinans mutat ſententiam. His præmiſſis.

8 Dicendum eſt, poſſe intellectum vtramque partem contradictionis opinari tam ex principiis intrinſecis, quàm extrinſecis conſilij ſcilicet ſequendo aliorum opinionem ſecundum vtramque partem. Quod eſt dicere, nos poſſe prudenter aſſentiri ſucceſſiuè vtrique opinioni contrariæ iudicando vtramque probabilem, & veram diuerſis cognitionibus, ex diuerſitate mediorum.

9 Primum, quod intellectus contraria opinari poſſit de eodem obiecto, probatur, quia circa ſe poteſt habere diuerſa, & contraria motiua intrinſeca probabiliter vera, ex quibus generari poſſunt contrariæ opiniones; ergo nihil prohibet ſic opinari circa idem obiectum, vt patet in exemplis allatis, quorum intrinſeca motiua notauimus *cap.*18. *numero* 90. Confirmatur, quia experientia id docet omnes præſertim peritos, adeo quod omnino improbabile eſt, & abſurdum negare, quod docet experientia magiſtra rerum.

10 Secundum, quòd idem fieri poſſit tùm per intrinſeca, vt patet ex mox dictis, tùm per extrinſeca, conſtat experientia, quia non ſolum indocti, ſed etiam docti aliorum tenent opiniones contrarias ſuis; ergo opinari quilibet poteſt vtrumque.

Tertium, quòd licitum ſit ſic opinari, probatur, quia eo ipſo, quod opinio ſtabilitur probabilis, ac proinde vera eadem veritate probabilitatis, licet cuique opinari vtramque, hoc eſt, ſequi quam quilibet maluerit; & cum aduerſarij non negent opinari magis probabiliter, & tutiori via, ſed ſolum minus probabiliter, iam probauimus *capite* 6. *& ſequenti*, poſſe nos opinari practicè minus probabiliter; ergo licet practicè opinari vtrumque. Confirmatur *infrà n.*22. 11

Ita ſentiunt omnes, qui tenent, 12
nos ſequi poſſe opinionem minus probabilem relicta probabiliore, cum Sanchez *lib.*1. *cap.* 9. *num.*12. *& ſeq.* Vaſquez *diſputat.* 62. *cap.* 3. *num.* 10. cum Azor. *tom.*1. *lib.*2. *cap.*16. *q.*2. *&* 3. *& cap.*17. *q.*7. apud Candidum *q.* 3. tenet opinari nos poſſe vnam partem ex principiis intrinſecis, & alteram ex principiis extrinſecis; ſed vera tenendum eſt cum primis, quia vnaquæque opinio habet propria principia intrinſeca, ideò ad vtramque opinari poſſumus.

Candidus Philalethus *q.* 3. aſſerit, 13
non poſſe intellectum vtramque partem contradictionis opinari, neque ex principiis intrinſecis, neque extrinſecis, citando pro ſe Gregorium *q.*2. *Prologi, art.*1. Durandum *q.*1. *n.*21. vbi citat Ariſt.4. *Metaph.*

Probat primò, nullo modo per di- 14
uerſa quælibet media res eſſe poteſt, & non eſſe; ergo nec per diuerſa quælibet media ab intellectu iudicari poteſt, quod ſit, & non ſit; ergo non poteſt intellectus vtramque contradictionis partem opinari. Antecedens probatur, quia alioquin tu, & ego facere poſſemus, vt Petrus eſſet, & non eſſet; at hoc neque Deus facere poteſt cum toto mundo.

Contra eſt, diſtinguendo maio- 15
rem; nam duplex eſt eſſe, vnum cognitionis, aliud obiecti, vt *ſuprà* dictum fuit, eſſe cognitionis non eſt vnum, ſed duplex ex pluralitate motiuorum, eſſe verò obiecti vnum eſt, ideò de hoc procedit antecedens; nam obiectum idem ſibi non contradicit in eſſe, & non eſſe; poteſt verò pati

Digitized by Google

contradictionem reſpectu illorum motiuorum, quia tunc non vnum, ſed multiplex eſt, reſpectu cuius multiplicitatis opinatur ſecundùm vtramque partem contradictionis, quare cum duo ſint opinabilia, locum habere non poteſt argumentum, nec contradictio, quæ eſt eiuſdem ad ſe-ipſum; vnde inquit Scotus *lib.*1.*ſent. diſt.*8. *q.*3. cum ſuis ibi commentariis *tom.*5.*part.*2. *num.* 68. contradictoria verificari de quocumque, quando ſunt diſtinctæ res, vel diſtinctæ formalitates, ſeu rationes, tollitur enim contradictio ex diuerſis reſpectibus. Clarum autem eſt, opiniones contrarias non eſſe vnam rationem, neque vnum quid, ſed diuerſa, ideò ambæ poſſunt eſſe veræ ſine vlla contradictione, veritas enim formalis ex parte cognitionis, non obiectiua, & realis, quæ vna eſt, prædicatur de vtraque ſecundùm eſſe probabile, non ſecundùm eſſe obiectiuum, quod vnicum eſt, de quo propterea non poſſunt verificari contradictoria, ſed tantum vnum ex ſua vnitate.

16 Confirmatur id exemplo corporis per diuinam potentiam replicatum ſimul in pluribus locis, de quo verificari poſſunt duo contradictoria; nam verum eſt, quod calefit Romæ, non Bononiæ, flagellatur in vno loco, non in alio, ſi ergo verificantur hæ duæ actiones in vno loco, & non alio, vt docent omnes cum Phyſicis, & Theologis, cur in moralibus non verificabuntur duæ contradictoriæ ſcilicet eſſe licitum, & non eſſe licitum verſari circa idem obiectum, ex diuerſis motiuis, & reſpectibus? quibus tolluntur contradictiones; & currit paritas, quia ad tollendas contradictiones in naturalibus ſufficit idem corpus numero ſumere vt multiplex cum ſuis reſpectibus; ita ad eandem deſtruendam in moralibus ſufficiet ſpectare ipſum obiectum ſub duplici ratione ex diuerſitate motiuorum, quæ duplicant opinionem, & hoc à fortiori, quia opiniones contrariæ reuera duæ ſunt in entitate ſua, vt dictum fuit *ſuprà*, corpus verò replicabile vnum numero eſt.

17 Probat ſecundò, auctoritate Diui Thomæ *quodlib.*8.*art.*83. vbi, quando ſunt duæ opiniones contrariæ de eodem, oportet alteram eſſe veram, alteram falſam; ergo non poteſt quis opinari vtramque eſſe veram, quia nemo poteſt opinari, quod impoſſibile eſt eſſe, & ille ſcit eſſe impoſſibile.

Contra eſt, quia per illa verba D. Thomas intelligit opinionem veram veritate reali, & obiectiua, dum ſubdit illum facere contra veram opinionem, habendo plures præbendas; quia facit contra legem Dei, ac proinde oppoſita habendi plures præbendas, quæ eſt magiſtrorum, eſt falſa, cum faciat illas habens contra legem Dei; ſuppoſito ergo, quod vna opinio ſit vera veritate obiectiua, altera ſine dubio eſt falſa. Vel intellige, quod in eodem intellectu vna eſt vera, & oppoſita falſa, ſpectatis vtriſque eodem modo ſecundùm veritatem, & falſitatem probabiles ex diuerſitate motiuorum. Quare id non obſtat, quin idem intellectus opinari poſſit ambas veras ex veritate motiuorum repertis in vtriſque. Et hoc dicit extremis verbis eiuſdem articuli, quæ ſunt hæc: *Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Opinando ſcilicet non ſolum ſpeculatiuè vtramque veram, ſed etiam practicè ſumendo vnam illarum. Vide *cap.* 16. vbi initio ad verbum retuli totum articulum S. Thomæ. Non eſt ergo impoſſibile opinari vtrumque, ſed conforme naturæ intellectus, qui à quodlibet medio moueri, & determinari poteſt ad aſſenſum iuxta exigentiam motiuorum. 18

Candidus ibidem impugnando argumenta Vaſquez & Sanchez, reuera ſine vlla vtilitate, inter alia affert quoddam diſcrimen eſſe inter hæc, inquit enim, & ſæpius replicat, vt quæſtionem protrahat, eſſe diuerſa, iudicare vtramque contrariam opinionem eſſe probabilem; & opinari, ſeu iudicare vtramque eſſe veram; reddit rationem huius differentiæ, quia iudicare vtramque eſſe probabilem, haberi poteſt per aſſenſum ſcientificum, quia ſcio medium, quo propoſitionem iudico probabilem, non eſſe neceſſarium, ſed tantum probabilem; eſt ergo iſte aſſenſus ſcientificus non opinatiuus, & ideo vtrumque hoc modo opinari non poſſum, ſed tantum ſcire; vnde concedit Sanchio, 19

chio, poſſe intellectum iudicare vtramque probabilem, negat verò eidem Sanchez poſſe vtramque opinari, id eſt, iudicare veram, quia opinari non cadit *ſuprà* probabilitatem propoſitionis, ita vt iudicemus cum formidine propoſitionem eſſe probabilem; nam hoc certa ſcimus; ſed cadit *ſuprà* veritatem ipſius propoſitionis, quam cum formidine eſſe veram; vtramque ergo non poſſumus opinari eſſe veram, & quod licitum ſit, & quod licitum non ſit, quia impoſſibile eſt, quod duæ contradictoriæ ſint ſimul veræ, cum vna exiſtente vera, altera neceſſariò eſt falſa. Hæc ſumma dictorum Candidi.

20 Contra eſt, obſeruando eam diſtinctionem non eſſe ad rem, & illi aduerſari; primum deducitur conſiderando opinionem dupliciter ſpectari poſſe. *Primò*, merè ſpeculatiue, & in ſe prout de illa cognoſcuntur eius conſtitutiua, proprietas, & paſſiones, prout conſideratur à Logico, in quo ſenſu dicitur de ea haberi ſcientia, quia verum eſt veritate obiectiua, & reali, quod opinio eſt aſſenſus vnius partis cum formidine alterius, & quod in ea proceditur per medium contingens, quod aliter ſe habere non poteſt, id eſt, non poteſt eſſe neceſſarium, hæc enim intellectus non opinatur, ſed ſcit certo, quod ſunt neceſſaria, & aliter ſe habere non poſſunt. *Secundò*, practicè, & in ordine ad opus morale, vt in præſenti materia, in qua conſideratur à Theologo morali. In priori ſenſu ſumitur hic à Candido, ſed extra rem, & non ad propoſitum quæſtionis ab eo poſitæ, in qua quærit de opinione non ſpeculatiue & in ſe, ſed in ordine ad opus, & practicè; an ſcilicet duæ opiniones contradictoriæ poſſint eſſe ſimul veræ, vt inde opinans colligat; an alterutram ſecurè, & tuto ſequi poſſit aliquis, & cum ſermonem faciat de opinione in hoc ſecundo ſenſu, fruſtra proponit alteram partem de eius ſcientifica cognitione.

21 Quòd autem ea differentia ei aduerſetur, probatur ſic, quia probabilitas in opinione infert in eandem veritatem ſibi ſimilem, nempè probabilem, non ſcientificam, quia iam non eſſet opinio, ſed ſcientia; ait autem, quod vtraque contradictoria iudicari poteſt probabilis; ergo & vera, ſi probabile infert verum, vt reuera infert, quod probo ſic: *Primò*, ab etymologia huius vocis *Probabile*, à qua valet deductum argumentum, vt teſtatur Euerardus in loco iſto; nam deriuatur à probatione, quæ eſt rei dubiæ per argumenta demonſtratio veritatis, eius enim effectus eſt demonſtrare veritatem, quæ dubia, & occulta erat, igitur probabile includit in ſe veritatem. Vel ſi deriuetur à probitate idem importat, quia probitas eſt bonitas, cum qua ſtat veritas, non falſitas, ideo includit veritatem, quæ cum viro probo ſtat, non falſitas, quæ hominem improbum notat. *Secundò*, communiter dicitur illud eſſe probabile, quod apparet verum ex probatis rationibus, vnde Cicero *lib.* 1. *de Inuent.* ait: *Probabile eſt id, quod verè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue verum.* Probabile igitur includit quandam rationem veri in ſe, quod non ceſſat, ſed perſeuerat, donec conſtet ex parte rei veritas ipſa, vel falſitas; veritas igitur probabilis ſimilatur veritati rei, & ei approximatur, vt dixit idem Cicero de Orat. apud Nizoluim: *Alicuius diſputationem nobis probabilem, & propè veram videri.* Opinans igitur probabiliter accedit ad veritatem rei, ſed eam non penetrat, quia non eſſet opinans, ſed ſciens. Conſtat igitur ex his probabile idem eſſe ac verum non reale rei, ſed apparens probabiliter opinanti. Quare cum Candidus ait, nos poſſe iudicare vtramque contradictoriam probabilem, non verò vtramque veram, ſibi aduerſatur, quia vt probauimus mox, probabile infert verum ſibi proportionatum. Confirmatur, quia non infert falſum; ergo verum, abſurdum enim eſt, quod eſt probabile, & rationabile continere errorem, & falſitatem. Dixi *cap.* 9. *num.* 35. *& cap.* 15. *num.* 74. *& alibi*, eſſe probabile, & eſſe verum coïncidere. Et ita ſentiunt omnes opinionum probabilium ſectatores. Deducitur quoque idem ex definitione 22
ipſius opinionis, quæ dicitur aſſenſus vnius partis cum formidine oppoſitæ, id eſt, quod oppoſita opinio ſit vera, vt omnes

omnes interpretantur, provt notaui *cap. 5. num. 25.* & obſeruat Sanchez *lib. 1. cap. 9. num. 18.* his verbis: *Quippe formido vnius partis non excludit aſſenſum determinatum circa aliam, ſed in eo tantum conſiſtit, vt quis per actum reflexum iudicet rationes illius partis, cuius aſſenſum habet non eſſe euidentes, ſed tantum probabiles, atque ita poſſe accidere, vt contraria opinio ſit forte vera.* Non poteſt autem contraria opinio eſſe vera, niſi ex ſua probabilitate oppoſita probabilitati opinionis amplexatæ, ac proinde ſuppoſitæ veræ non minus ac formidatur vera oppoſita, contrariorum enim & ſi contrariæ ſint rationes, non tamen diuerſa diſciplina, cum in aliquo debeant conuenire, & ſic contrariæ opiniones ſicut conueniunt in probabilitate, ita & in veritate; nam non minus vna dicit formidinem erga aliam, quam altera, cum conceptus formidinis vtrique ex æquo inſit, conſequenter in eiſdem arguit veritatem apparentem.

23 Mercorus *initio ſar. 2.* eandem proponit quæſtionem cum Candido. An idem intellectus poſſit ſimul opinari de vtraque parte contradictionis? Reſpondeo autem id eſſe impoſſibile.

24 Primò probat, quia opinari eſt intellectum accipere vnam partem cum formidine alterius, & tunc eſt, quando ſpreta vna parte in alteram declinat cum formidine; ſed implicat, intellectum accipere vnam partem, & ſpernere oppoſitam, ſimulque accipere hanc oppoſitam, quam ſpernit, & ſpernere, quam accepit; ergo implicat ſimul de vtraque opinari.

25 Impugnatur, quia ſpernere, & contemnere non pertinet ad intellectum, ſed ad voluntatem, & quando vni parti præſtat ille aſſenſum non dicitur oppoſitam ſpernere; ſed ſolum formidare, ne ſit vera, ſicuti putat veram partem amplexatam, & hæc eſt natura opinionis, vt ex mutua formidine inferatur veritas in vtraque, vt *ſuprà* dixi, & ex his tollitur implicantia, cum deſit contemptus, quem opinio non includit in ſe; ſed ſolum formidinem vtrimque, quæ refert ad vtramque partem veritatem, & ſubſequenter falſitatem.

26 Secundò probat, quia aſſenſus opinatiuus ex notatis cum S. Thoma eſt, quando intellectus de ſe indifferens inter vtramque partem contradictionis, ſe determinat, & vnam ex illis eligit; licet cum formidine; ſi ergo de vtraque haberet aſſenſum opinatiuum, vtramque eligeret, conſequenter adhuc eſſet indeterminatus; intellectus enim tunc ſe determinat, ſicut etiam voluntas, quando ſpreta vna parte, eligit aliam; ergo ſi de vtraque opinaretur, intellectus eſſet determinatus, & non determinatus.

Impugnatur; quia indifferentiam voluntatis miſcet cum intellectu, qui de ſe non eſt indifferens, nec dicitur eligere vnam ex partibus. Imò ex eius indifferentia poſita à Mercoro ſequitur contra ipſum, ſe determinare ad vnam ex illis; ergo ex hoc poteſt quamlibet opinari ſucceſſiuè, dum poteſt vnam ex illis eligere, & data electione vnius, non tollitur, quin alteram opinari poſſit, ad id inuitante veritate formidata; vtramque ergo ſucceſſiuè opinari poteſt ex motiuis contrariis determinantibus intellectum provt voluntas imperauerit. 27

Tertiò probat, notum eſt hoc principium, quòd ſi vna pars contradictionis eſt vera, altera eſt falſa; ſed qui opinatur de vna parte, quod ſit vera, debet tenere alteram eſſe falſam; ergo non poteſt opinare vtramque eſſe veram, quia implicat; eſſet enim vera, & falſa ſimul. 28

Impugnatur, tollendo contradictionem ex diuerſitate motiuorum, per quæ vtraque eſt vera ſub diuerſis reſpectibus. Præterea contradictio eſt vnius & eiuſdem reſpectu ſui ipſius, vt probatum fuit *ſuprà ſub num. 15.* ſed duæ contrariæ opiniones non ſunt vna opinio, vt probatum fuit *ſuprà ſub num. 3.* Et his reſpondetur ad eiuſdem quartum argumentum ex D. Thoma, qui dicit; Si vna eſt vera, oppoſita eſt falſa, cuius mentem explicauimus etiam *ſuprà ſub n. 18.* 29

Quamuis Mercorus ex tertio eius argumento non videatur ſentire idem cum Candido; nimirum, poſſe opinari vtramque probabilem, non verò veram ex eius diſtinctione *ſuprà ſub num. 19.* quia apertè dicit, non poſſe intellectum opinari vtramque veram, 30

in

Digitized by Google

in dicto argumento, & in reſolutione his verbis: *Euidenter repugnare rationi, eundem intellectum ſimul poſſe aſſentiri aſſenſu opinatiuo vtrique parti contradictionis.* Nihilominus in reſponſione ad primum videtur approbare illam diſtinctionem, dum ait, quod aliud eſt iudicare aliquam propoſitionem eſſe probabilem, & aliud aſſentiri probabiliter alicui propoſitioni; nam primo modo intellectus ſuo aſſenſu approbat prædicatum probabilitatis conuenire ipſi propoſitioni tanquam ſubiecto; ſecundo modo approbat prædicatum propoſitionis conuenire ſubiecto; nam aſſenſus priori modo eſt certus; quia conſtat euidenter eam propoſitionem eſſe certò probabilem; poſteriori verò modo aſſenſus eſt tantum opinatiuus. Et locus ab eo adductus ex Cardinali de Lugo *diſput.* 10. *de fide*, *ſect.* 1. *num.* 14. intelligendus eſt, quod ex illo aſſenſu euidenti, quod concluſio ſit probabilis, non infertur euidentia veritatis in propoſitione; ſed ſolum eius apparens veritas.

31 Ad ſecundum, & tertium argumentum, quod ſibi obiecerat, ait, diuerſa media in diuerſis intellectibus poſſe iudicare vtramque probabilem, non verò in eodem intellectu, quia mutuò ſe impediunt, & ſuſpendunt intellectum, qui manet dubius, ſicut ſi in ſtatera vtrimque ponerentur æqualia pondera; licet enim ſingula ſeorſim valerent inclinare ſtateram; in concurſu tamen ambo ſe impediunt, & tenent ſtateram æquilibrem. Item licet vnus, & alter diuiſim poſſint trahere idem pondus; non tamen illud ambo poſſunt trahere in diuerſas partes; quia mutuò ſe impedirent. Ita intellectus maneret dubius; quando ſunt motiua æqualia pro vtraque parte; quia non magis mouet vnum, quam aliud.

32 Impugnatur; quia ſi diuerſi intellectus opinari poſſunt ad vtramque probabilitatem, ſinguli ex propriis motiuis; etiam idem intellectus hoc idem iudicare poteſt, cum motiua ex hoc, quod ſunt motiua, habeant mouere, hunc effectum motus præſtabunt reſpectu cuiuſcumque intellectus; quia non eſt maior ratio vnius quàm alterius; cum motiua eandem æqualitatem, quam in ſe habent, retineant, reſpectu cuiuſlibet intellectus, quem mouere poſſunt non obſtante æqualitate, quæ non efficit, vt amittant vim mouendi, & determinandi intellectum, qui à quolibet reali obiecto moueri poteſt, imperante voluntate, vt probaui *cap.* 5. *num* 31. *&* 34. *cap.* 7. *num.* 6. *cap.* 8. *num.* 9. *&* 48. Exempla allata non perſuadent quicquam; quia ſicut voluntate vnum poteſt cedere alteri, ita poteſt præcipere intellectui, vt aſſentiatur vtrique parti, & opinetur contradictoria ſine vlla contradictione, cum tunc duo ſint, non vnum, ex ſupradictis, & exemplum de ſtatera *infrà n.* 49. magis examinatur.

In ſecundo articulo, ait, eundem intellectum poſſe aliquo modo opinari de vtraque parte, de vna quidem ſpeculatiuè, de altera practicè, quando vna eſt probabilis ab intrinſeco, & altera ab extrinſeco, dando exemplum in celebratione Miſſæ ante matutinum & poſt matutinum, limitando non procedere, quando motiua extrinſecum, & intrinſecum ſunt æqualia. 33

Impugnatur, quia videtur ſibi contradicere; nam *part.* 1. *art.* 13. dixerat, quale eſt iudicium de obiecto, tale eſt iudicium de operatione, illud autem ſpeculatiuum, hoc practicum; ergo eodem modo opinandum eſt ſecundum iudicium ſpeculatiuum, & practicum contra id, quod hic dicit: *Quòd ad æqualitatem inter motiuum intrinſecum, & extrinſecum, non videtur dabilis*; quia motiuum extrinſecum ſemper fundatur in intrinſeco; non enim extrinſecum conſtituit opinionem probabilem, cum ea conſtituatur ex ſuis intrinſecis, & augeatur ab extrinſeco motiuo, & auctoritate eius, qui ſuam opinionem fundauit in ratione, ſine qua non datur originaliter probabilitas opinionis; non enim creditur Doctori aſſerenti ſine ratione. 34

In articulo tertio, multis probat, non poſſe intellectum ad libitum opinari de alterutra, quando ambæ contradictoriæ ſunt æquè probabiles, non ſolum id facere poteſt ſimul, vt dicit ſe probaſſe in præcedentibus articulis duobus; ſed neque ſucceſſiuè modo de vna, modo de altera. 35

Primò probat; quia quando intel- 36
lectus

lectus actu conſiderat vtramque partem contradictionis, & eas iudicat æqualis probabilitatis, eſt dubius; ergo dum intellectus manet in tali diſpoſitione, de neutra poteſt opinari.

37 Impugnatur *Primò*, quia experientia conſtat de hoc modo opinandi inter contradictorias æquè probabiles, quas omnes ſectatores ſunt opinati non ſolùm ſpeculatiuè; ſed etiam practicè; vnde enim oritur repugnantia, quin intellectus ſuper vtriſque poſſit iudicare opinatiuè ſi non per ſe immediatè, ſaltem imperio voluntatis, & qui negat experientiam hanc, indiget intellectu, & mendax eſt. *Secundò*, pro huius probatione format hoc modo minorem, quam pono antecedens: *Quando intellectus actu conſiderat vtramque partem contradictionis, & eas iudicat æqualis probabilitatis, eſt dubius.* Sine dubio intellectus tunc opinatur; nam opinari idem eſt quod conſiderare, & iudicare; ſed per ſe intellectus vtramque partem iudicat æquè probabilem; ergo opinatur, & conſequenter per tuum argumentum probas non tuam concluſionem, ſed noſtram contra te ipſum. Nec verum eſt, quod intellectus in hac conſideratione, & iudicio ſit dubius, cum clarè, & diſtinctè vtramque percipiat; nimirum vtramque contradictoriam eſſe æqualiter probabilem; gratis ergo Mercorus aſſerit intellectum ſic conſiderando, & iudicando eſſe dubium, dum clarè, & non confusè iudicat vtramque probabilem æqualiter. *Tertiò*, ſuppoſito intellectum inter æquales opiniones remanere dubium, refert auctoritates Ariſtotelis, & S. Thomæ, quod dubitans remanet ligatus, & non poteſt ad vlteriora procedere, quæ non faciunt ad rem; cum aliud ſit opinari, & aliud dubitare, quod ipſemet Doctor non negat; ſed nec probauit, intellectum iudicantem contradictorias æqualiter probabiles remanere dubium, quod facere debuiſſet; nam concluſiones probatione, non ſuppoſitione firmantur; dum ergo intellectus D. Mercori conſiderauit, & iudicauit illas æquè probabiles non potuit non opinari.

38 Secundò probat: Opinari eſt intellectum aſſentiri vni partium cum ſola formidine proueniente ex inefficacia motiui, quod omnino non conuincit; ſed qui opinatur de propoſitione probabili, concurrente oppoſita æqualis probabilitatis, non ſolum habet formidinem propter inefficaciam motiui, propter quod huic parti adhæret; ſed etiam timet poſitiuè de eius falſitate propter æqualem efficaciam motiui oppoſitæ partis; ergo intellectus, qui per te in tali diſpoſitione opinatur, non opinatur, ſed potius dubitat adhuc, aut ſimul dubitat, & opinatur, quod implicat, vt demonſtratum eſt.

Impugnatur, *Primò*, quia in præmiſſis ſupponit noſtram concluſionem, cui fauet, & nihil aliud debet concludere, niſi opinari vtrumque æqualiter probabile; quia præmiſſæ id inferunt, vt patet ex definitione ipſius opinionis, quæ in duabus contrariis dicit mutuum conſenſum, & formidinem oppoſitas; ergo aliud inferri non poteſt, niſi opinari iuxta illas, nimirum eſſe æqualiter probabiles. *Secundò*, eſt ſatis trita Logicorum regula: *Nihil colligendum eſſe in concluſione, quod in præmiſſis non fuerit ſeminatum.* In præmiſſis autem ne verbum quidem de dubio expreſsè, nec implicitè factum fuit; ergo nec illud in concluſione fuerat colligendum. Nec fauet argumento verbum, *formidinis*, quia eſt quid diuerſum à dubio, vt docui *cap.* 14. *num.* 5. *cap.* 18. *num.* 31. *&* 35. 39

Tertiò probat: Iudicare vtramque partem contradictionis eſſe æqualis probabilitatis, eſt iudicare vtramque, non minus apparere veram, quam falſam; nam quælibet ex proprio motiuo apparet vera, & ex motiuo ſuæ oppoſitæ apparet falſa; vnumquodque enim motiuum, quantò magis ſuam partem facit apparere veram, tantò magis ſuam oppoſitam facit apparere falſam. Cùm igitur ex vtraque parte motiua ſint æqualia, vtraque pars æqualiter apparebit vera, & æqualiter apparebit falſa; ſed nullus poteſt opinari de propoſitione, quæ ſibi æqualiter apparet vera, & æqualiter ſibi apparet falſa; cum opinari ſit iudicare propoſitionem veram cum ſola formidine, quod oppoſita ſit falſa; ergo in caſu intellectus iudicat vtramque partem contradictionis eſſe æquè probabilem, de neutra poteſt opinari. 40

Impugna

41 Impugnatur; nam falſum eſt, vtramque iudicare æqualiter probabilem eſſe facere apparere æqualiter veram, & falſam, ratio eſt; quia vtriuſque aſſenſus primo, & principaliter cadit expreſsè ſuper veritatem vtriuſque, ex quo vtraq; eſt æqualis probabilitatis, prout talis apparet ex iudicio; conſequens verò mutua formido non eſt iudicatiua, ſed trepidatio, & timor alterius partis primo formidatæ veræ contra oppoſitam amplexatam trepidatam falſam; non verò apparenter falſam; nam, vt dixi *in impugnatione præced. ex locis ibi citatis*, formidatio in opinione eſt quid minus dubio, quod nullum dicit aſſenſum, nec iudicium, multò minùs formido; ideo ex formidine non poteſt dici quod appareat mutua falſitas in contradictoriis, ſicut apparet mutua probabilitas, & veritas ex aſſenſu, qui eſt primus, & eſſentialis conceptus opinionis; formido verò vti eius paſſio eſt ſecundarius radicaliter ſumpta; nam actualis non eſt de ratione opinionis; vnde cum per accidens ſit, vt aliquando reperiatur in opinante propter eius inconſtantiam, & imbecillitatem in intelligendo, efficere nequaquam poteſt, vt falſitas æqualiter appareat, ſicuti iudicatur veritas. *Secundò*, probatur, vtrumque nimirum veritatem, & falſitatem æqualiter non poſſe apparere, & hoc ex natura ipſius opinionis, quæ eſt aſſenſus probabilis, & verus vnius partis, cum formidine, quod oppoſita ſit etiam vera; ergo falſitas non æquè apparet ſicut veritas; nam hæc ex primo conceptu habetur; illa verò, id eſt, falſitas nec nominatur, ſed ſolum implicitè deducitur ex poſteriori conceptu formidinis tendente in veritatem oppoſitæ opinionis, connotando falſitatem trepidatam in amplexata, adeo quod conceptus formidinis primo reſpicit veritatem oppoſitæ, & ſecundario falſitatem amplexatæ, vt notaui *capite 5. num. 25. Tertiò*, eius minor, quæ habet, quod nullus poteſt opinari de propoſitione, quæ ſibi apparet æqualiter vera, & falſa, ſupponit, quod erat probandum, dari eandem propoſitionem æqualiter veram, & falſam; nam hoc falſum eſt, vt probauimus *ſuprà*, & ſic quod non eſt, opinari non poteſt, quare cum quælibet opinio probabilis vera ſit cum formidine de veritate oppoſitæ, & falſitate amplexatæ, quilibet intellectus opinari poteſt vtramque, cum falſitas vnius non æquè appareat, ſicut veritas, quæ primo ineſt opinioni probabili.

42 Quartò probat, quando partes habent iura æqualia, præcipuè in quæſtione circa factum, iudex non poteſt iudicare iuſtè in fauorem alicuius; ſed debet componere partes, aliter iniuriam faceret parti, contra quam iudicaret, ex allegatis à Diana *part. 2. tract. 13. reſol. 3.* ergo intellectus, qui eſt iudex, malè, iudicaret hanc partem eſſe veram potius, quam oppoſitam.

43 Impugnatur *Primò*; nam Diana ibi loquitur de concurſu opinionum ſecundum magis, & minus probabilium, argumentum hoc de æquè probabilibus. *Secundò*, iudex ſtante æquali probabilitate oppoſitarum opinionum liberè iudicare poteſt pro alterutro litigantium; pro qua re Vericellus *tractat. 2. q. 14.* refert circa quadraginta Doctores, & pro contraria aſſerente, iudicem debere diuidere, vel componere partes, ibidem referens vigintiquinque Doctores, de qua re dixi etiam *cap. 9. num. 3. Tertiò*, ex his infertur, ſicut iudex ſiue componendo cum poſteriori opinione, vel vni applicando contra alium aliquid operatur, ita intellectus iudicare poteſt vtramque partem, opinando non obſtante æqualitate, quæ ſicut in iudice non tollit quin iudicare poſſit pro vtroque diuidendo, vel pro vno pro ſuo libito contra alium; ita neque impedire poteſt intellectum ab operatione ſpeculatiua opinariua circa vtramque opinionem; hoc enim egregiè pro nobis confirmat illud argumentum contra proprium patronum; nam ſicut iudex diuidendo inter partes, quodammodo vtramque partem in praxi opinatur vtrumque, ita intellectus vtrique opinioni ex æquo fauet, dum vtramque opinatur probabilem. *Quartò*, non videtur concludere ad propoſitum præmiſſarum, his verbis; *Ergo intellectus, qui eſt iudex malè iudicaret hanc partem eſſe veram potius, quam oppoſitam.* Nam ſicut iudex, ex præmiſſis in argumento, non debet fauere vni; ſed componere

ponere

Digitized by Google

ponere partes, ita debebat concludere, intellectum non debere fauere potius vni parti, quam alteri, addendo debere componere ambas opiniones, de vtriſque ſcilicet opinando eandem probabilitatem, quaſi inter eas diuidendo commune genus probabilitatis.

44 Mercorus ſibi obiicit ad dictum argumentum; ſed de obiectione, nec de eius reſponſione curo, quia non facit ad rem, ſed ſeipſam perimit. Poſt hæc refert diuerſas inſtantias, & exempla reiicienda.

45 Primum eſt, ſi occaſione alicuius contractus emptor tibi duas exhiberet monetas, vt alterutram eligeres pro pretio rei venditæ, tamen certo ſcires ipſarum alteram eſſe falſam, quamuis ex æquo appareat tibi iuſti valoris, malles potius contractum reſcindere, quam ipſarum alteram acceptare pro pretio. *Secundum*, de duabus nauibus, quarum alteram præuideres naufragaturam; quamuis vtraque tibi æqualiter appareret tuta, ſi nulla marini itineris vrgeret neceſſitas, certo neutram ad nauigandum eligeres. *Tertium*, de duobus poculis, quorum vnum eſt certo venenatum tibi ignotum quale ſit, non obſtante ſiti, neutrum ſumes. *Quartum*, de biuio, per quod vnum ſcis tranſire latrones, vlterius non procederes, niſi prius de tutiori fieres certus, præcipuè ſi itineris nulla ſit neceſſitas.

46 Applicat Mercorus prædicta, conſiderando minus errare naturam in conſecutione proprij finis, quam humana ratio, errorémque, qui conſiſtit in opinando falſum, eſſe vulnus, venenum, atque intellectus naufragium. Sicut igitur prudentia dictat in ſupradictis caſibus abſtinendum eſſe ab electione operis ratione periculi, quod imminet; ita repugnat naturæ virtutis intellectiuæ ſe determinare opinando de altera parte contradictionis, quando ex æquo vtraque apparet vera, ſeu probabilis, cum hoc vnum ſit certum, contradictoriarum alteram partem neceſſario eſſe falſam.

47 Impugnatur; quia ſupradicta exempla non ſunt ad propoſitum, in illis enim ſupponitur cognitio certa, & euidens, à qua abeſt opinio, quæ eſt cognitio tantum probabiliter vera; ideo in illis caſibus dictat de certo, & euidenti periculo imminente, quod fugiendum eſt; in opinione autem non apparet tale euidens periculum, imò nec probabile; ſed tantum trepidabile in confuſo, & remotè, atque potius voluntarium, cum ſine actuali formidine quilibet intellectus opinari poſſit ex probatis *c.*5.*n.*12.*ad* 27.*c.*18. *num.*26.28.29.83. *&* 84. in illis autem exemplis ſupponitur certitudo periculi. Et ex his tollitur applicatio, quam facit, quæ non poteſt in aliquo quadrare eius intento.

In reſponſione, quam dat Mercorus ad argumenta aduerſariorum duo noto: *Primum*, eſt in reſponſione ad primum argumẽtum repugnando Spinulam conatur probare ſimilitudinem inter ſtateram, & intellectum reſpectu æqualium ponderum, & motiuorum in eo, vt quemadmodum non poteſt contemnere vim ponderis, quod eſt in vtraque parte; quia naturaliter ponderat; ita intellectus non poteſt diſſimulare vim motiui probabilis quod naturaliter vrget ex vtraque parte. Et ex hac ſequitur alia proportio, vt ſicut ſtatera, durante tali diſpoſitione æqualium ponderum, in neutram partem poteſt præponderare, ita & intellectus manet anceps durante æqualitate probabilitatis in vtraque parte. Vnde conceſſo ſtateram non conuenire cum intellectu in libertate exercitij reſpectu motiui probabilis; quia eo poſito, intellectus adhuc poteſt ſuſpendere aſſenſum; tamen non eſt liber, vt poſſit contemnere eius vim, & hoc ſufficit, vt motiua oppoſita mutuo ſe impediant, ſicut æqualia pondera ſtateræ. *Secundum*, eſt quia in fine articuli dicit, qui opinatur de vna parte contradictionis, adhuc eius oppoſitam iudicat probabilem, non ſibi, ſed alteri, eatenuſque iudicat probabilem; quia habet tale motiuum, quod ſi ſeorſim ab aliquo intellectu apprehenderetur, qui ſolutiones non penetraret, aut ad oppoſita motiua non aduerteret, ſufficeret cauſare opinionem. 48

Impugnatur primum, nullam eſſe eam proportionem, quæ non reperitur in eo, in quo deberet eſſe; nam attendi deberet reſpectu potentiæ actiuæ in vtroque, tam in ſtatera, quam intellectu, quod manifeſtum eſt in eo, quod proportionatur ad inuicem in ordine ad impedimentum operatio 49

operationis præponderandæ in ſtatera,& opinandæ in intellectu, quæ tamen proportio locum non habet; nam ſtatera nullam vim actiuam habet, cum ſit tantum potentia paſſiua ſuſtentans pondera, non valens idcirco aliqua vi actiua præponderare vnum *ſuprà* aliud; intellectus verò cum ſit potentia actiua nihil prohibet, quin poſſit vtrumque opinari; nam ex obiecto, & potentia intellectiua in actu reſultat cognitio opinatiua, adeo quod vtrumque opi-
50 nari poteſt probabile. Præterea voluntas imperare poteſt eidem intellectui, quod modo opinetur vnum, modo alterum non obſtante æqualitate motiuorum, quæ non mouent ſecundum quod æqualia ſunt; ſed ſecundum quod ſunt obiecta apprehenſa ſub ratione veri; obiectum ergo mouet ſub ratione veri; non quatenus æquale, ratione cuius in vtramque partem contradictionis reſultat æqualitas probabilitatis, quæ eſt primus conceptus conſtituens opinionem, ad quam probabilem ſequitur æqualitas vti poſterior conceptus; obiectum ergo ſub ratione veri determinat intellectum ad opinandum probabilitatem, ad quam ſequitur æqualitas, & cum prius non dependeat à poſteriori, intellectus ab huiuſmodi æqualitate impediri non poteſt ab opinandum modo vnam partem, modo aliam, ad quam ſequitur æqualitas. Nec ſpeciem aliquam veritatis habet illud, quod ſubiungit ex Ariſtotele, quod non eſt liberum opinari, cum ſit contra experientiam; & falſum, vt pluribus probaui contra Candidum *cap.* 5. *num.* 33. *&* 35. *cap.* 7. *num.* 6.

51 Ad ſecundum dico quod eſt inintelligibile, quomodo non poſſim opinari vtramque; ſed vnam tantum, & alteram iudicare probabilem non mihi, ſed alteri; dum enim habeo motiuum pro altero, certè etiam pro me illud idem habeo, ſicut cum magiſter docet aliquid diſcipulum, non ſolum dat intelligere illud diſcipulo, ſed illud idem pro ſe prius intelligit ſiue cognitione ſcientifica, ſiue opinatiua.

CAPVT XX.

¿An intellectus poſſit opinari de parte minus probabili, relicta probabiliore? Et è contra?

Reuerendiſſimus P. Inquiſi- 1
tor, contra quem intitulaui hoc caput, vtramque quæſtionem proponit, priorem ſub eadem ſecunda parte *art.* 4. poſteriorem verò *ſub art.* 7. Reſpondendo ad vtramque negatiuè.

Ego autem de conſenſu vnanimi 2
omnium ferè Theologorum vtrumque affirmo, ſcilicet, intellectum noſtrum poſſe opinari probabilem contra probabiliorem, & è contra de probabiliori, relicta minus probabili, & hoc ſuadere rationibus; eſt experientiam rerum magiſtram obtenebrare in re manifeſta, & tam clara omnibus volentibus rectè ſentire. Confirmo vtrimque impugnando argumenta Mercori, & primo loco dicit pro ſua concluſione facere rationes in præcedentibus articulis adductas, quas in præcedenti capite impugnauimus.

Secundò igitur probat, quia opi- 3
nari eſt exiſtimare vnam partem contradictionis eſſe veram cum ſola formidine, vt dictum eſt. Rurſus qui exiſtimat vnam partem eſſe veram cum ſola formidine, exiſtimat eius oppoſitam eſſe falſam eodem modo, quia ex contrariis opinionibus ſi vna eſt vera, altera eſt falſa, ex Sancto Thoma *quodlib.* 8. *artic.* 13. ex Ariſtotele 2. *Anima*, *text.* 157. Si ergo intellectus opinabitur de minùs probabili, exiſtimabit ipſam eſſe veram cum formidine, & probabiliorem exiſtimabit falſam pariter cum ſola formidine; cum igitur probabilior magis appereat vera, quam minus probabilis, ſequitur intellectum poſſe exiſtimare falſam ſententiam, quæ ſibi magis apparet vera, & exiſtimare veram, quæ ſibi magis apparet falſa.

Impugnaui hoc argumentum *in* 4
præced. cap. ſub num. 41. nam totam eius vim ſi aliquam habet, Mercorus ponit in formidine, quam tamen nullam

habet; nàm vel loquitur de radicali, & hæc cum ſit opinionis, & non opinantis, intellectus nihil habet formidare, cum illi non inſit; vel de actuali, & per eam intellectus pariter nihil poteſt iudicare, aut exiſtimare de falſitate; quia formido non neceſſario comitatur opinantem, niſi indoctum, aut timidum, qui non iudicat, ſed ſolum trepidat. Deinde implicat, quod intellectus per eundem aſſenſum verum exiſtimet falſitatem propriæ opinionis, aut oppoſitæ probabilioris; quia idem aſſenſus non eſt ſimul verus, & falſus. Præterea formido directè, & immediatè non trepidat falſitatem; ſed prius veritatem oppoſitæ, vt notaui *loco præcedenti citato, & alibi.* Ad D. Thomam, & Ariſtotelem patet alibi reſponſio.

5 Tertiò, potentia quælibet naturaliter tendit in ſuum obiectum, quantum poteſt, cum ſit eius perfectio, & terminus; ergo quantum poteſt abhorret à ſuo oppoſito; ſicut etiam grauia quantum poſſunt tendunt ad ſuum centrum, ſicuti aqua ſi poſſet, directè flueret ad mare, potius quam diuagari per aluei circuitus; cum igitur intellectus habeat pro obiecto verum ſemper in iudicando, quando poteſt naturaliter quærit dicere veritatem; & quia magis apparet vera pars, quæ eſt magis probabilis, quàm illa, quæ eſt minus, intellectus ſi pro ſuo poſſe debet dicere verum, non poteſt adhærere probabili relicta probabiliore.

6 Impugnatur; nam conceſſo ferè toto diſcurſu, nego hoc, & quia apparet magis vera probabilior, non poteſt intellectus adhærere minus probabili, ſi vult dicere verum. Nam non ſolum dicit verum opinando probabilius; ſed etiam minus probabile iudicando; quia ex ipſo Mercoro, prout ſupponit in ſuo argumento comparando maiorem, & minorem veritatem in opinionibus inæqualibus, veritas participatur in vtraque opinione, ideo ſiue vnam, ſiue alteram opinatur pro obiecto, & termino ſuo, intellectus ſemper habet verum in eo; ex eo enim, quod vna opinio eſt probabilior altera, non tollitur veritas ab opinione minus probabili; quia comparatiuum non tollit, ſed ſupponit in vtroque poſitiuum, vt docent omnes.

Fingit aliam reſponſionem ſuo argumento, intellectum quidem de ſe naturaliter inclinare in probabiliorem, cæterum ex motione voluntatis poſſe flecti ad minus probabilem. 7

Non placet hæc reſponſio; quia intellectus cum ſit potentia naturaliter operans, non videtur eſſe magis inclinata ad vnum obiectum, quam ad alterum; illi enim ſufficit, quod obiectum in quod tendit habeat rationem veri; non ideo nego imperium voluntatis erga intellectum, vt opinetur minus probabilem. 8

Reſpondet P. Mercorus, imperium voluntatis ſuper alias potentias non eſſe diſpoſitum, ſed politicum. Et quemadmodum Princeps ad differentiam Tyranni omnia, quæ iubet ſubditis ordinat in ipſorum communem vtilitatem, ita dominium voluntatis ſuper alias potentias debet eſſe ſecundum bonum ipſarum. Cùm igitur minus expediat intellectui opinari de minus probabili concurrente probabiliore, ſequitur intellectum ſimpliciter non ſubeſſe dominio voluntatis, nec ab ea poſſe flecti ad opinandum de minus probabili relicta probabiliore. 9

Impugnatur, quia certum eſt, voluntatem mouere cæteras animæ potentias, ac proinde intellectum ad operandum, & intelligendum ſuum obiectum ſub ratione veri, & non tyrannizare illum, dum illi imperat, quod eſt conforme ſuæ naturæ, vt ſcilicet percipiat obiectum verum; de imperio voluntatis cuſtos nullus dubitat, cum id experientia conſtet, cum Sanctus Thomas *parte prima, q.* 82. *articulo* 4. & alibi ſæpè Scoto *in* 2. *diſtinct.* 42. *q.* 4. *num.* 5. *verſicul. Reſpondeo.* Sed dum voluntas imperat intellectui, vt opinetur, & ſequatur opinionem minus probabilem, illum non tyrannizat, nec mouet irrationabiliter; dum imperat intelligere rem probabilem, & veram; ergo nihil prohibet, quin voluntas poſſit imperare intellectui vt opinetur minus probabilem, cum ſit vera. Dicam *ſequenti capite.* 10

Quartò

11 Quartò probat, quia dato, & non conceſſo, ex parte intellectus non repugnare, ipſum poſſe aſſentiri parti debiliori, adhuc repugnaret ex parte voluntatis, quæ ex ſua libertate nunquam eligeret partem minus probabilem. *Supponit*, voluntatem ex duobus propoſitis mediis, ſemper eligere, quod magis conducit ad finem præconceptum, quod etiam ſuppoſuit Sanctus Thomas 1. 2. *q.*13. *artic.* 6. vbi propoſito tertio argumento, quo probari videbatur, electionem voluntatis non eſſe liberam; quia omnis electio eſt de omni eo, quod videtur melius, conſequenter ſi voluntati proponerentur duo æqualia ad neutralitatem, arctaretur, neutrumque poſſet eligere. *Rationem reddit*; quia electio importat collationem quandam præcedentem, ſcilicet mediorum, vt vnum præeligatur alteri, quod ſit melius.

12 Impugnatur; quia argumentum ſupponit, quod eſt contra experientiam & diminuit de libertate voluntatis, quæ ex duobus bonis propoſitis optionem habet eligendi vnum ex illis, ac proinde minus bonum, relicto magis bono, niſi adſit prohibitio, vt in electione officiorum Eccleſiaſticorum; vt enim benè agat ſufficit tendere in bonum ſimpliciter, & non in melius, quia ad id nemo tenetur, vt probaui *capite* 6. *num.*9. *& cap.*7. *num.* 27. Nec verum eſt, electionem voluntatis non eſſe liberam, contra naturam ipſius electionis poſtulantis libertatem, vnde Diuus Thomas *parte prima*, *q.* 115. *artic.*4. Item 1. 2. *q.*13. *artic.*6. quem in oppoſitum citat Mercorus, & 2. 2. *q.* 174. *artic.* 1. apertè dicit, quod homo nihil eligit de neceſſitate, ſed liberè; ergo ex duabus opinionibus, poteſt eligere minus probabilem, relicta probabiliore, quod ſi tenetur eligere probabiliorem, iam neceſſitatur, & libera non eſt nec in ſe, nec in intellectu.

13 Proſequitur ſuum argumentum probando auctoritate ſanctorum Patrum Damaſceni, & Gregorij Niſſeni cum Vaſquez 1. 2. *diſputat.* 43. *cap.*2. vbi ad mentem S. Thomæ *ſuper dictam q.*13. *artic.* 6. probat, non poſſe eligi medium æquale, vel minus comparatè ad aliud æquale, vel maius, quia electio non poteſt eſſe niſi ex iudicio conſultationis; iudicium autem conſultationis non poteſt eſſe de minori, aut æquali bono; ergo nec electio de minori, vel æquali bono; quia electio ſequitur iudicium conſultationis. Ex his ergo, & aliis infert: Si ergo voluntas concurrentibus duabus opinionibus oppoſitis non poteſt alteram determinatè eligere, niſi propter aliquod, quod videtur bonum, vel conueniens huic parti potius aſſentire, cum ex parte minus probabili hæc conuenientia non poſſit nec imaginari, nec fingi, ſequitur minus probabilem in concurſu probabilioris nunquam poſſe à voluntate eligi.

Impugnatur; quia in electione 14 aliud eſt ſequi iudicium conſultatiuum, aliud eſt teneri ad illud, & non poſſe oppoſitum ſequi; argumentum cum auctoritatibus loquitur in primo ſenſu; & ideo voluntas, ſi vult ſequi in ſua electione iudicium conſultatiuum, debet ex hac ſuppoſitione eligere maius bonum; quia iudicium illi hoc tantum proponit præconceptum in comparatione minoris boni, quod ſi ipſa pro ſuo arbitrio vult electionem minoris boni, non dicetur potius eligere melius; quia melius eſt; ſed quia vult illud, ſicut poteſt velle aliud, vt ipſe Vaſquez docet *in fine*, *numero* 17. Vnde ſequitur, voluntatem aliqua lege non teneri ſequi in ſua conſultatione id quod melius eſt, ſed ſufficere eligere quod bonum; vnde ipſemet Vaſquez docet *ſequenti diſputatione* 62. *numero* 14. nos poſſe eligere opinionem minus probabilem, relicta probabiliore. Confirmatur, quia voluntas in eligendo non tenetur ſequi iudicium conſultationis; quia nemo obligatur ex conſilio, *l. Cùm pater*, 79. *§. Mando, ff. de legat.* 2. *Reg.* 62. *in* 6. Neque vllus ex citatis ab eo id aſſerit expreſſe, nec deduci poteſt ex eorum dictis, lege ipſum, & videbis eſſe verum, quod dico. Adde, ſectatores opinionum, quas aduerſarij vocant minus probabiles, habere eaſdem pro probabilioribus, & vice verſa aliorum opiniones ab illis exiſtimatas probabiliores, ab aliis cenſeri minus probabiles, & ſic vnum con-

Digitized by Google

funditur cum alio. Præterea vtilitas, & commodum, quod minus probabiliter opinans practicè conſequitur, afficiunt, & augent aliquo modo bonitatem in opinione, ex quo facilius eligitur, quam oppoſita referens incommodum. Iterum *ſeq. cap.*

15 Duas quæſtiones propoſuimus, ex Mercoro, quas diuidit ſub articulis; Priorem *ſub artic.* 4. negantem intellectum poſſe opinari relicta probabiliore, hactenus oppoſitum per nos probatum eſt, reſpondendo eius argumentis; Poſteriorem tractat *ſub artic.* 7. negando intellectum poſſe opinari de magis probabili in concurſu minus probabilis, quæ verè ſit probabilis, habentis motiuum ſatis graue, & vrgens, non tamen excedens motiuum probabilioris.

16 Primò autem probat hanc ſuam concluſionem: Dum intellectus eſt dubius non poteſt opinari; ſed intellectus, dum ei vna pars contradictionis apparet magis probabilis, altera minus, eſt dubius; ergo dum manet in tali diſpoſitione, de neutra poteſt opinari; ergo neque de magis probabili. *Probat minorem quaſi per idem.* Motiuum probabile contra aliquam ſententiam ſemper cauſat dubium graue; ſed in caſu noſtro contra ſententiam probabiliorem adeſt in intellectu motiuum probabile; ergo.

17 Impugnatur negando minorem & eius probationem; quia vbi ſupponuntur opiniones probabiles, licet vna ſit probabilior alia, non poteſt habere locum dubium, dum excludit aſſenſum, quem admittunt ambæ opiniones, vt conſtat in ſententia omnium, à qua nec recedere debet aduerſarius, *cap.* 9. *num.* 31. 33. 57. 59. *&* 63.

18 Obiicit ſibi reſponſum dicentium, exceſſum maioris probabilitatis in magis probabili ſuperare vim motiui minus probabilis; ita vt intellectus illum paruipendat, & in tali concurſu non cauſare dubium. *Reſpondet*, nos non eſſe amplius in caſu; nam ſi maior probabilitas ita excedit, vt intellectus propter hoc contemnat motiuum oppoſitæ, iam hoc non poteſt dici motiuum minus probabile; quia eſt motiuum graue, quod non poteſt contemni; vnde ſi contemnitur, non amplius ſumus in caſu; quia non vrget, & ſi vrget cauſat dubium, & ſic non poteſt opinari de magis probabili.

Ego hic dico, hic non poſſe negari exceſſum maioris probabilitatis, alias opiniones eſſent æquè probabiles, de quibus hic non diſputatur; nam earum motiua iuxta vrgentiam indicant opiniones magis, & minus probabiles; probabilitas enim oritur ab ipſis motiuis, & quamuis contemni poſſit motiuum vrgens minus probabilis; quia minus vrget; non ideo tamen hinc inferri poteſt dubium, cum opinio ſit iam firmata ex motiuo vrgente, cum qua dubium ſtare non poteſt. 19

Secundò probat à ſigno: Nam illi, qui volunt eligere aliquam opinionem perpendunt motiua, quæ ſunt in illius fauorem, & benè conſiderant oppoſita argumenta; nec reſoluunt amplecti dictam ſententiam, niſi prius ſoluant ſaltem probabiliter argumenta oppoſita, præcipuè illa, quæ habent apparentiam, & hæc conſuetudo omnium ſcholaſticorum; dum enim remanent inſoluta, adhuc vrgent, & generant dubium formale. 20

Impugnatur; quia concedimus totum argumentum, & negamus generari dubium, remanente motiuo cum ſua vrgentia; neque enim hoc ſeminatum fuit in argumento, nec ab eo probatum, quod motiuum vrgens cauſet dubium formale, quod *ſuprà* reiectum fuit; nam motiuum vrgens potius facit pro opinione, quàm conſtituit probabilem, quam quod impediat opinationem probabilioris; & conſtat per illud opinionem conſtitui in eſſe probabili, licèt in gradu inferiori, quod non tollit probabilitatem alterius probabilis in gradu maiori, nihil prohibet opinari vtramque, ex quo ſupponuntur ab aliquo intellectu fuiſſe ambas opinatas tales, quales ſupponuntur à Mercoro; opiniones enim ab alio procedere non poſſunt, quàm intellectu, qui earum vnica eſt cauſa; ſi ergo inuentores primi fuerunt duo, vel vnus intellectus, cur alij 21

Digitized by Google

alij intellectus idem opinari non poſſunt, quod priores intellexerunt opinatiuè? Præterea ex ſuppoſitione facta ab ipſo Mercoro ponente vtramque opinionem probabiliorem, & probabilem ex motiuo vrgente, ſequitur ipſum Mercorum, non ſolum probabiliorem opinatum fuiſſe, ſed etiam probabilem, ſi non vt inuentor, ſaltem vt contemplator opinionum inuentarum. Inſuper hic locum habere non poteſt dubium; quia iam conſtat clarè de vtraque opinione, cui aſſenſum ipſe Mercorus præſtitit; ergo non dubitauit; quia ex dubio nullus ſequitur aſſenſus.

22 Tertiò probat à ſimili: Si quis recreationis gratia vellet ire ad prata virentia, & eſſet in biuio, ignoraretque viam, quæ ad prata ducit, & quæ ducit ad nemus, vbi ſunt lupi, & leones. Si ruſticus illi quærenti viam ad prata, reſponderet, tene dexteram, & ruſtica diceret, tene ſiniſtram. In hoc caſu dictum maſculi eſt magis probabile; quam fœminæ ratione ſexus. Nihilominus ille talis eſſet imprudens, ſi electa dextera ſine neceſſitate vellet vlterius procedere; quia exponeret ſe graui periculo; licet enim teſtimonium fœminæ ſit minus probabile; eſt tamen probabile, nec poteſt contemni, vt non cauſet dubium practicum. *Applicat ad intellectum*, qui non eſt coactus de aliquo obiecto opinari, dato tamen, quod velit opinari, occurrunt duæ viæ, affirmatiua, & negatiua oppoſitæ; altera ducit ad prata veritatis, altera ad nemora falſitatis; quia ex duabus contradictoriis, ſi vna eſt vera, altera falſa; vtraque motiua ſunt probabilia; ſed motiuum pro affirmatiua eſt probabilius, valebit ne hoc flectere intellectum ad amplexandam opinatiuè affirmatiuam? Non, quia ſe exponeret periculo erroris; ergo intellectus in biuio dubietatis potiùs ſiſtet gradum, & de neutra opinabitur.

23 Impugnatur dicta ſimilitudo *Primò*, quia non facit ad rem; nam per reſponſum datum ab vtroque quærens non edocetur de via; ſed ſi prudens eſt, irridet vtrumque & ſpernit reſponſum, cum ſibi certo conſtet contrarias vias non peruenire ad eundem terminum; decipitur ergo per tale reſponſum ex ſe manifeſtè falſum. Intellectus verò in biuio opinionum neminem interrogat; ſed ex ſe, vel ex alieno conſilio cognoſcit probabilitatem vtriuſque, ac proinde vtramque eſſe veram; veritas enim ſequitur probabilitatem, ex *cap.* 9. *num.* 35. *cap.* 15. *num.* 74. *& capite* 19. *num.* 19. meliùs, conſequenter non dicitur eſſe in biuio veritatis, & falſitatis, ſed per vtramque viam pergit ad veritatem vtriuſque opinionis; cum enim vtraque ſit probabilis, ſequitur quoque quod ambæ ſint veræ. *Secundò*, in exemplo ruſtici adeſt manifeſta deceptio ex impoſſibilitate viarum contrariarum, quæ non ducunt ad terminum verum, qui quæritur. Intellectus verò voluntatem ducit ad verum terminum circa idem obiectum, & hic nulla eſt deceptio, quam impedit ipſamet probabilitas. *Tertiò*, in exemplo allato ſunt duæ viæ tendentes ad diuerſos terminos ad prata, & ad nemus; in pratis nullum eſt periculum ferarum, ſicut in nemore. Intellectus opinando licet habeat duas vias, ambæ tamen ducunt tutò, & ſecurè ad eundem terminum, cum verſentur circa idem obiectum. *Quartò*, in exemplo eſt periculum per viam ad nemus, non in via ad prata; in viis autem opinionum nullum eſt periculum, cum formido illud nullatenus inferat, ex probatis *capite* 5. *à num.* 12. *ad* 27. *cap.* 18. *à numero* 31. *& ſequenti. Quintò*, quærens in dubio viam ducentem ad prata, ex eo reſponſo manet adhuc dubius; quia adhuc ignorat viam bonam, quod ſi petat à tertio viam ad prata, & illam edoceatur, euacuabit dubium. Intellectus verò ſuper duabus viis opinionum inſtructus, & edoctus illas, non amplius dubitat, cum ſciat ex eius motiuis vnam eſſe probabilem, & aliam probabiliorem, ac proinde vtramque veram. *Sextò*, quærens viam malè informatus fuit, & ideo adhuc remanet dubius; intellectus verò rectè edoctus per illa motiua non amplius dubius eſt, ſed certus de probabilitate vtriuſque ex motiuis probabilibus, opiniones conſtituentibus probabiles, & veras. Et ita accidit aduerſario in exemplo dato, qui

remanſit dubius non quærendo vlterius ab alio veridico certam viam ad prata; ſed dum quærebat de vtraque opinione applicando, inaduertenter opinatus fuit vtramque, dum eas cognouit. *Septimò* demum, ſupponit vtrumque dictum ruſtici, & ruſticæ eſſe probabile; ergo vtrumque verum ac proindè facit ad rem noſtram. Sed reuera ſtando in eius dicto, dictum vtriuſque eſt omnino improbabile, & falſum, vt docent omnes in materia teſtium; quia contrarij teſtes in ſuis depoſitionibus nihil probant, Farinac. *q.* 65. *num.* 2. Manifeſtum autem
24 eſt, præfatos teſtes de eadem via aſſerentes per diuerſas, & contrarias vias ad eundem locum non conuenire; ergo Mercorus malè vtriuſque dictum vocauit probabile ſecundum magis, & minus; nam non debebat conſiderare defectum ſexus, ſed contrarietatem in dictis, ſicut in opinionibus contrariis. Non valet ergo applicatio ab improbabilibus ad probabiles opiniones.

CAPVT XXI.

An voluntas imperare poſſit intellectui, vt opinetur ad vtramque partem?

1 QVamvis non ſemel dixerim in ſupradictis capitibus præſertim *cap.* 5. *n.* 33. *&* 34. *cap.* 7. *num.* 6. *c.* 8. *num.* 9. *&* 48. *cap.* 12. *n.* 6. *cap.* 20. *n.* 10. Voluntatem poſſe imperare intellectui, vt opinetur hoc, vel illo modo, nunc opinionem probabilem, nunc probabiliorem; hoc tamen præter Candidum, contra quem egimus in præcitatis locis, negat etiam Mercorus *part.* 2. *art.* 5. *&* 6.

2 Præmitto communem eſſe ſententiam, voluntatem ex innata ſua natura poſſe imperare cæteris potentiis, & in ſpecie intellectui, vt ſuas exerceat operationes pro ſuo libito. Ita D. Thomas *par.* 1. *quæſt.* 82. *art.* 4. *&* *quæſt.* 107. *art.* 1. *&* 1. 2. *q.* 9. *art.* 1. *&* *ſeq.* Scotus *q.* 4. *Prologi art.* 1. *&* 2. *ſent.* *diſt.* 41. *&* *lib.* 4. *diſt.* 49. *q.* 4. cum eo Meldul. *diſp.* 7. *de anima*, *num.* 162. *verſ. Secundò*, vbi probat; quia etiam in cogitatione poteſt eſſe peccatum; ergo actus liberi eſſe poſſunt, non eliciuè; quia intellectus non eſt potentia libera; ergo imperatiuè. Ratio eſt; quia ſola voluntas eſt Regina aliarum potentiarum ſibi ſubiectarum, cum ipſa ſola habeat dominium non ſolum ſuper ſuas operationes, ſed etiam ſuper actus aliarum, quibus dominatur, & imperat ex naturali quadam connexione, quam cum illis habet; vnde actus eliciti aliarum potentiarum ab ea imperati accipiunt denominationem boni, ſi procedunt iuxta dictamen rationis, vel mali, ſi ſunt contra illius dictamen.

Dicendum ergo ex his, voluntatem 3
poſſe præcipere, & imperare intellectui, vt opinetur quamlibet opinionem, ſiue probabilem, ſiue probabiliorem, ſiue ſint ambæ æquales, vel abſolutè, vel comparatiuè, concurrentes ad inuicem.

Probatur; quia voluntas poteſt mo- 4
uere, & præcipere intellectui, vt exerceat ſuas operationes, cum dominium
habeat ſuper illum; ſed eius operatio- 5
nes ſunt ſcire, opinari, & credere, ex communi ſententia Doctorum; ergo has imperare poteſt ipſi intellectui, & hoc experientia patet; nam voluntas applicat intellectum ad ſuum opus, non obſtante quandoque difficultate, quam experitur in intelligendo, nihilominus agente, & impellente voluntate proſequitur ſuum munus. Confirmatur; quia actus intelligendi ſcienter, opinatiuè, & credibiliter ſpectari poſſunt dupliciter, vt eliciti, & vt imperati, primo modo producuntur naturaliter ab ipſo intellectu, reſpectu cuius non poſſunt dici liberi nec im- 6
perati; quia ſibi non imperat, ſed tantum eliciti, id eſt, producti ab eo; ſecundo igitur modo dicuntur imperati ab ipſa voluntate, à qua conſequenter ſunt liberi, & non ab alia potentia liberi non vocantur; quia ſola voluntas verè, & formaliter eſt libera; cum ergo actus intellectus ſciendi, opinandi & credendi ex quadam neceſſitate debeant eſſe liberi, vt mox oſtendam, ſequitur, quod imperentur à voluntate; alio enim modo non poſſunt denominari liberi, niſi ex imperio voluntatis mouentis intellectum ad intelligendum. Quod autem actus 7
intellectus debeant donominari liberi probatur ex eo, quod aliter illis

non

non competeret ratio boni, & mali, meriti, & demeriti, quæ denominationes non tribuuntur niſi actibus liberis, à quacunque potentia eliciantur, vt docent omnes Theologi *in tractatibus de malitia, & bonitate humanorum actuum*, & vbi agitur de Meritis; certum autem eſt, omnes actus intellectus ſciendi, opinandi, & credendi, poſſe eſſe bonos, & meritorios; non qua eliciuntur ab intellectu, ſed qua à voluntate imperantur; aliter nullus eorum eſſet bonus, & meritorius, niſi præciperentur, & promouerentur imperio voluntatis. Et hoc puto eſſe de fide; quia de fide eſt, actus fidei diuinæ, qui à ſolo intellectu eliciuntur, eſſe meritorios, & bonos, non quatenus elicitos, ſed imperatos; ergo eorum imperium à voluntate eſt de fide.

8 Actus autem opinandi eſſe bonos docui ſub *cap.* 17. *num.* 58. Demum conſtat, actus fidei, qui ab intellectu eliciuntur eſſe liberos ex S. Thoma 2.2. *quæſt.* 1. *art.* 4. non niſi quia imperantur à voluntate, iuxta illud: *Ad obediendum fidei in omnibus.* Rom. 1. 5. Obeditur autem fidei per intellectum voluntate imperante.

9 Huius argumenti poſtremi occaſione Mercorus *ſub articulo* 5. dubitat, an in materia fidei intellectus liberè adhærere poſſit ſententiæ minus probabili, relicta probabiliore? Sermo eſt hic de intellectu infidelis; nam cum in fidei articulis opinio locum non habeat, quæſtio non eſt extendenda ad fideles. Poteſt quæſtio habere alium ſenſum inter fideles, an intellectus liberè adhærere poſſit ſententiæ minus probabili circa controuerſias fidei, quæ nondum ſunt definitæ? Et reſpondetur affirmatiuè, de qua ſuo loco.

10 Duos ſenſus debet habere hæc quæſtio apud dictum Mercorum, ſi vult loqui congruenter ad præcedentem articulum pro reſponſione ad 4. argumentum de fide, primum, an voluntas imperet intellectui, vt adhæreat minus probabili, vt indicat ille terminus *liberè*; prouenit enim à voluntate, vt valeat reſpondere directè ad argumentum præfatum. Secundum eſt, an intellectus poſſit opinari minus probabilem in materia fidei?

11 Prima concluſio Mercori eſt hæc: *Pars contradictionis, cui intellectus adhærere debet, oportet, quod ſit euidenter credibilis.* Ex D. Thoma 2. 2. *q.* 1. *art.* 4. qui latè ſumit verbum *euidenter* pro vero, vel apparente; vnde ad ſuum intentum concludit, non eſſe in noſtra poteſtate opinari cum volumus, ſicuti imaginari, conſequenter non poſſumus credere cum volumus, niſi obiectum ſit, vel appareat credibile.

Impugnatur; quia ex hoc nihil concludit; nam obiectum credibile tale eſt, quale exigitur ab opinante, nimirum apparens: ergo liberum eſt intellectui, voluntate ſcilicet imperante, opinari credibile quodcunque. Patet enim ex dictis *cap.* 5. *num.* 33. *&* 35. *cap.* 7. *num.* 6. Quomodo Ariſtoteles negauit eſſe liberum opinari, ſcilicet ea libertate, qua imaginatio operatur, ſcilicet quod vult; ſed quod motiua proponunt opinandum. 12

Secunda concluſio: *Si ſufficienter proponerentur alicui infideli myſteria fidei, eique fierent euidenter credibilia, non poſſet credere oppoſitum. Probat*, quia obiectum fidei ad differentiam opinionis eſt certum; vnde quod apparet alicui euidenter credibile, oportet quod appareat etiam certum; ſed implicat eidem contradictoria apparere certa; ergo & apparere eidem ſimul credibilia; ſi ergo ſupponis, infideli eſſe euidenter credibile, Meſſiam veniſſe, eidem ſimul eſſe credibile non poterit, Meſſiam non veniſſe; ergo ſtante tali diſpoſitione, ſi infidelis ex ſola electione voluntatis crederet, Meſſiam non veniſſe, crederet incredibile, quod fieri nequit; ergo ille cui euidenter ſunt credibilia myſteria fidei, quamvis poſſit ſuſpendere aſſenſum; tamen non poteſt credere oppoſitum. *Deducit contrarium*, intellectum nunquam iudicare vtramque partem contradictionis eſſe credibilem; ſed potius iudicare pro vtraque parte eſſe motiua valida ad inducendam credibilitatem, quam inducerent, niſi ratione contrarietatis ad inuicem colliderentur; ſicut etiam dictum eſt de probabilitate. 13

Impugnatur; quia concluſio cum ſua probatione nihil contra nos; nam loquitur ſub conditione; vnde quandocunque myſteria fidei ſunt infideli euidenter, ac proindè certo credibilia, ipſa credit non opinando; ſed quodammodo ſciendo illa, ſicut ſunt à 14

parte rei, conſequenter non poteſt oppoſitum credere verè, ſed tantum falsò; vnde nec concluſio, nec eius probatio facit contra nos, qui docemur infidelem poſſe opinari de Meſſia, de quo non habet euidentem & certam creditionem veniſſe, ad vtrámque partem, ſcilicet veniſſe propter hæc, & illa motiua, vel non veniſſe propter alia diuerſa & oppoſita, nec per hoc diceretur credere incredibile, ſed credibile; quia vtrumque eſt opinabile credibiliter ſub hoc genere. Et id confirmatur exemplo Iudæi conuerſi ad fidem; nam is ante conuerſionem credit nondum veniſſe Meſſiam, & hoc credit euidenter, & certò; per conuerſionem verò cæpit credere oppoſitum vt veriſſimum, & certiſſimum. Quare credibilitas vnius partis non tollit alterius credibilitatem, data mutatione; ergo liberum eſt intellectui opinari credibilia. Ex his concluſio apparet falſa; nam in caſu, quo Iudæus baptizatus incipiat iudaïzare reuerſus ad vomitum, in primis opinabitur oppoſitum fundamento noſtræ fidei; nimirum Meſſiam nondum veniſſe; ergo experientia conſtat intellectum poſſe opinari ad vtramque partem. Imò Mercorus *in ſuo corollario* videtur hoc idem confirmare, dum ait, *intellectum potius iudicare pro vtraque parte eſſe motiua valida ad inducendam credibilitatem, quam inducerent, niſi ratione contrarietatis ad inuicem colliderentur.* Qui enim vult opinari, & fundare ſuam opinionem, inueſtigat media pro conſtitutione eius; id enim propriè eſt opinari, in ſententia omnium; ſi ergo Iudæus iudicet eſſe motiua pro vtraque parte, certè vtramque partem iudicabit eſſe credibilem ex diuerſitate motiuorum, quæ impediunt contradictoriam de credibilitate, & incredibilitate, cum non ſit eiuſdem de eodem reſpectu eiuſdem, ſed plurium ex pluribus reſpectu plurium.

15 Tertia concluſio: *Si alicui infideli contradictoria proponerentur, haberetque hinc inde motiua credibilitatis æqualia, neutri parti aſſentire poſſet, & tanto minus illi parti, de qua contingeret debiliora motiua credibilitatis habere. Probat.* Intellectus non poteſt aſſentire alicui obiecto, niſi ſit euidenter credibile, ex prima concluſione; ſed propoſitio, quæ habet motiua debiliora comparatione oppoſitæ partis, non eſt euidenter credibilis; ergo intellectus non poteſt ei aſſentire. *Probat minorem experimento fidei humanæ.* Si vir ſufficientis auctoritatis, cui alias crederetur, nuntiaret aliquid indifferens ad verum vel falſum ſecundùm præſentes circunſtantias; alius verò æqualis, vel maioris auctoritatis eodem tempore nuntiaret oppoſitum, nec poſſent eorum dicta concordari, dictum primi ob contrarietatem ſecundi, non eſſet credibile; cum enim credibilitas innitatur auctoritati dicentis, & auctoritas primi collidatur per auctoritatem ſecundi, qui de contrario teſtatur; quia plus, aut tantum valet dictum ſecundi, qui negat, quam primi, qui affirmat; ſequitur credibilitatem dicti primi nuntij non eſſe veram credibilitatem, vt potè quæ vulneratæ auctoritati innititur. *Confirmat primò*, ex duobus teſtibus in eſſentialibus contrariis, qui nihil probant. *Secundò*, Miles non dicitur certus nuntius mortis viri, vt vxor tranſeat ad ſecundas nuptias, in contradictione Sacerdotis de viſu; quia atteſtatio Sacerdotis de viſu facit euidentem credibilitatem reddendo nuntium incertum, & incredibilem. *Tertiò*, qui de nouo ad Eccleſiæ gremium recipiuntur, non cenſentur ſufficienter inſtructi, niſi prius fuerit ſatisfactum difficultatibus eius mentem perturbantibus, vt omnino neceſſe ſit apprehendant errores, à quibus recedunt, minimè eſſe credibiles; ſed ex oppoſito credibilia eſſe, quæ mater Eccleſia proponit.

Impugnatur; quia concluſio de ſe 16
eſt falſa, & eſt in controuerſia præſenti, quam nos negamus, cum experientia conſtet, intellectum aſſentiri poſſe cuilibet motiuo ſiue maiori, ſiue minori, ex probatis *c.* 5. *n.* 31. *ad* 34. *cap.* 7. *num.* 6. *cap.* 8. *num.* 9. *&* 48. *c.* 20. *num.* 8. Ad eius probationem, conceſſa maiore de euidentia rei in ſe, vel apparenter, vt ipſemet *ſub prima concl.* explicat D. Thomam cum cæteris Thomiſtis; reſpondeo negando maiorem de credibili apparente, & pariter minorem; quia ſtante apparentia pro vtraque parte, intellectus poteſt opinari, quam voluerit, vt dixi *in præcedentibus.* Ad probationem minoris, & ad duo exempla in priori, & poſtè

poſteriori confirmatione reſpondeo illa exempla non facere ad rem; quia nulli eorum adhibenda eſt fides, cum in ſuis dictis aduerſentur ad inuicem, ac proinde nullum credibile apparet, nec eſt in eorum dictis, quod non negat Mercorus, ſed admittit in prima confirmatione; motiua verò pro vtraque opinione ſunt probabilia; quia conſiſtunt in rationibus, non in fide locutionis, quæ motiuis caret, ideo vtrumque intellectus opinari poteſt; non vero crediblter opinari; quia nihil eorum eſt credibile, dum vnum dictum directè opponitur alteri, nec

17 quicquam probabile inferunt. Quare non valet conſequentia ab incredibili ad opinabile, imò nec à credibili ad opinabile; quia ſunt diuerſa, vt ait D. Auguſt. relatus *cap.* 13. *num.* 65. *&* *cap.* 15. *num.* 3. Quandocunque enim duorum teſtimonia ad inuicem directè aduerſantur, ſequitur omnimoda incertitudo, & incredibilitas non valens inducere aliquam probabilitatem; opiniones vero quamvis ad inuicem contrariæ poſſunt eſſe ambæ probabiles, quod concedit etiam Mercorus, ideo allata exempla de credibilitate conuerſa in incredibilitatem non faciunt ad rem; ideo enim neutrum credibiliter intellectus opinari, melius, credere poteſt, quia ſunt incredibilia ex conditione dictorum ad inuicem pugnantium. *Tertia confirmatio* nihil ad propoſitum, imò ſi aliquid valet, pro nobis facit; quia antequam inſtruatur propriam habet opinionem, quam poſtea incipit mutare in oppoſitam, vt fiat Catholicus; ergo oppoſita opinari poteſt.

Multa alia Mercorus congerit, quæ vel non faciunt formaliter ad rem, vel ex dictis ſoluta manent quantum ad noſtrum inſtitutum.

18 *In ſequenti articulo* 6. quærit an credere ſit actus liber quantum ad ſpecificationem? Dicit quantum ad ſpecificationem, id eſt, an ex duobus vnum accipere; quia quo ad exercitium, dicit indubitatum eſſe apud omnes, actum credendi eſſe liberum; cum enim cadat ſub merito, ſupponitur talis; quia meritorij ſunt tantum actus liberi, *ex capite ſexto, ſeſſ.* 6. Ponit autem duas concluſiones. *Prima eſt*, habentes euidentiam ſignorum non liberè credunt libertate exercitij, ſed tantum ſpecificationis quantum ad modum. Quia coacti ex ſignis, vt qui interfuerunt reſurrectioni Lazari non poſſunt ſuſpendere aſſenſum fidei; ſed illi aſſentiri ex libertate ſpecificationis, non exercitij, in eo, quod benè, vel malè credere poſſunt, vel captiuando intellectum pia affectione voluntatis ad bonum in obſequium Chriſti; vel credere ex ſolo motiuo credibilitatis, non in ordine ad bonum, vt eis etiam diſpliceat eſſe vera, quæ coguntur credere.

Secunda eſt, in his, quæ intellectum non conuincunt liberum eſt credere 19
libertate exercitij, & ſpecificationis. *Probat*, tunc eſt libertas ſpecificationis, cum de duobus vnum alteri præeligitur, quia bonum eligenti; poteſt autem accidere ex duobus contradictoriis alterum eſſe bonum; ergo hanc partem potius, quam oppoſitam, credere liberum eſt libertate ſpecificationis.

Concluſionem extendit ad opinio- 20
nem, vt etiam quantum ad ſpecificationem liberum ſit eligere potius opinari de vna parte contradictionis, quam de ſua oppoſita; alicui enim poteſt eſſe bonum ſic opinari.

Impugnantur prædicta; quia ſunt 21
contra experientiam; nam nihil prohibet; quin peruerſus intellectus de vera intelligentia credibilium de fide conuertatur in errorem credendo oppoſitum eius, quod antea crediderat, vt faciunt hæretici, qui ſuos errores putant eſſe myſteria fidei, damnantes veram fidem in illis. Rationem, quam primo loco refert
de reſurrectione Lazari, quam dicit 22
ab omnibus coactè fuiſſe creditam propter euidentiam facti, negat Card. de Lugo *diſp.* 2. *de Fide numero vigeſimo ſexto*, dicens: *Quinimmo neque ij omnes, qui miraculo affuerunt, eius veritatem crediderunt, vt indicat Ioannes Euangeliſta, & notauit Maldonatus in eum locum, quod mirum non eſt, cum neque ij omnes Lazarum mortuum vidiſſent, ſed morte audita, veniſſent ex Ieroſolymis ad ſorores conſolandas.* 23
Ratio alia poteſt eſſe; quia ſigna non cogunt ad credendum, vt ait Ioannes *capite duodecimo. Cum autem tanta ſigna feciſſent coram eo, non credebant in eum.* Demum actus credendi

dendi ita liber eſt, quouis modo, vt facta ſufficienti propoſitione fidei, alij credant, alij ſuſpendant actum credendi, & alij diſcredant, quod eis traditum fuit credendum. Credere ergo, & diſcredere pendet à libera hominis voluntate; nullus ergo cogitur credere.

Et ex his patet, Mercorum nondum directè reſpondiſſe ad illud quartum argumentum, quod ſibi obiecerat *art*. 4. reſoluendum *art*. 5. contra quem egimus.

CAPVT XXII.

Impugnantur quinque rationes, quibus P. M. Mercorus probat eſſe peccatum ſequi Opinionem minus probabilem relicta probabiliore.

1 HOc eſt principale quæſitum R. P. Inquiſitoris ſuæ diſputationis, contra quod potiſſimum ſuſcepimus hunc laborem fauore ſectatorum opinionis probabilis, quam propugnauimus *ſub cap. 6. & ſeq.* Præmittit autem tria, *Primò*, ſermonem facit de concurſu opinionum illius intellectus, qui operari vult: *Secundò*, pro minus probabili accipit eam quæ affirmat actum eſſe licitum contra probabiliorem, quæ negat eſſe licitum. *Tertiò*, demum loquitur de concurſu earum extra caſum neceſſitatis, poſt hæc ponit ſuam concluſionem, quæ eſt talis.

2 Neminem tuta conſcientia poſſe ſequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori. *Probat quinque rationibus à nobis impugnandis.*

3 Prima eius ratio eſt talis: *Nullus poteſt tutò ſequi conſcientiam dubiam, quia qui ita operatur, exponit ſe periculo peccandi, & offendendi Deum. Et qui amat periculum peribit in illo.* Prouer. 6. Hanc propoſitionem, ait, omnes admittere ab eo explicatam *art*. 10. *part*. 1. Sed ſequens minus probabilem, relicta probabiliore operatur ex conſcientia dubia. *Probat*, intellectus tunc eſt dubius, quando ex vtraque parte ſunt motiua æqualia, ſicut *ſuprà* oſtenſum eſt. Et in hoc omnes debent conuenire, aliter ad aduerſarios pertinebit docere in quo conſiſtat diſpoſitio intellectus dubitantis. Si igitur intellectus dubitat de aliqua propoſitione, ex eo, quod pro parte oppoſita ſunt motiua æqualia, quantò magis dubitabit, ſi pro parte oppoſita erunt motiua validiora?

Impugnatur hoc debile argumentum; nam conceſſa maiore negatur minor; nam certum eſt cum opinione non ſtare dubium, ſiquidem ratione aſſenſus in opinione excluditur dubium, quod aſſenſu caret, cum ab eo intellectus ſuſpendat aſſenſum, vt non ſemel dictum eſt in præcedentibus cum Magiſtris D. Thoma, & Scoto. Supponit ergo in minori falſum. Probatio minoris deficit *Primò*, in eo, quod illa probat ex æqualibus motiuis oriri dubium, de quibus non eſt quæſtio; ſed de inæqualibus, dum comparat opinionem minus probabilem cum probabiliore, quæ tales dicuntur ex inæqualitate motiuorum, quæ non probat cauſare dubium. *Secundò*, eſt intelligibile, qua ratione duæ opiniones probabiles æqualiter ex paritate motiuorum cauſent dubium; nam de vtriuſque probabilitate, veritate, & æqualitate conſtat, & apparet euidenter; hæc enim tria negari non poſſunt, nec ab ipſo Mercoro, qui ponit ambas probabiles æqualiter, ac proinde veras; veritas enim in opinionibus ſequitur ex probabilitate; nulla ergo hic dubitatio excogitari poteſt. Quòd ſi dicas, ex opinionum æqualitate intellectus neſcit reſoluere vtram ex illis proponat voluntati ſequendam; ergo dubius eſt. Reſpondeo, non eſſe propriè dubium; quia benè ſcit, ſe poſſe alterutram amplexandam proponere voluntati, quæ poteſt eligere, quam vult. Quare dubio verè non exſtante, nec cauſato ex æqualitate opinionum, nihil refundere potuit Mercorus in opinionibus inæqualibus, circa quas eſt argumentum. Imò dato, ſed non conceſſo dubio, ex æqualitate opinionum non video poſſe ſubſiſtere illationem, quod dubium habeat locum inter opiniones inæquales, cum magis conſtet de vtriſque, ſecundum eam inæqualitatem, quam de æqualibus, in quibus neſcio quid obſcuritatis cerni poteſt in ordine ad electionem vnius illarum. Et hæc

hæc reſponſio videtur expeditior.

6 Reſpondent alij, hoc dubium ortum ex æqualitate opinionum eſſe ſpeculatiuum, quod non reddit conſcientiam dubiam, in quantum quis cum eo operari poteſt ſine peccato. Licet enim Pictor ſit dubius in vniuerſali, an ſit licitum pingere in die feſto, tamen hic & nunc eſt certus, licitè poſſe pingere. Ita docent omnes cum Caietano *opuſc.* 31. *reſp.* 12. Accidit enim ſæpe, quod operans eſt dubius de obiecto, & certus de operatione.

7 Quamvis mihi non placeat hæc reſponſio; quia circunſtantias, quæ iuſtificant iudicium practicum certum in ſua probabilitate; refero, & conſidero etiam in obiecto vniuerſaliter ſpectato; ſed in ordine ad iudicium practicum, referendum, & vice verſa comparandum cum ſuo vniuerſali; nam iudicium practicum iuſtificatur ab vniuerſali ſpeculatiuo ſpectato in ordine ad operationem. Nam ſi non licet pingere die feſto, nec hic & nunc licet pingere; quod ſi in aliquo caſu liceat hodie feſto pingere, certè propoſitio ſpeculatiua interpretanda eſt, quod non licet pingere, exempli gratia, ex mercede, vtique gratis, vel per notabile tempus, vtique per ſemihoram; ordo enim doctrinæ in moralibus poſtulat, vt ex circunſtantiis, & conditionibus ſingularium, & particularium colligatur perfecta cognitio obiecti moralis in ordine ad opus. Quamvis, inquam, non placeat mihi hæc reſponſio amicorum, nihilominus pro eorum defenſione aliquid reſpondendum eſt adductis ab Aduerſario.

8 Sed contra, inquit Mercorus: Tunc intellectus dubius remanet ſpeculatiuè tantum, & fit certus practicè, quando dubitanti ſuperuenit aliqua ratio ſpecialis ſaltem extrinſeca cauſans talem certitudinem, quod hic, & nunc liceat operari, ex Sanchez, *lib.* 1. *cap.* 6. Filliucio *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. Sed in caſu noſtro, inquit Mercorus, nihil ſupponimus tale aliquid ſuperueniens; ergo ſi ſpeculatiuè dubito de pictura, etiam dubito hic, & nunc de eius opere.

9 Impugnatur *Primò* ex mea reſponſione, hoc argumentum nullius eſſe momenti; dum ſupponit rationem dubij miſceri in opinionibus, quod non probauit, vt debebat; quia eſt eius principale fundamentum, quo nititur eius argumentum. *Secundò* Amici aiunt, Pictorem ſe eximere à dubio ex reflexione, quod probabilis eſt opinio aſſerens, licitum eſſe pingere die feſto; nam probabilitas eſt regula vniuerſalis certificans operantem, ſe non peccare ſequendo opinionem etiam minus probabilem; quia ſequitur dictamen rectæ rationis.

Format autem argumentum Aduerſariorum, ſeu noſtrum, hoc modo: *Sequens dictamen rectæ rationis tuto operatur; ſed ſequens minus probabilem in concurſu probabilioris, ſequitur dictamen rectæ rationis; ergo in tali caſu tuto operatur.* Probatur minor. Sequens ſententiam probabilem ſequitur dictamen rectæ rationis; ſed ſequens minus probabilem, ſequitur probabilem; ergo ſequens minus probabilem ſequitur dictamen rectæ rationis. 10

Examinat P. Mercorus hoc argumentum, & conceſſa maiore, negat minorem, ad cuius probationem reſpondet, maiorem: *Sequens ſententiam probabilem, ſequitur dictamen rectæ rationis*, declaraſſe *part.* 1. in quo ſenſu ſit vera, oſtendendo, certitudinem moralem excludentem non ſolum dubium poſitiuum, & formale; ſed etiam formidinem moralem de oppoſito requiri ad honeſtatem operationis. Illa ergo maior vera eſt de probabilitate habente certitudinem moralem: cum autem opinio minus probabilis non ſit certa moraliter, cum vrgeant contra illam rationes in oppoſitum magis quod ſit falſa, quam quod propria motiua ſuadeant, quod ſit vera. 11

Confirmat id tribus argumentis. *Primò*, ſi opinio minus probabilis eſſet certa moraliter; ergo etiam oppoſita multo magis eſſet certa, conſequenter ambæ contradictoriæ tales eſſent reſpectu eiuſdem intellectus, quod implicat. *Secundò*, dato, quod ſecundum Aduerſarios, ea maior non ſit intelligenda de probabilitate certitudine morali, ſaltem debet intelligi ea probabilitas cum formidine propter inefficaciam motiui, quo eſt probabilis, & vltra oppoſitæ motiua vrgent contra eam, quod ſit falſa; ergo 12

ergo non eſt probabilis, vt oportet. *Tertiò*, eadem maior debet intelligi de probabilitate actu flectente intellectum in ſui aſſenſum ſaltem opinatiuum. Non poteſt autem ſub ea ſic intellecta ſubſumi minor hęc: *Sed ſententia minus probabilis in concurſu probabilioris eſt probabilis*; falſum enim eſt, quod ſit probabilis probabilitate non impedita, & actualiter flectente intellectum in ſui aſſenſum; quia non poteſt intellectus opinari de minus probabili in concurſu probabilioris.

13 Impugnatur eius examen, demonſtrando eam propoſitionem: *Sequens ſententiam probabilem ſequitur dictamen rectæ rationis*, eſſe veram in eo ſenſu, quod probabilitas, de qua noſtri loquuntur, habet certitudinem moralem, omne dubium, & formidinem excludentem, non obſtante, quod ipſe id neget, nihil probando. Opinio igitur probabilis habet ſuam certitudinem moralem. Probatur, quia id dicitur certum, quod non eſt dubium; certum enim excludit ambiguitatem, *Gloſſ. V. certiores, c. Si beneficia 20. de præbend. in 6.*

14 & certum dicitur, quod tale denominatur per relationem ad rem certam, *deciſ. 496. n. 9. tom. 2. par. 4. Recent. apud Rubeum.* Item quis certus eſſe poteſt alicui per literas, licet eum de facie non noſcat, *deciſ. 245. n. 19. apud eundem tom. 1. Nouiſſim.* Sed opinio aliud eſt à dubio, cum illa referatur ad aſſenſum, quem dubium excludit; & licet opinans non ſit certus de veritate obiectiua rei, & obiecti, quam inuincibiliter ignorat; ſi enim veritatem & certitudinem obiectiuam de illo haberet, non opinaretur circa obiectum; ſed illud ſciret; per hoc tamen non dicitur carere certitudine proportionata opinioni, & ſufficiente ad rectè operandum, ſicut neq; ille dicitur dubius, ſed certus de amico, quem non cognoſcit de facie; ſed tantum per literas; & cum conſtet de certitudine probabilitatis, quod nec aduerſarius negat, cum luce clarius ſit probabilitatem eſſe de ratione opinionis; conſtare quoque neceſſe eſt de certitudine opinionis dirigentis voluntatem ad honeſtam operationem, quam indicat ipſamet probabilitas. De hac autem certitudine dixi plura *c.* 1. 34. *cap.* 5. 9. *&* 15. *capite* 15. 39. *capite* 18. 5. 6. 22. 42. 116. *&* 122. Et ex hoc, quod opinio etiam minus probabilis habet ſuam certitudinem de honeſtate operis, quia probabilis, ſequitur, quod excludátur ab ea dubitatio, & formido, quæ poſſunt obſcurare eius rectitudinem, & honeſtatem; de excluſione dubij patet ex dictis *cap.* 5. *num.* 78. *c.* 14. 3. 5. *&* 6. de formidine à fortiori patet; quia eſt quid minus dubio, hoc excluſo, à fortiori formido, quæ non neceſſario comitatur opinantem, qui ſi eſt verè opinans & prudens eam contemnit, dum ſcit, eam tantum radicaliter acceptam eſſe paſſionem opinionis. Habet ergo illa maior ſuam certitudinem moralem in opinione prouenientem ex probabilitate, quæ certò ineſt opinioni. 15

Ad primam confirmationem, ex quo vtraque opinio ſecundum magis, & minus eſt probabilis; eſt etiam certa, ac proinde certior probabilior, quam probabilis, cum certitudo commenſuretur à ratione probabilitatis; quod tamen non implicat; quia certitudo certitudini non contradicit, vt clarum eſt. 16

Ad ſecundam reſpondeo, eam maiorem intelligendam eſſe de certitudine probabili ſibi conueniente, excluſa formidine, vt *ſuprà* fuit probatum. Nec formido reddit motiua inefficacia, quæ ſunt minus efficacia comparatiuè ad opinionem probabiliorē, cuius motiua faciunt illam ſuperiorē in probabilitate, quam cum non deſtruant in minus probabili, relinquunt eam in ſuo ſtatu probabilitatis cum ſua veritate, & certitudine; nec aduerſarius poteſt negare probabilitatē inferioris opinionis, aliter non tractaret de quæſtione propoſita. An peccatum ſit ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliore; ſed mutaret formalitatem quæſtionis, ſi à minori tolleret ſuam probabilitatem, faciendo eam improbabilem. 17

Mercorus igitur contra ſupradictum argumentum aliud non habet, niſi, quod putat, ſententiam probabilem, vt ſit de dictamine rectæ rationis, debere includere talem certitudinem, quæ excludat omne dubium, & omnem formidinem. Conſtat autem ex ſupradictis, & locis citatis, talem eſſe opinionem probabilem, quæ non eſſet probabilis, niſi prædicta excluderet, quod magis confirmatur. 18

Nam

Digitized by Google

Nam probabile in opinione includit veritatem, & certitudinem, hoc ipſo, quod comperitur probabilis; ſi enim eſt probabilis, ſequitur quod non ſit improbabilis, conſequenter rationabilis, non irrationabilis; ergo conformis rectæ rationi, ac proindè ſequens opinionem probabilem, ſequitur dictamen rectæ rationis, quæ non poteſt non dictare de licitate, & honeſtate obiecti, & operationis, ex quo firmata manet illa maior, etiam cum dicta certitudine de honeſtate, & licitate operationis ex vi ipſius probabilitatis, quam dixi includere veritatem, & certitudinem. Illud de veritate incluſa in probabilitate iam probatum eſt *cap. 9. num.* 35. *& capite* 15. *num.* 74. *cap.* 19. *num.* 21. vbi latius id probaui, probabile inferre verum. Confirmatur, quia ſi non infert veritatem; ergo falſitatem; ſed hoc eſt abſurdum, nimirum, illud quod eſt probabile eſſe falſum; quia eſſet probabile ex ſuppoſitione, & non probabile ex ſuppoſita falſitate; neceſſe ergo eſt, vt probabile inferat verum; ſicut enim improbabile ſe habet ad falſum; dicimus enim hoc eſt improbabile, id eſt falſum, ita probabile ad verum, ſicut perfectum ad perfectum, & aliter dici non poteſt; quia probabilitas ſignificat rectitudinem de re facienda; ergo ſecundum veritatem debet illi conformari. Ex his autem duobus colligitur certitudo de honeſtate operationis; quia hoc ipſo, quod ex probabilitate, & veritate rectitudinis rei faciendæ, quod bene, & ſine peccato fieri poteſt, opinans certificatur de bona operatione, in qua non poteſt eſſe peccatum.

19 Quod autem certudo locum habeat in opinione, conſtat ex locis citatis initio huius impugnationis, & confirmatur; nam Paulus de Caſtro *in ff. de aqua pluuia arcenda, l. 2. §. Idem Labeo, num.* 2. dicit, quod quis poteſt eſſe certus ex vehementi opinione, *per l. Si quis ita, §. penul. de teſtamento tutel.* cum aliis iuribus ab eo citatis. Scotus *in 3. diſt. 39. numero quarto ad nonum*, ait, eſſe licitum iuramentum ſuper credulitate, *ex capite vnico de ſcrutinio in ordine*; quia habet eam certitudinem credulitatis, quam patitur humana fragilitas, vbi ab eius Commentatoribus certitudo metaphyſica, ſeu moralis, aut probabilis. Idem Scotus *in Reportatis lib. 4. diſt.* 18, *q. vn. num.* 22. ait, quod in actibus humanis non requiritur certitudo omnimoda, ſed tantum apparens foris per ſigna euidentia, &c. Deinde certitudo eſt neceſſariò obiectum iuramenti, ne iurans ſit periurus, ex allegatis à Sanch. *lib. 3. cap. 4. num.* 10. 20
non autem eſt neceſſaria certitudo naturalis, & phyſica; ſed ſufficit moralis, & probabilis, vt ibi docet cum communi; ergo opinio probabilis non caret ſua certitudine. In qualibet lite iurandum eſt propter calumniam, *ex C. de iureiur. propter calum.* nec actor dicitur peccare, iurando ſe velle proſequi litem, non vt calumniam inferat proximo; ſed vt litem vincat; quia probabiliter exiſtimat, & opinatur, ſe propriam rem ſuam petere; ergo pro obiecto iuramenti habet opinionem probabilem credendo rem poſſeſſam ab aduerſario eſſe ſuam; ſequitur ergo ex his, opinionem probabilem includere ſuam certitudinem, quæ opinantem reddit ſecurum de honeſtate, & rectitudine ſuæ operationis, & quod probabilitas hanc includat certitudinem colligitur *ex l. 2. §. quod obſeruari, C. de iuram. calum.* ibi: *Et licet veræ cauſæ natura alia forſitan eſt, tamen quod quiſque credit, & exiſtimat, hoc eſſe iurandum.* Credulitas ergo, & exiſtimatio, id eſt, opinio ſuam habet certitudinem; quia iuramentum cadere debet ſuper re certa aliqua certitudine vel ſcientiæ, vel probabilitatis; certitudinem autem opinionis Ioannes de Turrecrem. *diſtinct. ſeptima de Pœnitentia, cap. Nemo, numero ſecundo*, ſecundum Sanctum Thomam, Diuum Bonauenturam, & Albertum Magnum, 21
appellat certitudinem coniecturæ, quis enim opinari poteſt, ſe certum eſſe dignum amore certitudine coniecturæ, non certitudine ſcientiæ, an ſit dignus odio, vel amore. Manet ergo probatum totum argumentum ſectatorum opinionis probabilis, reiectis examinationibus Patris Mercori.

Qui ſubiungit, ſectatores in eo argumento paralogizare, non demóſtrare, 22
qui ſub prędicta maiore ponunt minorem ſecundum diuerſam rationem. Et ſicut eſt fallacia compoſitionis dicere:

cere: *Omnis homo poteſt ſaluus fieri; Iudas cum peccato eſt homo; ergo cum peccato poteſt ſaluus fieri.* Ità prorſus eſt idem paralogiſmus dicere. *Opinio probabilis poteſt eſſe ſufficiens regula morum; opinio minus probabilis concurrente probabiliore eſt opinio probabilis; ergo opinio minus probabilis, concurrente probabiliore eſt ſufficiens regula morum.* Fit enim tranſitus à probabilitate ſimpliciter ad probabilitatem impeditam ob concurſum oppoſitæ probabilioris.

23 Impugnatur paritas, & ſimilitudo argumentandi; nam in primo exemplo eſt fallacia compoſitionis, non vero in noſtro, in quo verum formatur argumentum, & medius terminus, *opinio probabilis*, ſumitur in genere, quæ ſicut in minori prædicatur de opinione minus probabili tanquam de eius ſpecie in dicto ſyllogiſmo, ita prædicari poteſt de opinione probabiliore, ſi formetur ſyllogiſmus hoc modo. *Omnis opinio probabilis eſt ſufficiens regula morum; ſed probabilior eſt opinio probabilis; ergo regula morum.* Maior propoſitio in vtroque vniuerſalis eſt; quia omnis opinio probabilis in moralibus regulat mores. Et non ſola probabilior; ſi enim maiorem intelligis de illa tantum petis principium, vt verè ſentis ſub illis terminis, dum dicis fieri tranſitum à probabilitate ſimpliciter ad probabilitatem impeditam ob concurſum probabilioris. Quid enim per ſe eſt illa probabilitas ſimpliciter; niſi ipſa probabilitas ſub ratione probabilioris; aliter ſi ſumas illam genericè, & communiter vtrique, non ſit aliquis tranſitus vitioſus; quia genus prædi-

24 catur de omnibus ſuis ſpeciebus; non potes autem negare medium, *opinio probabilis*, eſſe genus ad vtramq; cum non ſolum opinio probabilior, ſed etiam minus probabilis ſint ſpecies opinionis probabilis; vtraq; enim dicitur probabilis, quare argumentum dupliciter formaliter conſtrui poteſt de ſingulis ſpeciebus prædictis, ſeparando vnam ab alia; cum genus ipſum in minori propoſitione prædicari poſſit de vna ſpecie ſine alia, cum vna ab alia non dependeat, cum ſint inter ſe diſparatæ, & diuerſæ. Vnde parum refert coniungere vnam cum alia; cum probabilitas vnius non conſtituatur ab alia, neque tolli poſſit; cum comparatiuum ſemper ſupponat poſitiuum in vtroque. Et quæſtio noſtra 25 cum amicis proponitur, & reſoluitur ſimpliciter, ſine vllo ordine ad probabiliorem, à qua non accipit ſuam probabilitatem, ſed à genere, ſicut homo animalitatem ab animali genere. Ex his ergo patet nullam in argumento eſſe fallaciam; quia medius terminus, *opinio probabilis*, ſub forma probabilitatis communicatur vniuoce vtrique, & conſequenter ſuum prædicatum, quod vtraque opinio probabilis, & probabilior eſt regula morum. Et huiuſmodi compoſitio vtriuſq; ſpeciei ſimul, quamvis non neceſſaria, nullam importat fallaciam; quia genus prædicatur de omnibus ſuis ſpeciebus, ſiue compoſitiuè, ſiue diuiſiuè, & diſtributiuè accipiantur. Verum enim eſt dicere, quod homo, leo & ouis eſt, & ſunt animal; Et pariter; homo eſt animal, leo eſt animal. Ergo ſimiliter vera ſunt exempla allata de ſpeciebus opinionis ſub eadem opinione probabili, quod illæ ſunt & copulatiuè, & diſtributiuè opinio probabilis, ac proindè regula morum.

Et quoniam argumentum ſupradictum logicè fuit examinatum à P. Mercoro; nos eodem modo ſpectemus illud, conſiderando illud eſſe verum ratione formæ, & nullam continere fallaciam, vt dictum fuit. Nam quoad excluſionem fallaciæ compoſitionis, patet ex definitione huius fallaciæ eam hic non habere locum; ſi- 26 quidem ea definitur cadere in illis propoſitionibus, quæ poſſunt admittere ſenſum compoſitum, & diuiſum; ita vt ſecundum vnum ſenſum ſint veræ, & ſecundum alium falſæ; nam ſi ſecundum vtrumque ſenſum eſſent veræ, vel falſæ non poſſent decipere. Fallacia ergo compoſitionis eſt eorū, quæ deberent ſeparari, falſa vnio. Diuiſionis vero fallacia eſt falſa ſeparatio eorum, quæ deberent vniri. Fallacia ergo compoſitionis eſt cum ex oratione vera in ſenſu diuiſo infertur concluſio falſa in ſenſu compoſito. Fallacia vero diuiſionis, eſt cum ex oratione vera in ſenſu cōpoſito infertur concluſio falſa in ſenſu diuiſo. Ita omnes cum Meldul. *in Logica tr. 3. c. 2. n. 55. p. 2.*

Applicamus modo, ſi poteſt, hanc 27 doctrinam, vt appareat, Mercorum paralogizare, noſtros vero ſyllogizare. Fallacia compoſitionis eſt aperta in

in argumento pro Iuda; nam verum eſt in ſenſu diuiſo, quod Iudas poterat ſaluari, ſi ab eo peccatum fuiſſet diuiſum per pœnitentiam, vnde non potuit ſaluari defunctus cum peccato, & ſic in ſenſu compoſito ea concluſio fuit falſa. Hæc nullo modo applicari poſſunt argumento de opinione probabili; quia ſiue vtraque ſpecies opinionis probabilis ſumatur in ſenſu compoſito, vt ſumuntur in argumento priori, ſiue in ſenſu diuiſo, vna ſine alia in argumento, ſemper retinent eundum ſenſum, quod ſunt opinio probabilis, & quod ſunt regula morum, vt patet nolenti tergiuerſari, & ſubterfugere veritatem. Vltra quod melius dici poteſt, quod in argumento Iudæ viget potius fallacia à ſimpliciter ad ſecundum quid, hoc modo: *Omnis homo poteſt ſaluus fieri; ergo Iudas cum peccato poteſt ſaluus fieri.* Sed hæc

28 relinque conſideranda à Logicis. Sufficit nobis demonſtraſſe in argumento nullam eſſe fallaciam; ſed eſſe totum verum ratione formæ, & materiæ, quod præterea magis confirmari poteſt, applicando eidem dictum de omni logicum fundamentum primæ figuræ. Quidquid enim affirmatur de ſubiecto, quod eſt medius terminus affirmatur de quolibet contento ſub eodem ſubiecto; certum autem eſt, quod, *regula morum*, prædicatur de opinione probabili ſubiecto medio termino; ergo neceſſe, eſt, quod prædicetur etiam de contentis ſub ſe, conſequenter opinio minus probabilis, & magis probabilis eſt regula morum. Ecce patens demonſtratio, cui non debet ab aduerſario contradici.

29 Remanet aliquale dubium reſoluendum; nam Mercorus, dicit, quod in eo argumento ſit tranſitus à probabilitate ſimpliciter ad probabilitatem impeditam ob concurſum oppoſitæ probabilioris. Quid eſt hæc probabilitas ſimpliciter, aut enim eſt probabilitas in genere, aut minus probabilis, aut magis probabilis; extra has enim nulla alia datur probabilitas. Si eſt probabilitas in genere legitimus eſt tranſitus à genere ad ſpecies quaſlibet; non poteſt per te eſſe probabilitas minus, quia hanc reiicis à regula morum, & tibi in hoc contradicis, dum concedis minorem, quod opinio minus probabilis ſit opinio probabilis, neceſſario debes concedere, quod ipſa ſit regula morum ex vi principij primæ figuræ, iuxta ſuperius dicta; reſtat ergo quod per te hæc probabilitas ſimplex reſtringatur ad probabiliorē; & ſic petis principium probādo idem per idem; neceſſe ergo eſt, vt euites hanc fallaciam, fateri, medium terminum eſſe genus commune ad vtrumque, & non eſſe idem, quod ipſa opinio probabilior, ex quo vlterius cogeris fateri, opinionem minus probabilem eſſe regulam morum, dum continetur ſub genere opinionis, quod eſt regula morum. Dubium, inquam, ex prædictis eius verbis, videtur in eo conſiſtere, quod ſola probabilitas ſecundum quod eſt probabilior ſit regula morum; quia ea eſt ſimpliciter probabilitas.

Contra, tum quia ſi ex ratione comparatiua cauſatur regula morum, non ſolum eſſe magis probabile; ſed etiam eſſe minus tale cauſabit regulam morum; quia ratio comparatiui reperitur in vtraq; ſpecie, & licet ratio magis præponderet, quam ratio minus, non tollit eſſe regulatiuum morum; quia illæ rationes aduerſantur ad ſe inuicem; non tamen tollunt rationem poſitiuam probabilitatis; remanet ergo eſſe regulatiuū morū in vtraque. Tùm quia probabile vt tale ſecundum ſuā formam probabilitatis eſt regulatiuū morum, ſicut aliæ formæ vt tales dicunt ſuum effectum formalem præſcindēdo à magis, & minus; non enim calor ſecundum quod intenditur, vel remittitur, calefacit, ſed ſecundum quod forma actiua eſt de ſe; intentio enim & remiſſio conſequuntur ad illā iam in ſua virtute calefaciendi conſtitutam; ita vis regulandi mores eſt in ipſa opinione vt probabili ſine intentione, & remiſſione, quæ conſequuntur illam iam conſtitutam cum ſua virtute regulandi actiones humanas, vt rectè fiant ſecundum conſcientiam illuminatam à probabilitate. 30

Secunda ratio Mercori oſtendens probabilitatem reflexè cognitam in parte minus probabili non eſſe mediū ſufficiens certificans conſcientiam de rectitudine operationis, eſt talis: *Si ex vi probabilitatis ſententiæ minus probabilis operans poſſet certificari hic, & nunc non peccare illam eligendo, nullus vnquā peccaret ſequendo conſcientiam dubiam.*

remanſit dubius non quærendo vlterius ab alio veridico certam viam ad prata; ſed dum quærebat de vtraque opinione applicando, inaduertenter opinatus fuit vtramque, dum eas cognouit. *Septimò* demum, ſupponit vtrumque dictum ruſtici, & ruſticæ eſſe probabile; ergo vtrumque verum ac proindè facit ad rem noſtram. Sed reuera ſtando in eius dicto, dictum vtriuſque eſt omnino improbabile, & falſum, vt docent omnes in materia teſtium; quia contrarij teſtes in ſuis depoſitionibus nihil probant, Fari-
24 nac. *q. 65. num. 2.* Manifeſtum autem eſt, præfatos teſtes de eadem via aſſerentes per diuerſas, & contrarias vias ad eundem locum non conuenire; ergo Mercorus malè vtriuſque dictum vocauit probabile ſecundum magis, & minus; nam non debebat conſiderare defectum ſexus, ſed contrarietatem in dictis, ſicut in opinionibus contrariis. Non valet ergo applicatio ab improbabilibus ad probabiles opiniones.

CAPVT XXI.

An voluntas imperare poſſit intellectui, vt opinetur ad vtramque partem?

1 QVamvis non ſemel dixerim in ſupradictis capitibus præſertim *cap. 5. n. 33. & 34. cap. 7. num. 6. c. 8. num. 9. & 48. cap. 12. n. 6. cap. 20. n. 10.* Voluntatem poſſe imperare intellectui, vt opinetur hoc, vel illo modo, nunc opinionem probabilem, nunc probabiliorem; hoc tamen præter Candidum, contra quem egimus in præcitatis locis, negat etiam Mercorus *part. 2. art. 5. & 6.*

2 Præmitto communem eſſe ſententiam, voluntatem ex innata ſua natura poſſe imperare cæteris potentiis, & in ſpecie intellectui, vt ſuas exerceat operationes pro ſuo libito. Ita D. Thomas *par. 1. quæſt. 82. art. 4. & quæſt. 107. art. 1. & 1. 2. q. 9. art. 1. & ſeq.* Scotus *q. 4. Prologi art. 1. & 2. ſent. diſt. 42. & lib. 4. diſt. 49. q. 4.* cum eo Meldul. *diſp. 7. de anima, num. 162. verſ. Secundò*, vbi probat; quia etiam in cogitatione poteſt eſſe peccatum; ergo actus liberi eſſe poſſunt, non eliciuè; quia intellectus non eſt potentia libera; ergo imperatiuè. Ratio eſt; quia ſola voluntas eſt Regina aliarum potentiarum ſibi ſubiectarum, cum ipſa ſola habeat dominium non ſolum ſuper ſuas operationes; ſed etiam ſuper actus aliarum, quibus dominatur, & imperat ex naturali quadam connexione, quam cum illis habet; vnde actus eliciti aliarum potentiarum ab ea imperati accipiunt denominationem boni, ſi procedunt iuxta dictamen rationis, vel mali, ſi ſunt contra illius dictamen.

Dicendum ergo ex his, voluntatem 3
poſſe præcipere, & imperare intellectui, vt opinetur quamlibet opinionem, ſiue probabilem, ſiue probabiliorem, ſiue ſint ambæ æquales, vel abſolutè, vel comparatiuè, concurrentes ad inuicem.

Probatur; quia voluntas poteſt mo- 4
uere, & præcipere intellectui, vt exerceat ſuas operationes, cum dominium 5
habeat ſuper illum; ſed eius operationes ſunt ſcire, opinari, & credere, ex communi ſententia Doctorum; ergo has imperare poteſt ipſi intellectui, & hoc experientia patet; nam voluntas applicat intellectum ad ſuum opus, non obſtante quandoque difficultate, quam experitur in intelligendo, nihilominus agente, & impellente voluntate proſequitur ſuum munus. Confirmatur; quia actus intelligendi ſcienter, opinatiuè, & credibiliter ſpectari poſſunt dupliciter, vt eliciti, & vt imperati, primo modo producuntur naturaliter ab ipſo intellectu, reſpectu cuius non poſſunt dici liberi nec im-
perati; quia ſibi non imperat, ſed tan- 6
tum eliciti, id eſt, producti ab eo; ſecundo igitur modo dicuntur imperati ab ipſa voluntate, à qua conſequenter ſunt liberi, & non ab alia potentia liberi non vocantur; quia ſola voluntas verè, & formaliter eſt libera; cum ergo actus intellectus ſciendi, opinandi & credendi ex quadam neceſſitate debeant eſſe liberi, vt mox oſtendam, ſequitur, quod imperentur à voluntate; alio enim modo non poſſunt denominari liberi, niſi ex imperio voluntatis mouentis intellectum
ad intelligendum. Quod autem actus 7
intellectus debeant donominari liberi probatur ex eo, quod aliter illis non

non competeret ratio boni, & mali, meriti, & demeriti, quæ denominationes non tribuuntur niſi actibus liberis, à quacunque potentia eliciantur, vt docent omnes Theologi *in tractatibus de malitia, & bonitate humanorum actuum*, & vbi agitur de Meritis; certum autem eſt, omnes actus intellectus ſciendi, opinandi, & credendi, poſſe eſſe bonos, & meritorios; non qua eliciuntur ab intellectu, ſed qua à voluntate imperantur; aliter nullus eorum eſſet bonus, & meritorius, niſi præciperentur, & promouerentur imperio voluntatis. Et hoc puto eſſe de fide; quia de fide eſt, actus fidei diuinæ, qui à ſolo intellectu eliciuntur, eſſe meritorios, & bonos, non quatenus elicitos, ſed imperatos; ergo eorum imperium à voluntate eſt de fide.

8 Actus autem opinandi eſſe bonos docui ſub *cap.* 17. *num.* 58. Demum conſtat, actus fidei, qui ab intellectu eliciuntur eſſe liberos ex S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 4. non niſi quia imperantur à voluntate, iuxta illud: *Ad obediendum fidei in omnibus.* Rom. 1. 5. Obeditur autem fidei per intellectum voluntate imperante.

9 Huius argumenti poſtremi occaſione Mercorus *ſub articulo* 5. dubitat, an in materia fidei intellectus liberè adhærere poſſit ſententiæ minus probabili, relicta probabiliore? Sermo eſt hic de intellectu infidelis; nam cum in fidei articulis opinio locum non habeat, quæſtio non eſt extendenda ad fideles. Poteſt quæſtio habere alium ſenſum inter fideles, an intellectus liberè adhærere poſſit ſententiæ minus probabili circa controuerſias fidei, quæ nondum ſunt definitæ? Et reſpondetur affirmatiuè, de qua ſuo loco.

10 Duos ſenſus debet habere hæc quæſtio apud dictum Mercorum, ſi vult loqui congruenter ad præcedentem articulum pro reſponſione ad 4. argumentum de fide, primum, an voluntas imperet intellectui, vt adhæreat minus probabili, vt indicat ille terminus *liberè*; prouenit enim à voluntate, vt valeat reſpondere directè ad argumentum præfatum. Secundum eſt, an intellectus poſſit opinari minus probabilem in materia fidei?

11 Prima concluſio Mercori eſt hæc: *Pars contradictionis, cui intellectus adhærere debet, oportet, quod ſit euidenter credibilis.* Ex D. Thoma 2. 2. *q.* 1. *art.* 4. qui latè ſumit verbum *euidenter* pro vero, vel apparente; vnde ad ſuum intentum concludit, non eſſe in noſtra poteſtate opinari cum volumus, ſicuti imaginari, conſequenter non poſſumus credere cum volumus, niſi obiectum ſit, vel appareat credibile.

Impugnatur; quia ex hoc nihil concludit; nam obiectum credibile tale eſt, quale exigitur ab opinante, nimirum apparens: ergo liberum eſt intellectui, voluntate ſcilicet imperante, opinari credibile quodcunque. Patet enim ex dictis *cap.* 5. *num.* 33. & 35. *cap.* 7. *num.* 6. Quomodo Ariſtoteles negauit eſſe liberum opinari, ſcilicet ea libertate, qua imaginatio operatur, ſcilicet quod vult; ſed quod motiua proponunt opinandum. 12

Secunda concluſio: *Si ſufficienter proponerentur alicui infideli myſteria fidei, eique fierent euidenter credibilia, non poſſet credere oppoſitum. Probat*, quia obiectum fidei ad differentiam opinionis eſt certum; vnde quod apparet alicui euidenter credibile, oportet quod appareat etiam certum; ſed implicat eidem contradictoria apparere certa; ergo & apparere eidem ſimul credibilia; ſi ergo ſupponis, infideli eſſe euidenter credibile, Meſſiam veniſſe, eidem ſimul eſſe credibile non poterit, Meſſiam non veniſſe; ergo ſtante tali diſpoſitione, ſi infidelis ex ſola electione voluntatis crederet, Meſſiam non veniſſe, crederet incredibile, quod fieri nequit; ergo ille cui euidenter ſunt credibilia myſteria fidei, quamvis poſſit ſuſpendere aſſenſum; tamen non poteſt credere oppoſitum. *Deducit contrarium*, intellectum nunquam iudicare vtramque partem contradictionis eſſe credibilem; ſed potius iudicare pro vtraque parte eſſe motiua valida ad inducendam credibilitatem, quam inducerent, niſi ratione contrarietatis ad inuicem colliderentur; ſicut etiam dictum eſt de probabilitate. 13

Impugnatur; quia concluſio cum ſua probatione nihil contra nos; nam loquitur ſub conditione; vnde quandocunque myſteria fidei ſunt infideli euidenter, ac proindè certo credibilia, ipſa credit non opinando, ſed quodammodo ſciendo illa, ſicut ſunt à 14

parte rei, conſequenter non poteſt oppoſitum credere verè, ſed tantum falſò; vnde nec concluſio, nec eius probatio facit contra nos, qui docemur infidelem poſſe opinari de Meſſia, de quo non habet euidentem & certam creditionem veniſſe, ad vtrãque partem, ſcilicet veniſſe propter hæc, & illa motiua, vel non veniſſe propter alia diuerſa & oppoſita, nec per hoc diceretur credere incredibile, ſed credibile; quia vtrumque eſt opinabile credibiliter ſub hoc genere. Et id confirmatur exemplo Iudæi conuerſi ad fidem; nam is ante conuerſionem credit nondum veniſſe Meſſiam, & hoc credit euidenter, & certò; per conuerſionem verò cœpit credere oppoſitum vt veriſſimum, & certiſſimum. Quare credibilitas vnius partis non tollit alterius credibilitatem, data mutatione; ergo liberum eſt intellectui opinari credibilia. Ex his concluſio apparet falſa; nam in caſu, quo Iudæus baptizatus incipiat iudaïzare reuerſus ad vomitum, in primis opinabitur oppoſitum fundamento noſtræ fidei; nimirum Meſſiam nondum veniſſe; ergo experientia conſtat intellectum poſſe opinari ad vtramque partem. Imò Mercorus *in ſuo corollario* videtur hoc idem confirmare, dum ait, *intellectum potius iudicare pro vtraque parte eſſe motiua valida ad inducendam credibilitatem, quam inducerent, niſi ratione contrarietatis ad inuicem colliderentur.* Qui enim vult opinari, & fundare ſuam opinionem, inueſtigat media pro conſtitutione eius; id enim propriè eſt opinari, in ſententia omnium; ſi ergo Iudæus iudicet eſſe motiua pro vtraque parte, certè vtramque partem iudicabit eſſe credibilem ex diuerſitate motiuorum, quæ impediunt contradictoriam de credibilitate, & incredibilitate, cum non ſit eiuſdem de eodem reſpectu eiuſdem, ſed plurium ex pluribus reſpectu plurium.

15 Tertia concluſio: *Si alicui infideli contradictoria proponerentur, haberetque hinc inde motiua credibilitatis æqualia, neutri parti aſſentire poſſet, & tanto minus illi parti, de qua contingeret debiliora motiua credibilitatis habere. Probat.* Intellectus non poteſt aſſentire alicui obiecto, niſi ſit euidenter credibile, ex prima concluſione; ſed propoſitio, quæ habet motiua debiliora comparatione oppoſitæ partis, non eſt euidenter credibilis; ergo intellectus non poteſt ei aſſentire. *Probat minorem experimento fidei humanæ.* Si vir ſufficientis auctoritatis, cui alias crederetur, nuntiaret aliquid indifferens ad verum vel falſum ſecundùm præſentes circunſtantias; alius verò æqualis, vel maioris auctoritatis eodem tempore nuntiaret oppoſitum, nec poſſent eorum dicta concordari, dictum primi ob contrarietatem ſecundi, non eſſet credibile; cum enim credibilitas innitatur auctoritati dicentis, & auctoritas primi collidatur per auctoritatem ſecundi, qui de contrario teſtatur; quia plus, aut tantum valet dictum ſecundi, qui negat, quam primi, qui affirmat; ſequitur credibilitatem dicti primi nuntij non eſſe veram credibilitatem, vt potè quæ vulneratæ auctoritati innititur. *Confirmat primò*, ex duobus teſtibus in eſſentialibus contrariis, qui nihil probant. *Secundò*, Miles non dicitur certus nuntius mortis viri, vt vxor tranſeat ad ſecundas nuptias, in contradictione Sacerdotis de viſu; quia atteſtatio Sacerdotis de viſu facit euidentem credibilitatem reddendo nuntium incertum, & incredibilem. *Tertiò*, qui de nouo ad Eccleſiæ gremium recipiuntur, non cenſentur ſufficienter inſtructi, niſi prius fuerit ſatisfactum difficultatibus eius mentem perturbantibus, vt omnino neceſſe ſit apprehendant errores, à quibus recedunt, minimè eſſe credibiles; ſed ex oppoſito credibilia eſſe, quæ mater Eccleſia proponit.

Impugnatur; quia concluſio de ſe 16
eſt falſa, & eſt in controuerſia præſenti, quam nos negamus, cum experientia conſtet, intellectum aſſentiri poſſe cuilibet motiuo ſiue maiori, ſiue minori, ex probatis *c.* 5. *n.* 31. *ad* 34. *cap.* 7. *num.* 6. *cap.* 8. *num.* 9. *&* 48. *c.* 20. *num.* 8. Ad eius probationem, conceſſa maiore de euidentia rei in ſe, vel apparenter, vt ipſemet *ſub prima concl.* explicat D. Thomam cum cæteris Thomiſtis; reſpondeo negando maiorem de credibili apparente, & pariter minorem; quia ſtante apparentia pro vtraque parte, intellectus poteſt opinari, quam voluerit, vt dixi *in præcedentibus.* Ad probationem minoris, & ad duo exempla in priori, &

poſte

Digitized by Google

poſteriori confirmatione reſpondeo illa exempla non facere ad rem;quia nulli eorum adhibenda eſt fides, cum in ſuis dictis aduerſentur ad inuicem, ac proinde nullum credibile apparet, nec eſt in eorum dictis,quod non negat Mercorus, ſed admittit in prima confirmatione;motiua verò pro vtraque opinione ſunt probabilia; quia conſiſtunt in rationibus, non in fide locutionis, quæ motiuis caret, ideo vtrumque intellectus opinari poteſt; non vero credibiter opinari; quia nihil eorum eſt credibile, dum vnum dictum directè opponitur alteri, nec
17 quicquam probabile inferunt. Quare non valet conſequentia ab incredibili ad opinabile, imò nec à credibili ad opinabile; quia ſunt diuerſa, vt ait D. Auguſt. relatus *cap. 13. num. 65. & cap. 15. num.* 3. Quandocunque enim duorum teſtimonia ad inuicem directè aduerſantur, ſequitur omnimoda incertitudo, & incredibilitas non valens inducere aliquam probabilitatem; opiniones vero quamvis ad inuicem contrariæ poſſunt eſſe ambæ probabiles,quod concedit etiam Mercorus, ideo allata exempla de credibilitate conuerſa in incredibilitatem non faciunt ad rem; ideo enim neutrum credibiliter intellectus opinari, melius, credere poteſt, quia ſunt incredibilia ex conditione dictorum ad inuicem pugnantium. *Tertia confirmatio* nihil ad propoſitum, imò ſi aliquid valet, pro nobis facit; quia antequam inſtruatur propriam habet opinionem, quam poſtea incipit mutare in oppoſitam, vt fiat Catholicus; ergo oppoſita opinari poteſt.

Multa alia Mercorus congerit, quæ vel non faciunt formaliter ad rem,vel ex dictis ſoluta manent quantum ad noſtrum inſtitutum.

18 *In ſequenti articulo 6.* quærit an credere ſit actus liber quantum ad ſpecificationem? Dicit quantum ad ſpecificationem, id eſt, an ex duobus vnum accipere; quia quo ad exercitium, dicit indubitatum eſſe apud omnes, actum credendi eſſe liberum; cum enim cadat ſub merito, ſupponitur talis; quia meritorij ſunt tantum actus liberi, *ex capite ſexto, ſeſſ.* 6. Ponit autem duas concluſiones. *Prima eſt*, habentes euidentiam ſignorum non liberè credunt libertate exercitij, ſed tantum ſpecificationis quantum ad modum. Quia coacti ex ſignis, vt qui interfuerunt reſurrectioni Lazari non poſſunt ſuſpendere aſſenſum fidei; ſed illi aſſentiri ex libertate ſpecificationis, non exercitij, in eo, quod benè, vel malè credere poſſunt, vel captiuando intellectum pia affectione voluntatis ad bonum in obſequium Chriſti; vel credere ex ſolo motiuo credibilitatis, non in ordine ad bonum, vt eis etiam diſpliceat eſſe vera,quæ coguntur credere.

Secunda eſt, in his,quæ intellectum 19
non conuincunt liberum eſt credere libertate exercitij, & ſpecificationis. *Probat*, tunc eſt libertas ſpecificationis, cum de duobus vnum alteri præeligitur, quia bonum eligenti; poteſt autem accidere ex duobus contradictoriis alterum eſſe bonum;ergo hanc partem potius, quam oppoſitam,credere liberum eſt libertate ſpecificationis.

Concluſionem extendit ad opinio- 20
nem, vt etiam quantum ad ſpecificationem liberum ſit eligere potius opinari de vna parte contradictionis, quam de ſua oppoſita; alicui enim poteſt eſſe bonum ſic opinari.

Impugnantur prædicta; quia ſunt 21
contra experientiam; nam nihil prohibet; quin peruerſus intellectus de vera intelligentia credibilium de fide conuertatur in errorem credendo oppoſitum eius, quod antea crediderat, vt faciunt hæretici, qui ſuos errores putant eſſe myſteria fidei, damnantes veram fidem in illis. Rationem, quam primo loco refert de reſurrectione Lazari, quam dicit 22
ab omnibus coactè fuiſſe creditam propter euidentiam facti, negat Card. de Lugo *diſp. 2. de Fide numero vigeſimo ſexto*, dicens: *Quinimmo neque ij omnes, qui miraculo affuerunt, eius veritatem crediderunt, vt indicat Ioannes Euangeliſta, & notauit Maldonatus in eum locum, quod mirum non eſt, cum neque ij omnes Lazarum mortuum vidiſſent, ſed morte audita, veniſſent ex Ieroſolymis ad ſorores conſolandas.* 23
Ratio alia poteſt eſſe; quia ſigna non cogunt ad credendum, vt ait Ioannes *capite duodecimo. Cum autem tanta ſigna feciſſent coram eo, non credebant in eum.* Demum actus credendi

Digitized by Google

dendi ita liber eſt, quouis modo, vt facta ſufficienti propoſitione fidei, alij credant, alij ſuſpendant actum credendi, & alij diſcredant, quod eis traditum fuit credendum. Credere ergo, & diſcredere pendet à libera hominis voluntate; nullus ergo cogitur credere.

Et ex his patet, Mercorum nondum directè reſpondiſſe ad illud quartum argumentum, quod ſibi obiecerat *art*. 4. reſoluendum *art*. 5. contra quem egimus.

CAPVT XXII.

Impugnantur quinque rationes, quibus P. M. Mercorus probat eſſe peccatum ſequi Opinionem minus probabilem relicta probabiliore.

1 HOc eſt principale quæſitum R. P. Inquiſitoris ſuæ diſputationis, contra quod potiſſimum ſuſcepimus hunc laborem fauore ſectatorum opinionis probabilis, quam propugnauimus *ſub cap. 6. & ſeq.* Præmittit autem tria, *Primò*, ſermonem facit de concurſu opinionum illius intellectus, qui operari vult: *Secundò*, pro minus probabili accipit eam quæ affirmat actum eſſe licitum contra probabiliorem, quæ negat eſſe licitum. *Tertiò*, demum loquitur de concurſu earum extra caſum neceſſitatis, poſt hæc ponit ſuam concluſionem, quæ eſt talis.

2 Neminem tuta conſcientia poſſe ſequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori. *Probat quinque rationibus à nobis impugnandis.*

3 Prima eius ratio eſt talis: *Nullus poteſt tutò ſequi conſcientiam dubiam, quia qui ita operatur, exponit ſe periculo peccandi, & offendendi Deum. Et qui amat periculum peribit in illo.* Prouer. 6. Hanc propoſitionem, ait, omnes admittere ab eo explicatam *art*. 10. *part*. 1. Sed ſequens minus probabilem, relicta probabiliore operatur ex conſcientia dubia. *Probat*, intellectus tunc eſt dubius, quando ex vtraque parte ſunt motiua æqualia, ſicut *ſuprà* oſtenſum eſt. Et in hoc omnes debent conuenire, aliter ad aduerſarios pertinebit docere in quo conſiſtat diſpoſitio intellectus dubitantis. Si igitur intellectus dubitat de aliqua propoſitione, ex eo, quod pro parte oppoſita ſunt motiua æqualia, quantò magis dubitabit, ſi pro parte oppoſita erunt motiua validiora?

Impugnatur hoc debile argumentum; nam conceſſa maiore negatur minor; nam certum eſt cum opinione non ſtare dubium, ſiquidem ratione aſſenſus in opinione excluditur dubium, quod aſſenſu caret, cum ab eo intellectus ſuſpendat aſſenſum, vt non ſemel dictum eſt in præcedentibus cum Magiſtris D. Thoma, & Scoto. Supponit ergo in minori falſum. Probatio minoris deficit *Primò*, in eo, quod illa probat ex æqualibus motiuis oriri dubium, de quibus non eſt quæſtio; ſed de inæqualibus, dum comparat opinionem minus probabilem cum probabiliore, quæ tales dicuntur ex inæqualitate motiuorum, quæ non probat cauſare dubium. *Secundò*, eſt intelligibile, qua ratione duæ opiniones probabiles æqualiter ex paritate motiuorum cauſent dubium; nam de vtriuſque probabilitate, veritate, & æqualitate conſtat, & apparet euidenter; hæc enim tria negari non poſſunt, nec ab ipſo Mercoro, qui ponit ambas probabiles æqualiter, ac proinde veras; veritas enim in opinionibus ſequitur ex probabilitate; nulla ergo hic dubitatio excogitari poteſt. Quòd ſi dicas, ex opinionum æqualitate intellectus neſcit reſoluere vtram ex illis proponat voluntati ſequendam; ergo dubius eſt. Reſpondeo, non eſſe propriè dubium; quia benè ſcit, ſe poſſe alterutram amplexandam proponere voluntati, quæ poteſt eligere, quam vult. Quare dubio verè non extante, nec cauſato ex æqualitate opinionum, nihil refundere potuit Mercorus in opinionibus inæqualibus, circa quas eſt argumentum. Imò dato, ſed non conceſſo dubio, ex æqualitate opinionum non video poſſe ſubſiſtere illationem, quod dubium habeat locum inter opiniones inæquales, cum magis conſtet de vtriſque, ſecundum eam inæqualitatem, quam de æqualibus, in quibus neſcio quid obſcuritatis cerni poteſt in ordine ad electionem vnius illarum. Et

hæc

hæc reſponſio videtur expeditior.

6 Reſpondent alij, hoc dubium ortum ex æqualitate opinionum eſſe ſpeculatiuum, quod non reddit conſcientiam dubiam, in quantum quis cum eo operari poteſt ſine peccato. Licet enim Pictor ſit dubius in vniuerſali, an ſit licitum pingere in die feſto, tamen hic & nunc eſt certus, licitè poſſe pingere. Ita docent omnes cum Caietano *opuſc.* 31. *reſp.* 12. Accidit enim ſæpe, quod operans eſt dubius de obiecto, & certus de operatione.

7 Quamvis mihi non placeat hæc reſponſio; quia circunſtantias, quæ iuſtificant iudicium practicum certum in ſua probabilitate, refero, & conſidero etiam in obiecto vniuerſaliter ſpectato; ſed in ordine ad iudicium practicum, referendum, & vice verſa comparandum cum ſuo vniuerſali; nam iudicium practicum iuſtificatur ab vniuerſali ſpeculatiuo ſpectato in ordine ad operationem. Nam ſi non licet pingere die feſto, nec hic & nunc licet pingere; quod ſi in aliquo caſu liceat hodie feſto pingere, certè propoſitio ſpeculatiua interpretanda eſt, quod non licet pingere, exempli gratia, ex mercede, vtique gratis, vel per notabile tempus, vtique per ſemihoram; ordo enim doctrinæ in moralibus poſtulat, vt ex circunſtantiis, & conditionibus ſingularium, & particularium colligatur perfecta cognitio obiecti moralis in ordine ad opus. Quamvis, inquam, non placeat mihi hæc reſponſio amicorum, nihilominus pro eorum defenſione aliquid reſpondendum eſt adductis ab Aduerſario.

8 Sed contra, inquit Mercorus: Tunc intellectus dubius remanet ſpeculatiuè tantum, & fit certus practicè, quando dubitanti ſuperuenit aliqua ratio ſpecialis ſaltem extrinſeca cauſans talem certitudinem, quod hic, & nunc liceat operari, ex Sanchez, *lib.* 1. *cap.* 6. Filliucio *tom.* 1. *tract.* 21. *cap.* 4. Sed in caſu noſtro, inquit Mercorus, nihil ſupponimus tale aliquid ſuperueniens; ergo ſi ſpeculatiuè dubito de pictura, etiam dubito hic, & nunc de eius opere.

9 Impugnatur *Primò* ex mea reſponſione, hoc argumentum nullius eſſe momenti; dum ſupponit rationem dubij miſceri in opinionibus, quod non probauit, vt debebat; quia eſt eius principale fundamentum, quo nititur eius argumentum. *Secundò* Amici aiunt, Pictorem ſe eximere à dubio ex reflexione, quod probabilis eſt opinio aſſerens, licitum eſſe pingere die feſto; nam probabilitas eſt regula vniuerſalis certificans operantem, ſe non peccare ſequendo opinionem etiam minus probabilem; quia ſequitur dictamen rectæ rationis.

Format autem argumentum Aduerſariorum, ſeu noſtrum, hoc modo: *Sequens dictamen rectæ rationis tuto operatur; ſed ſequens minus probabilem in concurſu probabilioris ſequitur dictamen rectæ rationis; ergo in tali caſu tuto operatur.* Probatur minor. Sequens ſententiam probabilem ſequitur dictamen rectæ rationis; ſed ſequens minus probabilem, ſequitur probabilem; ergo ſequens minus probabilem ſequitur dictamen rectæ rationis. 10

Examinat P. Mercorus hoc argumentum, & conceſſa maiore, negat minorem, ad cuius probationem reſpondet, maiorem: *Sequens ſententiam probabilem, ſequitur dictamen rectæ rationis*, declaraſſe *part.* 1. in quo ſenſu ſit vera, oſtendendo, certitudinem moralem excludentem non ſolum dubium poſitiuum, & formale; ſed etiam formidinem moralem de oppoſito requiri ad honeſtatem operationis. Illa ergo maior vera eſt de probabilitate habente certitudinem moralem; cum autem opinio minus probabilis non ſit certa moraliter, cum vrgeant contra illam rationes in oppoſitum magis quod ſit falſa, quam quod propria motiua ſuadeant, quod ſit vera. 11

Confirmat id tribus argumentis. *Primò*, ſi opinio minus probabilis eſſet certa moraliter; ergo etiam oppoſita multo magis eſſet certa, conſequenter ambæ contradictoriæ tales eſſent reſpectu eiuſdem intellectus, quod implicat. *Secundò*, dato, quod ſecundum Aduerſarios, ea maior non ſit intelligenda de probabilitate certitudine morali, ſaltem debet intelligi ea probabilitas cum formidine propter inefficaciam motiui, quo eſt probabilis, & vltra oppoſitæ motiua vrgent contra eam, quod ſit falſa; ergo 12

Digitized by Google

ergo non eſt probabilis, vt oportet. *Tertiò*, eadem maior debet intelligi de probabilitate actu flectente intellectum in ſui aſſenſum ſaltem opinatiuum. Non poteſt autem ſub ea ſic intellecta ſubſumi minor hęc: *Sed ſententia minus probabilis in concurſu probabilioris eſt probabilis*; falſum enim eſt, quod ſit probabilis probabilitate non impedita, & actualiter flectente intellectum in ſui aſſenſum; quia non poteſt intellectus opinari de minus probabili in concurſu probabilioris.

13 Impugnatur eius examen, demonſtrando eam propoſitionem: *Sequens ſententiam probabilem ſequitur dictamen rectæ rationis*, eſſe veram in eo ſenſu, quod probabilitas, de qua noſtri loquuntur, habet certitudinem moralem, omne dubium, & formidinem excludentem, non obſtante, quod ipſe id neget, nihil probando. Opinio igitur probabilis habet ſuam certitudinem moralem. Probatur, quia id dicitur certum, quod non eſt dubium; certum enim excludit ambiguitatem, *Gloſſ. V. certiores, c. Si beneficia 20. de præbend. in 6.*

14 & certum dicitur, quod tale denominatur per relationem ad rem certam, *deciſ. 496. n. 9. tom. 2. par. 4. Recent. apud Rubeum.* Item quis certus eſſe poteſt alicui per literas, licet eum de facie non noſcat, *deciſ. 245. n. 19. apud eundem tom. 1. Nouiſſim.* Sed opinio aliud eſt à dubio, cum illa referatur ad aſſenſum, quem dubium excludit; & licet opinans non ſit certus de veritate obiectiua rei, & obiecti, quam inuincibiliter ignorat; ſi enim veritatem & certitudinem obiectiuam de illo haberet, non opinaretur circa obiectum; ſed illud ſciret; per hoc tamen non dicitur carere certitudine proportionata opinioni, & ſufficiente ad rectè operandum, ſicut neq; ille dicitur dubius, ſed certus de amico, quem non cognoſcit de facie; ſed tantum per literas; & cum conſtet de certitudine probabilitatis, quod nec aduerſarius negat, cum luce clarius ſit probabilitatem eſſe de ratione opinionis; conſtare quoque neceſſe eſt de certitudine opinionis dirigentis voluntatem ad honeſtam operationem, quam indicat ipſamet probabilitas. De hac autem certitudine dixi plura *c.* 1. 34. *cap.* 5. 9. *&* 15. *capite* 15. 39. *capite* 18. 5. 6. 22. 42. 116. *&* 122. Et ex hoc, quod opinio etiam minus probabilis habet 15
ſuam certitudinem de honeſtate operis, quia probabilis, ſequitur, quod excludatur ab ea dubitatio, & formido, quæ poſſunt obſcurare eius rectitudinem, & honeſtatem; de excluſione dubij patet ex dictis *cap. 5. num.* 78. *c.* 14. 3. 5. *&* 6. de formidine à fortiori patet; quia eſt quid minus dubio, hoc excluſo, à fortiori formido, quæ non neceſſario comitatur opinantem, qui ſi eſt verè opinans & prudens eam contemnit, dum ſcit, eam tantum radicaliter acceptam eſſe paſſionem opinionis. Habet ergo illa maior ſuam certitudinem moralem in opinione prouenientem ex probabilitate, quæ certò ineſt opinioni.

Ad primam confirmationem, ex quo vtraque opinio ſecundum magis, & minus eſt probabilis; eſt etiam certa, ac proinde certior probabilior, quam probabilis, cum certitudo commenſuretur à ratione probabilitatis; quod tamen non implicat; quia certitudo certitudini non contradicit, vt clarum eſt. 16

Ad ſecundam reſpondeo, eam maiorem intelligendam eſſe de certitudine probabili ſibi conueniente, excluſa formidine, vt *ſuprà* fuit probatum. Nec formido reddit motiua inefficacia, quæ ſunt minus efficacia comparatiuè ad opinionem probabiliorē, cuius motiua faciunt illam ſuperiorē in probabilitate, quam cum non deſtruant in minus probabili, relinquunt eam in ſuo ſtatu probabilitatis cum ſua veritate, & certitudine; nec aduerſarius poteſt negare probabilitatē inferioris opinionis, aliter non tractaret de quæſtione propoſita. An peccatum ſit ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliore; ſed mutaret formalitatem quæſtionis, ſi à minori tolleret ſuam probabilitatem, faciendo eam improbabilem. 17

Mercorus igitur contra ſupradictum argumentum aliud non habet, niſi, quod putat, ſententiam probabilem, vt ſit de dictamine rectæ rationis, debere includere talem certitudinem, quæ excludat omne dubium, & omnem formidinem. Conſtat autem ex ſupradictis, & locis citatis, talem eſſe opinionem probabilem, quæ non eſſet probabilis, niſi prædicta excluderet, quod magis confirmatur. 18

Nam

Digitized by Google

Nam probabile in opinione includit veritatem, & certitudinem, hoc ipſo, quod comperitur probabilis; ſi enim eſt probabilis, ſequitur quod non ſit improbabilis, conſequenter rationabilis, non irrationabilis; ergo conformis rectæ rationi, ac proindè ſequens opinionem probabilem, ſequitur dictamen rectæ rationis, quæ non poteſt non dictare de licitate, & honeſtate obiecti, & operationis, ex quo firmata manet illa maior, etiam cum dicta certitudine de honeſtate, & licitate operationis ex vi ipſius probabilitatis, quam dixi includere veritatem, & certitudinem. Illud de veritate incluſa in probabilitate iam probatum eſt *cap. 9. num.* 35. *& capite* 15. *num.* 74. *cap.* 19. *num.* 21. vbi latius id probaui, probabile inferre verum. Confirmatur, quia ſi non infert veritatem; ergo falſitatem; ſed hoc eſt abſurdum, nimirum, illud quod eſt probabile eſſe falſum; quia eſſet probabile ex ſuppoſitione, & non probabile ex ſuppoſita falſitate; neceſſe ergo eſt, vt probabile inferat verum; ſicut enim improbabile ſe habet ad falſum; dicimus enim hoc eſt improbabile, id eſt falſum, ita probabile ad verum, ſicut perfectum ad perfectum, & aliter dici non poteſt; quia probabilitas ſignificat rectitudinem de re facienda; ergo ſecundum veritatem debet illi conformari. Ex his autem duobus colligitur certitudo de honeſtate operationis; quia hoc ipſo, quod ex probabilitate, & veritate rectitudinis rei faciendæ, quod bene, & ſine peccato fieri poteſt, opinans certificatur de bona operatione, in qua non poteſt eſſe peccatum.

19 Quod autem certudo locum habeat in opinione, conſtat ex locis citatis initio huius impugnationis, & confirmatur; nam Paulus de Caſtro *in ff. de aqua pluuia arcenda, l.* 2. *§. Idem Labeo, num.* 2. dicit, quod quis poteſt eſſe certus ex vehementi opinione, *per l. Si quis ita, §. penul. de teſtamento tutel.* cum aliis iuribus ab eo citatis. Scotus *in* 3. *diſt.* 39. *numero quarto ad nonum*, ait, eſſe licitum iuramentum ſuper credulitate, *ex capite vnico de ſcrutinio in ordine*; quia habet eam certitudinem credulitatis, quam patitur humana fragilitas, vbi ab eius Commentatoribus certitudo metaphyſica, ſeu moralis, aut probabilis. Idem Scotus *in Reportatis lib.* 4 *diſt.* 28, *q. vn. num.* 22. ait, quod in actibus humanis non requiritur certitudo omnimoda, ſed tantum apparens foris per ſigna euidentia, &c. Deinde certitudo eſt neceſſariò obiectum iuramenti, ne iurans ſit periurus, ex allegatis à Sanch. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. 20
non autem eſt neceſſaria certitudo naturalis, & phyſica; ſed ſufficit moralis, & probabilis, vt ibi docet cum communi; ergo opinio probabilis non caret ſua certitudine. In qualibet lite iurandum eſt propter calumniam, *ex C. de iureiur. propter calum.* nec actor dicitur peccare, iurando ſe velle proſequi litem, non vt calumniam inferat proximo; ſed vt litem vincat; quia probabiliter exiſtimat, & opinatur, ſe propriam rem ſuam petere; ergo pro obiecto iuramenti habet opinionem probabilem credendo rem poſſeſſam ab aduerſario eſſe ſuam; ſequitur ergo ex his, opinionem probabilem includere ſuam certitudinem, quæ opinantem reddit ſecurum de honeſtate, & rectitudine ſuæ operationis, & quod probabilitas hanc includat certitudinem colligitur *ex l.* 2. *§. quod obſeruari, C. de iuram. calum.* ibi: *Et licet vera cauſa natura alia forſitan eſt, tamen quod quiſque credit, & exiſtimat, hoc eſſe iurandum.* Credulitas ergo, & exiſtimatio, id eſt, opinio ſuam habet certitudinem; quia iuramentum cadere debet ſuper re certa aliqua certitudine vel ſcientiæ, vel probabilitatis; certitudinem autem opinionis Ioannes de Turrecrem. *diſtinct. ſeptima de Pœnitentia, cap. Nemo, numero ſecundo*, ſecundum Sanctum Thomam, Diuum Bonauenturam, & Albertum Magnum, 21
appellat certitudinem coniecturæ, quis enim opinari poteſt, ſe certum eſſe dignum amore certitudine coniecturæ, non certitudine ſcientiæ, an ſit dignus odio, vel amore. Manet ergo probatum totum argumentum ſectatorum opinionis probabilis, reiectis examinationibus Patris Mercori.

Qui ſubiungit, ſectatores in eo argumento paralogizare, non demóſtrare, 22
qui ſub prędicta maiore ponunt minorem ſecundum diuerſam rationem. Et ſicut eſt fallacia compoſitionis dicere:

S cere:

cere: *Omnis homo poteſt ſaluus fieri; Iudas cum peccato eſt homo; ergo cum peccato poteſt ſaluus fieri.* Ita prorſus eſt idem paralogiſmus dicere. *Opinio probabilis poteſt eſſe ſufficiens regula morum; opinio minus probabilis concurrente probabiliore eſt opinio probabilis; ergo opinio minus probabilis, concurrente probabiliore eſt ſufficiens regula morum.* Fit enim tranſitus à probabilitate ſimpliciter ad probabilitatem impeditam ob concurſum oppoſitæ probabilioris.

23 Impugnatur paritas, & ſimilitudo argumentandi; nam in primo exemplo eſt fallacia compoſitionis, non vero in noſtro, in quo verum formatur argumentum, & medius terminus, *opinio probabilis*, ſumitur in genere, quæ ſicut in minori prædicatur de opinione minus probabili tanquam de eius ſpecie in dicto ſyllogiſmo, ita prædicari poteſt de opinione probabiliore, ſi formetur ſyllogiſmus hoc modo. *Omnis opinio probabilis eſt ſufficiens regula morum; ſed probabilior eſt opinio probabilis; ergo regula morum.* Maior propoſitio in vtroque vniuerſalis eſt; quia omnis opinio probabilis in moralibus regulat mores. Et non ſola probabilior; ſi enim maiorem intelligis de illa tantum petis principium, vt verè ſentis ſub illis terminis, dum dicis fieri tranſitum à probabilitate ſimpliciter ad probabilitatem impeditam ob concurſum probabilioris. Quid enim per ſe eſt illa probabilitas ſimpliciter; niſi ipſa probabilitas ſub ratione probabilioris; aliter ſi ſumas illam genericè, & communiter vtrique, non ſit aliquis tranſitus vitioſus; quia genus prædi-

24 catur de omnibus ſuis ſpeciebus; non potes autem negare medium, *opinio probabilis*, eſſe genus ad vtramq; cum non ſolum opinio probabilior, ſed etiam minus probabilis ſint ſpecies opinionis probabilis; vtraq; enim dicitur probabilis, quare argumentum dupliciter formaliter conſtrui poteſt de ſingulis ſpeciebus prædictis, ſeparando vnam ab alia; cum genus ipſum in minori propoſitione prædicari poſſit de vna ſpecie ſine alia, cum vna ab alia non dependeat, cum ſint inter ſe diſparatæ, & diuerſæ. Vnde parum refert coniungere vnam cum alia, cum probabilitas vnius non conſtituatur ab alia, neque tolli poſſit; cum comparatiuum ſemper ſupponat poſitiuum in vtroque. Et quæſtio noſtra 25 cum amicis proponitur, & reſoluitur ſimpliciter, ſine vllo ordine ad probabiliorem, à qua non accipit ſuam probabilitatem, ſed à genere, ſicut homo animalitatem ab animali genere. Ex his ergo patet nullam in argumento eſſe fallaciam; quia medius terminus, *opinio probabilis*, ſub forma probabilitatis communicatur vniuoce vtrique, & conſequenter ſuum prædicatum, quod vtraque opinio probabilis, & probabilior eſt regula morum. Et huiuſmodi compoſitio vtriuſq; ſpeciei ſimul, quamvis non neceſſaria, nullam importat fallaciam; quia genus prædicatur de omnibus ſuis ſpeciebus, ſiue compoſitiuè, ſiue diuiſiuè, & diſtributiuè accipiantur. Verum enim eſt dicere, quod homo, leo & ouis eſt, & ſunt animal; Et pariter; homo eſt animal, leo eſt animal. Ergo ſimiliter vera ſunt exempla allata de ſpeciebus opinionis ſub eadem opinione probabili, quod illæ ſunt & copulatiuè, & diſtributiuè opinio probabilis, ac proindè regula morum.

Et quoniam argumentum ſupradictum logicè fuit examinatum à P. Mercoro; nos eodem modo ſpectemus illud, conſiderando illud eſſe verum ratione formæ, & nullam continere fallaciam, vt dictum fuit. Nam quoad excluſionem fallaciæ compoſitionis, patet ex definitione huius fallaciæ eam hic non habere locum; ſi- 26 quidem ea definitur cadere in illis propoſitionibus, quæ poſſunt admittere ſenſum compoſitum, & diuiſum; ita vt ſecundum vnum ſenſum ſint veræ, & ſecundum alium falſæ; nam ſi ſecundum vtrumque ſenſum eſſent veræ, vel falſæ non poſſent decipere. Fallacia ergo compoſitionis eſt eorũ, quæ deberent ſeparari, falſa vnio. Diuiſionis vero fallacia eſt falſa ſeparatio eorum, quæ deberent vniri. Fallacia ergo compoſitionis eſt cum ex oratione vera in ſenſu diuiſo infertur concluſio falſa in ſenſu compoſito. Fallacia vero diuiſionis, eſt cum ex oratione vera in ſenſu cõpoſito infertur concluſio falſa in ſenſu diuiſo. Ita omnes cum Meldul. *in Logica tr. 3. c. 2. n. 55. p. 2.*

Applicamus modo, ſi poteſt, hanc 27 doctrinam, vt appareat, Mercorum paralogizare, noſtros vero ſyllogizare. Fallacia compoſitionis eſt aperta

in

Digitized by Google

in argumento pro Iuda; nam verum eſt in ſenſu diuiſo, quod Iudas poterat ſaluari, ſi ab eo peccatum fuiſſet diuiſum per pœnitentiam, vnde non potuit ſaluari defunctus cum peccato, & ſic in ſenſu compoſito ea concluſio fuit falſa. Hæc nullo modo applicari poſſunt argumento de opinione probabili; quia ſiue vtraque ſpecies opinionis probabilis ſumatur in ſenſu compoſito, vt ſumuntur in argumento priori, ſiue in ſenſu diuiſo, vna ſine alia in argumento, ſemper retinent eundum ſenſum, quod ſunt opinio probabilis, & quod ſunt regula morum, vt patet nolenti tergiuerſari, & ſubterfugere veritatem. Vltra quod melius dici poteſt, quod in argumento Iudæ viget potius fallacia à ſimpliciter ad ſecundum quid, hoc modo: *Omnis homo poteſt ſaluus fieri; ergo Iudas cum peccato poteſt ſaluus fieri.* Sed hæc

28 relinque conſideranda à Logicis. Sufficit nobis demonſtraſſe in argumento nullam eſſe fallaciam; ſed eſſe totum verum ratione formæ, & materiæ, quod præterea magis confirmari poteſt, applicando eidem dictum de omni logicum fundamentum primæ figuræ. Quidquid enim affirmatur de ſubiecto, quod eſt medius terminus affirmatur de quolibet contento ſub eodem ſubiecto; certum autem eſt, quod, *regula morum*, prædicatur de opinione probabili ſubiecto medio termino; ergo neceſſe, eſt, quod prædicetur etiam de contentis ſub ſe, conſequenter opinio minus probabilis, & magis probabilis eſt regula morum. Ecce patens demonſtratio, cui non debet ab aduerſario contradici.

29 Remanet aliquale dubium reſoluendum; nam Mercorus, dicit, quod in eo argumento fit tranſitus à probabilitate ſimpliciter ad probabilitatem impeditam ob concurſum oppoſitæ probabilioris. Quid eſt hæc probabilitas ſimpliciter, aut enim eſt probabilitas in genere, aut minus probabilis, aut magis probabilis; extra has enim nulla alia datur probabilitas. Si eſt probabilitas in genere legitimus eſt tranſitus à genere ad ſpecies quaſlibet; non poteſt per te eſſe probabilitas minus, quia hanc reiicis à regula morum, & tibi in hoc contradicis, dum concedis minorem, quod opinio minus probabilis ſit opinio probabilis, neceſſario debes concedere, quod ipſa ſit regula morum ex vi principij primæ figuræ, iuxta ſuperius dicta; reſtat ergo quod per te hæc probabilitas ſimplex reſtringatur ad probabiliorē; & ſic petis principium probādo idem per idem; neceſſe ergo eſt, vt euites hanc fallaciam, fateri, medium terminum eſſe genus commune ad vtrumque, & non eſſe idem, quod ipſa opinio probabilior, ex quo vlterius cogeris fateri, opinionem minus probabilem eſſe regulam morum, dum continetur ſub genere opinionis, quod eſt regula morum. Dubium, inquam, ex prædictis eius verbis, videtur in eo conſiſtere, quod ſola probabilitas ſecundum quod eſt probabilior ſit regula morum; quia ea eſt ſimpliciter probabilitas.

Contra, tum quia ſi ex ratione comparatiua cauſatur regula morum, non ſolum eſſe magis probabile; ſed etiam eſſe minus tale cauſabit regulam morum; quia ratio comparatiui reperitur in vtraq; ſpecie, & licet ratio magis præponderet, quam ratio minus, non tollit eſſe regulatiuum morum; quia illæ rationes aduerſantur ad ſe inuicem; non tamen tollunt rationem poſitiuam probabilitatis; remanet ergo eſſe regulatiuū morū in vtraque. Tùm quia probabile vt tale ſecundum ſuā formam probabilitatis eſt regulatiuū morum, ſicut aliæ formæ vt tales dicunt ſuum effectum formalem præſcindēdo à magis, & minus; non enim calor ſecundum quod intenditur, vel remittitur, calefacit, ſed ſecundum quod forma actiua eſt de ſe; intentio enim & remiſſio conſequuntur ad illā iam in ſua virtute calefaciendi conſtitutam; ita vis regulandi mores eſt in ipſa opinione vt probabili ſine intentione, & remiſſione, quæ conſequuntur illam iam conſtitutam cum ſua virtute regulandi actiones humanas, vt rectè fiant ſecundum conſcientiam illuminatam à probabilitate. 30

Secunda ratio Mercori oſtendens probabilitatem reflexè cognitam in parte minus probabili non eſſe mediū ſufficiens certificans conſcientiam de rectitudine operationis, eſt talis: *Si ex vi probabilitatis ſententiæ minus probabilis operans poſſet certificari hic, & nunc non peccare illam eligendo, nullus vnquā peccaret ſequendo conſcientiam dubiam.*

Nam non datur conſcientia dubia, niſi ſimul concipiatur cum aliqua probabilitate; ſi enim dubito, an mihi hic, & nunc liceat venari, eſt; quia vtrinq; habeo rationes probabiles; ſi ergo per te probabilitas, concurrente oppoſita probabilitate, certificat conſcientiam, ſequitur omnem conſcientiam dubiam eſſe certam, vel ſaltem habere medium, quo poſſet certificari; eſſet autem ſtultus, qui vellet operari ex conſcientia dubia, ſi ſtante eadem cognitione poſſet operari ex conſcientia certa; nunquam igitur daretur caſus, quo quis poſſet operari cum conſcientia dubia.

32 Impugnatur hæc ratio; quia dum confundit dubium cum opinione, vt quippe omnino ad inuicem aduerſantia, nihil probat, nullus enim dicit, quod opinans minus probabiliter ſit dubitans; ergo nec opinio eſt dubium, à coniugatis enim valet argumentum, & à concretis ad abſtracta. Et quod dubium non habeat locum in opinionibus docui *cap.* 14. *numero tertio, & 6.* item *capite nono*, *num.* 31. 33. 57. 59. *& 63.*

33 Proſequitur inſiſtendo dubio permixto per ipſum opinioni minus probabili, ac proinde cum eo operando peccare. Sed quoniam aliud fundamentum, niſi hoc fracidum, habet, ideo non oportet impugnare quod ſæpius euerſum fuit.

34 Tertia ratio deſumitur à Mercoro ab eo, quod non poteſt intellectus opinari ſententiam minus probabilem concurrente probabiliori oppoſita. Sic arguit ex duobus ſuppoſitis in argumento hoc incluſis: *Qui tuta conſcientia vult ſequi aliquam ſententiam in moralibus, oportet vt de ea formet iudicium particulare practicum ſaltem opinatiuum, & dicat: Mihi modo licet habere plures prabendas: ſed dato, quod ſententia de habendis pluribus præbendis ſit minus probabilis, quam ſua oppoſita negatiua, non valet intellectus meus facere hoc iudicium particulare opinatiuum, quod hic, & nunc mihi liceat habere plures prabendas, quia intellectus non valet opinari de hac vniuerſali: Licitum eſt clerico habere plures præbendas, quando eſt in concurſu oppoſita probabilioris*, vt probauit *art.* 3. *ergo ſtante tali concurſu neque valebit opinari de particulari*, *quia* vt dictum eſt, *ſi intellectus non valet opinari de vniuerſali, neque de particulari*, *&c.*

Impugnatur hoc argumentum, cum nullius ſit roboris; quo enim iure negat, intellectum poſſe opinari minus probabilem in concurſu probabilioris? Certè de hac ſua negatiua nullam affert rationem, in qua tota eſt difficultas, imò id eſt in quæſtione apud ipſum, & ideo probandum. Ego autem oſtendo, non obſtante concurſu probabilioris intellectum opinari poſſe minus probabilem ſic: *Minus probabilis in ſua probabilitate, veritate, & certitudine conſtituitur per ſua principia, & motiua, per quæ intellectus cognoſcit eam probabilem, veram, & certam independenter ab oppoſita, quia oppoſita non conſtituuntur ex oppoſitis, & extrinſecis, ſed per ſua principia intrinſeca: ergo ſicut in conſtitutione opinio probabilis non dependet ab oppoſitis, ita neque cognoſcitur.* Licet tantum denominetur ſecundum minus per relationem ad oppoſitam, ſic exigente natura comparatiuorum, & relatiuorum, quod non tollit eius probabilitatem in ratione poſitiui, quod ſufficit, vt dicatur regula morum. Parum ergo refert talis concurſus probabilioris, dum non tollit probabilitatem illi ſibi conuenientem; & cum poſſit, vt dixi, eſſe probabilis ſine illo concurſu, ſiue adſit, ſiue non, nequaquam poteſt impedire, quin ſortiatur ſuum effectum, cum ſemper maneat probabilis. *Confirmatur*; quia non eſt maior ratio, cur intellectus poſſit opinari de probabiliore in concurſu minus probabilis, & non de minus probabili in concurſu probabilioris; cum opinari ſit ſpeculatiuè cognoſcere opinionem eſſe regulatiuam morum, & practicè cum effectu operationem eligere ex eius probabilitate, quæ oritur à forma poſitiuè accepta, & non comparatiuè ſpectata, vt probaui *ſupra numero vigeſimo ſexto.* Quare parum refert ille concurſus; cum enim ſit mutuus, ſi præiudicat, non vni tantum, ſed vtrique; opinio enim probabilior, opinio eſt, ſi ſpectetur in concurſu minus probabilis, quæ ſi non extaret, opinio non eſſet, ſed ſcientia; non videtur ergo Mercorus locutus conſequenter, quando dixit, intellectum non poſſe opinari minus probabilem, quando concurrit cũ probabiliore; quaſi dari poſſit opinio minus probabilis ſine probabiliore, quod

quod falſum eſt; quia cum opinio ſit ad vtrumque vna non datur ſine altera, aliter opinio non eſſet, ſi eſſet ad vnum; ſed ſcientia, quæ eſt ad vnum propter neceſſitatem ſui obiecti, quod non poteſt aliter ſe habere, ſicut opinionis obiectum, quod poteſt ſe aliter habere in intellectu noſtro, licet ex parte rei vnum ſit.

37 Quarta ratio, per quam oſtendit eſſe peccatum ſequi opinionem minus probabilem, eſt; quia probabilitas non poteſt eſſe regula humanæ operationis. Supponit omnem regulam ad mores pertinentem debere eſſe conformem legi æternæ; ſed dictamen rationis quod fundatur in vſu opinionis minus probabilis in concurſu probabilioris, neque quantum ad apparentiam conformatur legi æternæ; quia ſtante opinionum conflictu, non magis apparet conformari, quam non conformari, imò magis apparet non conformari, quam conformari; quia pars probabilior ſuadet magis non conformari; ergo dictamen rationis fundatum in opinione minus probabili non poteſt eſſe regula morum.

38 Impugnatur; nam ſuppoſito conceſſo pro maiore, nego minorem; quia dictamen rationis non fundatur in opinionibus comparatiuis; ſed in earum probabilitate; quæ in genere ſpectata communicatur vtriſque ratione cuius vtraque dicitur regula morum, & vtraque eſt conformis regulæ æternæ, aliter neutra eſſet dictamen rationis. Probabilitas igitur non eſt quid indifferens ad conformationem cum lege æterna, dum contrariæ opiniones, ex quo ſunt ambæ probabiles, conformantur ex ſua probabilitate legi æternæ, quæ eſt ipſamet prima ratio, & regula æterna morum, cui non poteſt non conformari vtraque opinio; cùm ab ipſomet etiam Mercoro appellatur

39 dictamen rationis. Falſum quoque eſt probabiliorem ſuadere non conformationem oppoſitæ cum lege æterna, ea ratione, & conſideratione; nam in probabiliore duo ſpectantur, ratio probabilitatis in gradu poſitiuo, quo pacto non præiudicat oppoſitæ, cum ambæ ex æquo à ſuo genere recipiant probabilitatem, vt dixi, ideo vnum alteri non aduerſatur ex ea vniuocatione; & ratio comparationis, quę ſicut non dat gradum niſi ſuo comparatiuo ſecundum magis, & minus; ita neque illum tollit ſuo oppoſito, relinquendo in ſuo ſtatu maioritatis, & minoritatis; cum ergo abſolutè non tollatur ab vtraque probabilitas, opiniones contrariæ ex ea probabilitate dictamine rationis conformantur legi æternæ, ac proinde ambæ ſunt regula morum.

Subiungit dictum mirabile, & meo 40 iudicio falſiſſimum, & valdè ſuſpectum, his verbis: *Addo, Deum, ſtante præſenti diſpoſitione ſuæ ineffabilis prouidentiæ, non poſſe nobis concedere vſum ſententiæ minus probabilis, relicta probabiliore. Supponit*, Deum præcipere, & velle, nos viuere ſecundum virtutem, non quomodocunque; ſed ſecundum quod præſcribit lex æterna, ideſt, faciamus operationes honeſtas, quæ ſint tales à parte rei, aliter lex æterna fruſtra ſtatueretur prima regula morum, proptereaque etiam lumen noſtræ cognitionis, quo dirigimur in bonum ab eadem æterna lege deriuatur. *Id autem probat exaggerando.* Hoc ſuppoſito tamquam certo, cum nobis, inquit, ſit ignotum quid iubeat lex æterna, Deus debet nobis pro regula quo ad nos conſtituere aliquid, ex cuius directione, quandocunque eo vtimur, vt plurimum ſaltem, operemur actum virtutis, iuxta præſcriptum dictæ legis: At vſus ſententiæ minus probabilis, relicta probabiliore, vt plurimum, nos non ducit ad opus honeſtum ſimpliciter; ſed fortè magis nos deducit in errores, cũ ratione ſimpathię obiecti, & potentiæ veriſimilius ſit, id eſſe honeſtum à parte rei, quod ita nobis apparet eſſe, aut ſaltem opus, quod dictat ratio fundata in vſu opinionis minus probabilis, eſt indifferens, vt ſit honeſtum, vel non. Ergo ſi Deus vult nos viuere ſecundum veram virtutem, non poteſt nobis ſtatuere pro regula vſum opinionis minus probabilis, concurrente probabiliore.

Impugnatur primo illius dictum ſecundum ſe; nam in Deo potentiam 41 limitare non debemus, niſi ex euidenti implicantia, & contradictione, cum ſit omnipotens ex ſua infinitate, ſecundum fidem, & Theologos omnes cum S. Thoma *par. 1. q. 25. art. 3.* vbi in corpore hæc habet: *Eſſe autem diuinum, ſuper quod ratio diuinæ potentiæ fundatur, eſt eſſe infinitum non limitatum ad aliquod genus entis; ſed præhabẽs in ſe*

totius eſſe perfectionem; vnde quidquid poteſt habere rationem entis continetur ſub poſſibilibus abſolutis, reſpectu quorum Deus dicitur omnipotens; nihil autem opponitur rationi entis, niſi non ens; hoc autem repugnat rationi poſſibilis abſoluti, quod ſubditur diuinæ omnipotentiæ, quod implicat in ſe eſſe, & non eſſe ſimul. Ergo ſecundum veritatem à Deo fieri non repugnant, niſi quæ implicant eſſe, & non eſſe ſimul; ſed vſus probabilis opinionis non implicat, cum ſit intra rationem entis, nec vt exiſtens modo ſecundum praxim virorum peritorum non intelligatur carere exiſtentia, conſequenter poteſt, imò eſt obiectum diuinæ omnipotentiæ, cum ſit creator omnium exiſtentium; diminuit ergo irrationabiliter de omnipotentia Dei, nullam afferendo implicantiam, nec aliud argumentum, quod quicquam valeat, vt mox patebit.

42 Impugnatur ſecundò, quia id, quod debebat probare ſupponit pro certo in minori, dum ait: *Vſum probabilis minus vt plurimum nos non ducere ad opus honeſtum ſimpliciter; ſed forte nos deducere in errores.* In his verbis dubitatiuis conſiſtit vis argumenti Mercori, recogita benè, quomodo probat ſuum dictum ex argumento dubio. Deinde vtitur clauſula, *vt plurimum*, quæ importat aliquando nos ducere ad opus honeſtum; ergo vſus probabilis opinionis non ſemper caret honeſta operatione; In quo caſu honeſtæ operationis quæro à te, ex quo capite tunc opinio minus probabilis eſt regula morum? Aliud reſpondere non potes niſi ex formali ratione ſuæ probabilitatis; non verò ex probabilitate probabilioris; quia cum hac non fuit operatus; nec ex alia cauſa non aſſignabili; ſi ergo opinio minus probabilis in aliquibus caſibus eſt regula benè operandi, etiam in omnibus, cum omnes iuſtificentur à probabilitate, quæ eſt dictamen rationis. Subiungit, *forte nos deducere in errores*, nihil probat, quia illa dictio eſt dubitatiua. Remanet ergo vſus probabilitatum in ſuo ſtatu, quod opinio minus probabilis ſit regula morum; cum ab hac veritate deiici non poſſit per dubitationem, quæ nihil probat, nec mouere poteſt intellectum ad oppoſitum, niſi alicuius inſipientis.

In confirmationem eorum, quæ dixit, adducit exemplum hoc: *Dux iubet militibus vrbem obſeſſam aggredi hora ſexta noctis, & militibus dat ſpeciale horologium, quia alia ſilent, quod vt plurimum conformatur motui cæli, non verò aliud, quod non minus indicat horam ſextam, quàm decimam, aliter eſſe ſignum euidens, quod non curaret, &c.* Ita ſuppoſito, Deum velle, & præcipere nobis viuere ſecundum virtutem, vt præſcribit lex æterna, implicat hoc velle, & ſimul nobis pro regula conſtituere vſum ſententiæ minus probabilis, per quam indifferenter contingit operari actum virtutis, vel eius oppoſitum. 43

Impugnatur; quia horologia faciunt inter ſe opiniones ambas probabiles, vt docent Sanchez *lib. 2. diſputat.* 41. *num.* 40. §. *Quòd ſi*, Sancius *in ſelect. diſputat.* 42. *num.* 18. cum aliis Diana *part.* 3. *tract.* 4. *de Sacram. reſolut.* 36. Caramuel *in Regul. S. Benedicti, diſputat.* 101. *num.* 1328. vbi ait, per diſcrepantiam vnius quadrantis non deuiare horologia à veritate, ac proinde vtrumque habere rationem opinionis æquè probabilis; quia rectè ambo demonſtrant horam, quam indicant præteritam per primum pulſum. Allatum autem exemplum de duobus horologiis non facit ad propoſitum; dum vnum eorum eſt probabile; aliud autem improbabile; quia nullo modo regulat tempus; dum non minus indicat horam ſextam, quam decimam; vtraque autem opinio eſt probabilis ex ſuppoſitione etiam aduerſarij; ergo exemplum non quadrat; quia opinio minus probabilis non poteſt æquiparari horologio imperfecto, & improbabili, dum ipſa ſupponitur probabilis. 44

45 Opinio autem minus probabilis, ex quo informata eſt probabilitate non poteſt dici indifferens ad actum virtutis, & ad eius oppoſitum; quia actui communicat ſuam perfectionem, & probabilitatem, ſecundum quam dicitur virtuosè, & honeſtè factus. Confirmatur ex dictis *cap.* 18. *à num.* 10. vbi probaui opinionem probabilem participare rationem virtutis; ergo non poteſt dici indifferens ad actus virtutis. Benè ergo, & rationabiliter conſtituitur regula morum; dum ex ſua probabilitate fundatur in ratione virtutis,

Digitized by Google

46 turis; & ideo Deus illam conſtituit regulam noſtrarum actionum, non vt aliquid defectibile, vt ſibi obiicit Mercorus; quia id dicit imperfectionem; ſed vt perfectum quid, cum ſit opinio ex ſua probabilitate perfectio intellectus, qua practicè dirigit voluntatem in bonam, & honeſtam operationem; ſicut enim opinio merè ſpeculatiua in naturalibus, vt quod materia prima habeat proprium actum entitatiuum ex Scotiſtis contra Thomiſtas, non inficit intellectum, ſed perficit, ac proinde dicitur benè, & rectè ſpeculari opinando, ita dum opinatur practicè probabiliter dicendus eſt rectè, & benè opinari, conſequenter eſt vera, & bona regula morum.

47 Quinta Mercori ratio eſt, qua putat, ſe ex principali fundamento oppoſitæ ſententiæ oſtendere, eſſe peccatum ſequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliore. Supponit autem principale fundamentum partis aduerſæ eſſe hoc: Deus nobis conſtituit pro regula morum dictamen rationis, vt homo poſſit licitè agere, quod ſibi probabiliter apparet honeſtum, ita vt formalis ratio rectitudinis humanæ operationis refundatur in ipſam probabilem apparentiam honeſtatis. *Format ex eo ſuam rationem ſic.* Sicut ex præſcripto diuinæ regulæ id ſolum eſt licitum operari, quod nobis apparet honeſtum; ita peccatum eſt agere, quod apparet non honeſtum; ſed quando mihi occurrit opinio minus probabilis cum probabiliore, opus, quod aggredi volo, mihi quidem apparet honeſtum ex motiuo eius opinionis; ſed ſimul mihi magis apparet non honeſtum ex motiuo partis probabilioris; ergo attenta ratione apparentiæ, in qua conſiſtit ratio formalis regulæ rectitudinis humanæ operationis, potius fugiendum eſt, quam proſequendum opus, quod ſuadet opinio minus probabilis. *Igitur vis argumenti eſt hæc.* Opinio probabilis dictat opus eſſe honeſtum, quod probabilior negat; ergo hæc ſequenda eſt, non illa.

48 Impugnatur negando minorem ex ea parte, quod ex motiuo opinionis probabilioris opus dictatum honeſtum ex motiuo minus probabilis appareat non honeſtum, ratio negationis eſt; quia vnaquæque ex contrariis opinionibus conſtituitur in ſuo eſſe probabili ex propriis motiuis, & non ex alienis; & oppoſitæ opinionis, ſiue probabilioris; ſiue minus probabilis, cum vnaquæque propria habeat motiua, & principia, per quæ quælibet opinio conſtituitur probabilis iudicans de honeſtate ſui obiecti, & operationis; ergo remanet adhuc probabilis non obſtante maiori probabilitate in oppoſita, quæ non poteſt negare, & deſtruere probabilitatem minoris opinionis, cum comparatiuum non deſtruat; ſed ſupponat poſitiuum in vtroque comparato, vt ſine contradictione docent omnes, etiam ipſe Mercorus. 49 Deinde, probabilitas probabilitatem non tollit, cum ad inuicem non aduerſentur; ergo probabilioris probabilitas non præiudicat probabilitati opinionis minus probabilis, niſi ratione gradus, & exceſſus, quod non eſt tollere, & deſtruere probabilitatem illius, ſecundum quam opus morale iudicatur honeſtum; licet non in tanta probabilitate, in quanta ſpeculatur per oppoſitam opinionem probabiliorem. Igitur probabilior opinio ratione huius præcisè gradus dicit exceſſum probabilitatis ſupra oppoſitam opinionem minus probabilem. Exemplum ſit: *Thomas Sanchez eſt doctior Andrea; ergo negat doctrinam in Andrea.* Minimè, ſed ſignificat Sanchez in ea excedere illum. Ita in caſu noſtro, opinio probabilior excedit in probabilitate opinionem minus probabilem; illa tamen hanc non ſpoliat ſua probabilitate. Patet magis, & amplius hoc alio exemplo: *Opinio hæc N. habet octo gradus probabilitatis, alia N. habet decem; ergo hæc eſt probabilior, illa minus probabilis; quia exceditur in duobus gradibus; ergo minus probabilis ſpoliatur ſua probabilitate? Nequaquam; ſed remanet adhuc cum ſuis octo gradibus probabilitatis.* Et hæc exempla ad viuum oſtendunt veritatem contra argumentum Mercori, quorum proportio, & ſimilitudo, ſcilicet exemplorum, & opinionum attenditur ratione comparationis expreſsè in prædictis omnibus. Confirmatur; quia ſicut doctrina Sanchez non eſt Andreæ; & gradus vnius non ſunt alterius, ita nec motiua vnius opinionis

Digitized by Google

ſunt motiua alterius opinionis, cum opponantur; ergo talis exceſſus non deſtruit probabilitatem oppoſitæ;ſed ſolum ſignificat, minorem non habere tantam probabilitatem, quantam habet maior.

50 Adducit P. Mercorus exemplum Regis præcipientis Duci, vt in grauioribus ſequatur conſilium ſeptem ſeniorum, occurrit hoſtis, conſulitur; an ſit dimicandum? Tres affirmant, reliqui negant. Dux præliando facit contra conſilium Regis; quia ſequitur minorem partem relicta maiore. Non ſecus apud Regem Regum faciunt, qui in concurſu opinionum vtuntur minus probabili relicta probabiliore, & ſic faciunt contra præceptum Dei.

51 Impugnatur; quia exemplum nullam habet proportionem; conſtat enim minorem partem conſiliariorum nihil concludere poſſe,ac proinde eorum dictum, & conſilium nullam habere probabilitatem, conſequenter Ducem ſequendo eorum conſilium relicto maioris numeri conſilio, feciſſe directè contra præſcriptum à Rege præceptum. In caſu autem noſtro patet opinionem minorem retinere ſuam probabilitatem ex probatis impugnando præcedens argumentum, contra conſilium minoris partis, quod fuit omnino improbabile, & contra præceptum à Rege datum. Non conſtat autem, quod Deus hominibus dederit præceptum ſequendi probabiliorem opinionem, relicta, & condemnata minus probabili, ſicut à Rege fuerat damnatum conſilium minoris partis; dum Duci præſcripſit, vt in grauioribus negotiis ſequeretur conſilium ſeptem ſenio-
52 rum. Demum P. Mercorus nondum aſſignauit, ex quo loco Sacræ Scripturæ, aut Conciliorum, aut Summorum Pontificum auctoritate ſit præceptum, ſequendam eſſe opinionem probabiliorem cum reprobatione minus probabilis; dum ergo non conſtat de huiuſmodi reprobatione, eam ſequi poſſumus.

CAPVT XXIII.

An hæc regula: In dubiis tutior pars eſt eligenda, *faueat Opinioni probabiliori, contra minùs probabilem?*

QVamuis hanc eandem 1
difficultatem expedierim ex profeſſo *ſub cap.* 14. contra Merendam, probando eam non excedere ſuos terminos, hoc eſt, intelligendam eſſe de dubiis, vt iacet in ſuis terminis; & proinde non habere locum in opinionibus, quæ ſine dubio ſunt aliud à dubiis, vt ibi latiùs oſtendi etiam in ſententia Magiſtrorum D.Thomæ, & Scoti. Nihilominus hic repetenda eſt contra P.M. Mercorum, vt eius obiectionibus, & argumentis ſatisfaciamus.

Colligitur ex dictis *ibidem*, illam 2
regulam non facere opinioni probabiliori contra minus probabilem, eo ipſo, quod probatur à lege fuiſſe pronuntiatam pro caſibus dubiis, non pro opinionibus, quæ euaneſcere faciunt dubium.

Reſpondet P. Mercorus, hanc re- 3
gulam optimè confirmare, quod nos non poſſumus ſequi tutò minus probabilem in concurſu probabilioris. Pro cuius intelligentia obſeruat, aliquam opinionem non dici tutiorem; quia eſt probabilior,neque minus tutam; quia minus probabilis; nam poteſt eſſe, quod aliqua ſit minus probabilis, & ſit tutior, & alia ſit magis probabilis, & ſit minus tuta. Regula ergo ſecuritatis in moralibus non deſumitur ex maiori, vel minori probabilitate; ſed ex carentia periculi offendendi Deum; nam prudentia dictat,eam viam eſſe ſequendam,quæ omni caret periculo.

Impugnatur in eo, quod dicit, ſe- 4
curitatem in opinionibus non accipi à maiori, vel minori probabilitate; ſed à carentia tantum periculi peccandi. *Primò*, quia ex dictis in præcedentibus, probabilitas eſt regula morum; ergo eam ſequentes ſunt ſecuri à periculo peccati, id patet *ex cap.17.num.6.& in præced.22. à n.13.*

&

& multis aliis in locis. *Secundò*, in mo-
ralibus probabilitas nihil aliud im-
portat, quam iudicium rectæ, & bo-
næ operationis; ergo ex ea oritur ſe-
curitas operandi ſine periculo pec-
candi, dum agens cum probabilitate
5 rectè, & benè operatur. Nec eſt ne-
ceſſaria illa maior probabilitas; quia
gradus comparatiuus non facit pro-
babilitatem; ſed illam ſuppoſitam in
gradu poſitiuo auget; prius enim eſt
aliquid eſſe ſimpliciter ſecundum
ſuam formam, quam ſecundum quid,
ſeu modum, & comparationem, cum
prius ſit abſolutum, quam compara-
tiuum; ergo prius eſt ratio probabili-
tatis in opinione, quam adiunctus
gradus maioritatis. Faciunt dicta *ca-*
6 *pite 22.num.38.* *Tertiò*, ignorantes, vel
parum docti quærentes opinionem
pro ſe, non quamlibet petunt; ſed
probabilem, & Doctores pariter cu-
rant diligenter ſtabilire opinionem
in ſua probabilitate. Quare hoc fa-
ciunt? Qualis eſt eorum finis? Niſi;
vt ſciant, ſe certos eſſe, non pecca-
turos, operando ſecundum opinio-
nem probabilem; quod ſignum eſt,
huius naturæ eſſe probabilitatem in
opinione, vt opinans non ſolum ſpe-
culatiuè; ſed etiam practicè ſit ſecu-
rus non peccare; ergo ab opinione
probabili oritur ſecuritas non pec-
7 candi in operando. *Quartò*, dicit Mer-
corus, quod poteſt dari opinio, quæ
ſit magis probabilis, & minus tuta;
ergo non poſſumus ſequi, ſecundum
ipſum, probabiliorem, quando eſt
minus tuta. Et pariter dicit, quod
poteſt dari aliqua minus probabilis,
etſi tutior; ergo aliquando poſſu-
mus ſequi minus probabilem, contra
probabiliorem; quando minus pro-
babilis eſt tutior; id autem eſt con-
fundere probabilitatis doctrinam,
etiam in caſu maioris probabilitatis.
8 *Quintò*, ſi ſecuritas immediatè, & di-
rectè fundatur in carentia periculi
peccandi; ergo poſitiuum, cuiuſmo-
di eſt ſecuritas, fundatur in negatiuo,
quod eſt dicta carentia; contra veri-
tatem, cum poſitiuum præcedat ne-
gatiuum, & habitus priuationem, &
carentiam præcedit. *Sextò*, carentia
eſt ſignum à poſteriori, indicans ſe-
curitatem infuiſſe operationi; & non
fuiſſe peccaminoſam, vnde neceſſe
eſt, quod ſecuritas præcedenter co-
gnita ſit comitans bonam operatio-
nem; ac proinde eam ab alio deriua-
re, quod non poteſt eſſe aliud, quam
ipſa probabilitas; qua operatio iudi-
catur tuta, & ſecura. *Septimò*, vtraque 9
opinio ex quo eſt tuta; & ſi non tu-
tior, habet ſuam ſecuritatem; adeo
quod non eſt neceſſe, vnam eſſe tu-
tiorem, & ſecuriorem alia in ordine
ad periculum peccati; à quo quæli-
bet opinio vti tuta eſt aliena. *Octauò*,
videtur ſibi contradicere; ſtatuit enim
ſuam concluſionem, eam regulam
confirmare opinionem probabilio-
rem contra minus probabilem, &
tamen quandoque, vt paulò pòſt di-
cit, opinio probabilior eſt minus tu-
tior; ergo ea regulà non confirmat
ſuam concluſionem; quia ſequendo
probabiliorem; non ſemper eligit
tutiorem, ſi aliquando ea eſt minus
tuta.

Refert autem Mercorus diuerſas
reſponſiones, quas nonnulli dant
præfatæ regulæ.

Prima eſt, quod ea locum habeat, 10
quando dubium eſt æquilibre. Sed
ego dico, ſiue æquilibre, ſiue inæ-
quale ſit dubium, & non deponatur
legitimè, quemlibet teneri illam ſe-
qui; & in hoc nullus contradicit;
quia agens contra conſcientiam du-
biam peccat, ex probatis *cap.4.num.4.*
Iſta interpretatio nec pro, nec contra
vſum opinionis minus probabilis;
quia non miſcetur cum dubio, de quo
præciſè intelligitur regula.

Secunda eſt, dicentium regulam 11
eſſe pro foro fori, non pro foro con-
ſcientiæ. Communis, & vera ſenten-
tia eſt, regulam eſſe pro vtroque fo-
ro, qui ſemper concordant, quando-
cumque externus non fundatur in
præſumptione, vt dixi *cap.4. n.26.* ſe-
quitur Mercorus.

Tertia eſt, dicentium, regulam lo- 12
cum habere in contradictoriis dubiis,
quando vna pars præcepto fauens eſt
probabilis, & oppoſita fauens liber-
tati non peruenit ad probabilitatem,
in quibus dubiis eligitur tutior. Sed
hanc interpretationem nos reiicimus
non ſolum abſolutè; quia probabile,
& dubium non concurrunt; ſed etiam
reſpectu Mercori adducentis contra
ipſam, Clementinam, in qua vult
miſceri dubium cum opinionibus
hinc inde vrgentibus. Probaui enim
cap.14.

Digitized by Google

*cap.*14. *num.*35. non obſtantibus contradictoriis opinionibus in obſeruatione Regulæ S. Franciſci, inde non colligi dubium induci ad ſequendam tutiorem partem, ſed Summum Pontificem Regulam declaraſſe, non vt damnaret opiniones in concurſu ſecundum magis, & minus; ſed eo fine, vt omnes profeſſi vniformes eſſent in obſeruatione Regulæ.

13 Quarta eſt aliorum dicentium, regulam eſſe de conſilio, non de præcepto, & ſi aliquando habet vim præcepti, eſt ſolum in caſibus in iure expreſſis.

14 Dico ego, regulam hanc nunquam eſſe de conſilio, ſed ſemper de præcepto; vbi agitur de dubiis verè dubiis, & non de opinionibus, reſpectu quarum dici poteſt eſſe conſilium, tolerando abuſum miſcentium dubium cum veris opinionibus. Dum ergo difficultas non reſoluitur, remanente adhuc dubio, cum eo dubitans operari non poteſt, ideo ſequi debet tutiorem partem; & in hoc nullus contradicit.

15 Mercorus hic innixus eo falſo ſuo fundamento, quod dubium miſcetur opinionibus, reſpondet, eam Gloſſam fundari in æquiuocatione ab eo reprobata; nimirum, quia minus probabilis in concurſu probabilioris eſt probabilis; & ita gloſſantes ſic paralogizant: *Quando in dubio vna pars eſt probabilior, & ſua oppoſita minus probabilis, licet probabilior ſit tutior, tamen etiam minus probabilis eſt tuta; non eſt autem neceſſarium ſequi tutiorem, ſed ſufficit ſequi tutam. Quemadmodum tutum eſt manere in ſæculo; at tutius eſt ingredi Religionem, quod tamen non eſt de præcepto; ſed tantum de conſilio; ergo non eſt de præcepto ſequi tutiorem.*

16 Impugnatur in quantum ait aduerſarios paralogizare in eo, quod vtraque opinio probabilis, & probabilior, appellantur, illa tuta, hæc tutior. Veriſſimum eſt hoc fundamentum, quod ratio tuitionis, & ſecuritatis non ſolùm habetur ex opinione probabiliore; ſed etiam à minus probabili, vt pluribus probaui *de ſecuritate opinionis probabilis*, *cap.* 22. 13. & 19. dum enim probatur certa non poteſt non eſſe ſecura; ſecuritas enim idem eſt cum certitudine. *Confirmatur*; quia vbi datur vnum comparatiuum, datur & alterum; quia ſunt relatiua diſquiparantiæ vnius formæ ſecundum magis, & minus; conſtat autem opinionem probabiliorem dici tutiorem; ergo minus probabilis eſt minus tuta, tamen adhuc eſt tuta; quia comparatiuum ſupponit poſitiuum in vtroque extremo. Et ex his tollitur paralogiſmus potius ipſius Mercori ſupponentis dubium miſceri in opinionibus contra veritatem, vnde aduerſarij argumentum non ita formant, ſicut ipſe fecit.

Proſequitur eam Gloſſam: *Si eſt de conſilio in dubiis ſequi partem tutiorem; ergo eſt etiam de præcepto.* Probat conſequentiam, quia ſi eſt de conſilio ſequi tutiorem; ergo eſt melius eam ſequi. Quare eſt melius? Certè, quia ipſam ſequendo euitatur periculum tranſgrediendi diuinum præceptum, quam ſi oppoſitam ſequeremur; atqui tenemur ex præcepto meliori modo nobis poſſibili euitare periculum violandi Dei præceptum; ergo ſi per ſe eſt de conſilio in dubiis ſequi tutiorem partem, etiam ſimul eſt de præcepto. 17

Confirmat: Opinio tuta eſt illa, quæ caret omni periculo offendendi Deum; ſi enim non careret, iam tuta non eſſet. Sed non poteſt excogitari maior ſecuritas, quam illa, quæ caret omni periculo; ergo ſi aliqua ſententia eſt tuta moraliter eſt etiam tutior, imò tutiſſima moraliter; in opinionibus ergo oppoſitis non poteſt deſignari vna tuta, altera tutior, conſequenter non poteſt dari conſilium, vt relicta tuta, ſequamur tutiorem. 18

Impugnatur fauore ſic gloſſantium, eam regulam eſſe de conſilio, non poſſe, nimirum, ex hoc eſſe ſimul de conſilio, & de præcepto, intellige reſpectu eiuſdem, vt debet intelligi; quia implicaret idem reſpectu eiuſdem eſſe præceptum, & non eſſe præceptum, ſi eſſet de conſilio; opponuntur enim ambo, & ſe inuicem expellunt ab eodem obiecto, *l. Cùm pater*, 79. §. *Mando*, *ff. de legat.* 2. *Reg.* 62. *in* 6. *cap. Quiſquis*, 3. 14. *q.* 1. In forma ad argumentum, nego conſequentiam, ad eius probationem, dico eſſe melius ſequi tutiorem. Ratio autem huius poteſt eſſe, quia perfectior eſt operatio; & etiam, quia vt ait ipſe, 19

magis

magis euitatur periculum peccandi, quam ſi ſequatur oppoſita; ex hoc tamen non ſequitur, non euitari etiam peccandi periculum operando cum oppoſita, cum adhuc dicatur tuta, licet non tantum, quantum tutior; ſed ſufficienter ſit tuta ad euitandum peccatum, cum in ea ſolum ſit conceptibile, non quod reuera ſit, periculum imaginarium, & remotum, quod nulla ratione poteſt inducere peccatum. Falſa eſt minor, quod ex meliori præcepto, &c. Nam nemo tenetur ad melius ex probatis *cap. 6. num. 9. cap. 7. num. 27.* Præterea ex eius minori ſequitur dari præceptum bonum, ſi datur vnum alio melius, ac proinde nos poſſe operari ſecundum præceptum bonum relicto meliori.

20 Et ex his patet ad confirmationem omnem opinionem ſiue probabiliorem, ſiue minus probabilem, eſſe ex æquo tutas, & tutiſſimas in eo quod in neutris practicandis aliquod reperitur periculum offendendi Deum. Vnam verò dici tutiorem altera, in eo, quod in tutiore nulla poteſt dari imaginatio periculi, ſicut in minus tuta; talis autem imaginatio procedit potius ex puſillanimitate, & ignorantia eorum, qui neſciunt opinari, & illa idem eſt, quod formido, quæ abeſt à ſciente benè operari. Quòd autem opinio tam probabilis, quam probabilior ſint ex æquo tutiſſimæ, & immunes à periculo peccandi, docent omnes noſtræ ſententiæ, in ſpecie Sancius *in ſelect. diſput. 44. num. 66. ſuprà cap. 5. num.* 40. quem citat Spinula *diſputat. 3. ſect. 7. verſ. Ex quo patet.* Caramuel *in ſua Theolog. Fundament. Prolog. n. 3.*

21 Adde, quod ſibi contradicit, concludit enim in confirmatione ſua in opinionibus oppoſitis, quod non poteſt dari vna tuta, altera tutior, conſequenter non poteſt dari conſilium, vt relicta tuta, ſequamur tutiorem. Initio verò articuli diſtinxerat tutiorem, & minus tutam à probabiliore, & minus probabili, vt non omnis tutior ſit etiam probabilior, cum poſſit eſſe minus tuta, & probabilior; ergo opiniones eſſe vnam tutam, & aliam tutiorem non ſunt vna opinio; ſed plures; vnde poteſt dari conſilium, vt relicta tuta, amplectatur tutior.

Reſpondet Mercorus ad id quod *ſuprà* dictum fuit, opinionem tutiorem excludere omne periculum etiam imaginarium; tutam verò omne periculum morale, licet non imaginarium. Euerti regulam; quia, inquit, in huiuſmodi dubiis tantum abeſt dari conſilium de ſequenda tutiore, quod potius ſolet dari de ſequenda opinione tuta moraliter; & de omittenda tutiore, id eſt, carente omni periculo imaginario, vt patet in ſcrupuloſis, qui conſultius contra ſcrupulos operari à confeſſariis ſolent moneri. Imò ita dictat prudentia; non enim eſſet magis prudens, qui relicta via tuta, vellet tutiorem, & tutiſſimam eligere, vt euitaret etiam periculum imaginabile. Sicut in Euangelio imprudentia fuit notatus ille ſeruus, qui Domini talentum abſcondit, dum nimiam ſecuritatem affectauit; vnde *Prouerb.* 23. habetur: *Prudentia tua pone modum.* 22

Impugnatur; nam hoc argumentum eius ſupponit vnicam eſſe opinionem, quam vocat tutam, & non tutiorem; immemor quod *ſuperius* dixerat de concurſu opinionis probabilis cum probabiliore; conuictus enim ex vi argumentorum ſupradictorum, coactus fuit paralogizare æquiuocando, ſumendo vnum pro alio; nimirum ſcrupulum loco opinionis tutioris, de quo certo ſermo non eſt, neque apud nos, neque apud illum debet eſſe. Igitur remanet vera reſponſio, quod hic cum ipſo, velit nolit, agitur de concurſu opinionis probabilis, & probabilioris, ſeu minus tutæ, & magis tutæ, & eſſe conſilium ſequi magis tutam, cum ſine peccato amplecti poſſit minus tuta, quæ ſtat cum periculo imaginario, ex quo nullum ſequitur formale peccatum; bonorum enim eſt mentium timere periculum, vbi non eſt niſi imaginarium; *cap. 4. diſtinct. 5. in fine, cap. 2. de obſeru. diuin.* vt dixi etiam *cap. 10. num. 7.* contra Candidum. Nec ſeruus, qui abſcondit talentum Domini notatur de imprudentia; ſed de negligentia, & torpore, ſecundum D. Gregorium *homil. 9.* ibi: *Seruum verò à bono opere torpentem damnat.* Imò Chriſtus Dominus idem expreſſit Matthæi 25. 26. *Serue male, & piger, ſciebas, quia meto, vbi non ſemino;* ergo 23 24 25

Digitized by Google

ergo argutus fuit de pigritia, & non de imprudentia. Nec dicitur nimiam ſecuritatem affectare, qui concipit periculum imaginarium; coincidit enim cum formidine, quæ eſt de ra-
26 tione opinionis. Dictum autem Salomonis interpretatur à S. Thoma 2. 2. q. 47. art. 4. ad 3. *Non eſt ſic intelligendum, quod ipſa prudentia ſit moderanda; ſed quia ſecundum prudentiam eſt aliquis modus imponendus.* Modus autem prudentialis videtur poſitus, quando ex duabus opinionibus probabilibus etiam inæqualiter, vnam ex illis eligit, quam vult, ſicut non excedit modum prudentiæ, ſed prudenter ſe gerit, qui ex duobus malis eligit minus malum; ita & qui eligit bonum, licet poſſet eligere melius, ad quod non tenetur niſi de conſilio, prudens eſt.

27 Ad obiectionem aduerſariorum inexpugnabilem poſitam initio huius *art.* 9. quia ſcilicet comparatiuum ſupponit poſitiuum, vt ſi probabilior eſt tutior; ergo minus probabilis eſt tuta. Reſpondet, illud verbum *tutior* in hac regula non eſſe exponendum comparatiuè, ſed aduerſatiuè; vtimur enim hac phraſi, quando vnum ex duabus propoſitis, & oppoſitis eligimus; ſolemus enim dicere:
28 *Melius eſt mori, quam peccare*, non quod bonum ſit non peccare, & quod melius ſit mori; ſed eſt ſenſus, de duobus propoſitis, malum eſt peccare, & bonum mori, iuxta illud Danielis 13. *Anguſtiæ mihi ſunt vndique, ſed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.*

29 Impugnatur *Primò*, quia per hanc reſponſionem videtur inſinuare non dari concurſum opinionum oppoſitarum ſecundum magis, & minus, & ſic excludit ſenſum comparatiuum à dictione *tutior*, cum neceſſario debeat opinioni tutæ reſpondere concurſus duarum, ſcilicet, minus tutæ, & magis tutæ, ſicut dictum eſt de minus probabili. & magis probabili, cum non ſit maior ratio de vna diuiſione,
30 quam de alia. *Secundò*, imò eius expoſitio, quam dicit aduerſatiuam non excludit comparatiuam, quia idem ſibi ipſi non aduerſatur, ſed alteri; ergo ratio *tutior* accepta aduerſatiuè neceſſario refertur ad aliud minus tutum ac proinde tutum ex forma poſitiua vtrique inexiſtente ſecundum magis, & minus, ſicut proportionaliter dictum fuit de opinionibus minus, & magis probabilibus. *Tertiò*, allatum exemplum 31
de comparatiuo abuſiuo non facit ad rem, quia in ea regula: *In dubiis tutior pars eſt eligenda*, ſumitur propriè comparatiuè, vt manifeſtè colligitur ex ſacris Canonibus, in quibus ea exprimitur, vt vidimus *ſub cap.* 14. *per totum*, vbi textus allatos à Merenda explicauimus; & ratio ipſius 32
dubij ſemper ſupponit dualitatem, ſicut & ratio opinionis, quæ eſt ad contraria, ſeu contradictoria; ergo in vno illorum eſt pars minus tuta, & in alio magis tuta, & ſic *tutior* non ſumitur abuſiuè, ſed reuerà comparatiuè, ſupponendo poſitiuum eiuſdem qualitatis in vtroque extremo, quod non apparet in illo argumento, & exemplo, & ideo non facit ad rem præſentem.

CAPVT XXIV.

An Opinio probabilis probetur, vel reprobetur ex S. Scriptura?

EX dictis *ſub cap.* 13. colligitur, opinionem probabilem in concurſu probabilioris approbari ex ſacris Scripturis veteris, & noui Teſtamenti, ex D. Paulo *ſub num.* 13. *&* 20. & ex Angelis Cuſtodibus Perſarum, & Iudæorum ibidem *ſub n.* 51. *& ſeq.* Lege ibi. 1

Reuerendiſſimus P. Magiſter Mercorus hanc quæſtionem tractat *ſub duobus articulis* 19. *&* 20. *eiuſdem* 2. *partis*, & reſoluit *in art.* 19. aliqua facta ſacræ Scripturæ aduerſari vſui probabilitatum. 2

Probat primò, ex tranſgreſſione parentum, qui potuerunt habere probabilitatem, ſe mortaliter non peccaturos comedentes de pomo vetito; *Primò*, quia lex pœnalis non obligat niſi ad culpam ciuilem ſecundum probabilem opinionem. *Secundò*, poterant probabiliter credere, ſe non grauiter peccaturos, cum non deſint Doctores aſſerentes, Deum non poſ- 3

ſe

Digitized by Google

ſe præcipere aliquid leue ſub culpa graui. *Tertiò*, lex pœnalis exorbitans à iure communi non extenditur ad perſonas in ea non nominatas, Carena *titul.* 13. §. 2. *part.* 2. Præceptum factum fuit ſoli Adamo antequam crearetur Eua. Et præcepit ei dicens: *Ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.*

4 Impugnatur, quia nullo modo veriſimile eſſe poteſt, quod parentes potuerint aliquam habere probabilitatem; ſe non peccaturos; quia illud præceptum erat eis manifeſtiſſime notum cum ſua pœna, & ſciebant illud nullam pati excuſationem, aut exceptionem; nam *cap.* 3. *Geneſ.* 3. *Præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur.* Non poſuit ergo hoc præceptum eſſe obiectum opinionis; ſed ſolius certæ ſcientiæ; imò nec dubitationis; licet

5 Eua fuerit locuta per verbum, *Fortè moriamur*, referendum non ad præceptum, ſed ad pœnam, quam ſubituri erant tranſgreſſores. Non credidit ergo Eua poſſe mori, inquit, Diuus Auguſt. *tom.* 3. *lib.* 11. *de Geneſi ad literam, c.* 30. Notum ergo illis erat præceptum, & nota tranſgreſſio grauis; licet enim ſuum caſum non præuide-

6 rint, vt ait D. Auguſt. *ibid. cap.* 18. Sciebant nihilominus, graue eſſe peccatum Deo non obedire, vt colligitur ex reſponſione Euæ data ſerpenti quærenti ab ea, cur præceperit eis ne comederent, perſuadendo comeſtionem: *Præcepit nobis Deus ne comedere-*

7 *mus.* Abſtinebant ergo, quia ſciebant tranſgreſſionem eſſe graue peccatum; nec illud ignorauerunt, vt ait Magi-

8 ſter 2. *ſent. diſt.* 22. § *Obiectio contra.* Peccatum igitur eorum non fuit ex ignorantia, quia ſciebant præceptum, & eius grauitatem; ibidem Scotus *q. vn. & in præced. diſt.* 21. *q.* 2. ait fuiſſe graue; imò grauiſſimum, vt ſentit etiam 2. D. Th *q.* 163. *art.* 3. cum cæteris; ergo ſicut fuit mortale, ita taliter præſumitur fuiſſe notum Adamo, qui cunctis hominibus erat ſapientior, fuit enim plenus omni ſcientia humana, ex illo Eccli. 17. 5. *Et diſciplina intellectus repleuit eos.* Ita Magiſter 2. *ſent. diſt.* 23. D. Thom. *p.* 1. *q.* 94. *art.* 3. Quare in eis locum habere non potuit opinio, quæ negat ſcientiam, cum non attingat veritatem obiecti in ſe, ſed propè illud expiſcatur aliquam veritatem. Ex his tollitur argumentum Mercori, non potuiſſe in illis locum habere opinionem.

Ad primam confirmationem reſpondeo, eam opinionem de lege pœnali non obligare ad culpam Theologicam, ſed tantum ad pœnam, non habere locum in caſu noſtro, in quo ſermo eſt de lege diuina, quæ immediatè obligat ad culpam in omnium ſententia, & ad pœnam, in terminis noſtris. Becan. *tract.* 3. *de lege in comm. c.* 1. *q.* 7. *num.* 4. Vnde non eſt comparanda cum lege humana pœnali, quæ eam admittit opinionem; de qua auctores habes apud Dianam *part.* 1. *tract.* 13. *reſol.* 17. Lex ergo diuina immediatè obligat ad culpam, & hoc de fide tenendum eſt, vnde opinio in hoc non poteſt habere locum; ſed certa ſcientia. 9

Ad ſecundam nego abſolutè, illos potuiſſe probabiliter credere contra illud diuinum præceptum non fuiſſe grauiter peccaturos, quia erant pleni ſcientia omnium rerum, ex dictis *ſuprà*; ergo non poterant ignorare grauitatem huius præcepti, & ſic in eis non potuit eſſe opinio aliqua circa hoc; quod nullo modo ignorabant, ſed perfectam illius cognitionem habebant. 10

Ad tertiam negatur, illud præceptum factum fuiſſe ſoli Adamo; nam Scriptura ipſa clarè loquitur, & Eua idem teſtatur his verbis: *Præcepit nobis Deus, ne comederemus.* Verùm quidem eſt, quod Adamo immediatè factum fuit, & per ipſum Euæ, vt colligitur ex D. Aug. *tom.* 3. *l.* 8. *de Geneſi, c.* 17. 11

Colligitur ex his, parentes non potuiſſe quicquam opinari circa illud præceptum, quod perfectiſſimè ſciebant, quia erant pleni ſcientia, quæ obſtabat, ne opinarentur; non enim poteſt eſſe opinio, vbi de re datur perfecta ſcientia, opinio ſiquidem habet pro obiecto illud ens, cuius omnimodam veritatem attingere non poteſt; ſed tantum illi veriſimiliter accedere. 12

Dices, Eua opinata fuit ſuper morte, dum dixit: *Ne fortè moriamur*; ergo de facto illi infuit hæc opinio, & tamen Deus eam damnauit; ergo & eius opinionem. Quòd Mercorus ex D. Auguſtino *tom.* 3. 13

Digitized by Google

lib. 11. *de Geneſi*, *cap.* 30. & 31. firmat his verbis: *Noxia libertate habenas prohibitionis rumpere delectata, probabilius exiſtimans non eſſe mortem, quam timuerant, ſecuturam.* Ergo reprobatus eſt vſus opinionis.

14 Reſpondeo, Euam non fuiſſe opinatam, quia nullum habebat motiuum contra vnicam legem tam claram, & indubitatam, ſed dubitaſſe de pœna mortis occulta ſerpentis ſuggeſtione, poſtea eidem Euæ propalata illius verbis: *Nequaquam morte moriemini*: Credidit ergo probabilius Eua ſerpenti, & ſic comedit de ligno putans ſe non morituram præſtando fidem ſerpenti, qui illam deceperat. Aliud autem eſt fides, de qua non eſt ſermo; aliud opinio, quæ non ex credulitate oritur, ſed ex ratione. Patet autem D. Auguſtinum locutum fuiſſe de fide ſerpentis, cui Eua credidit, quo credendi verbo non ſemel vtitur.

15 Facit Mercorus ſibi dubiam obiectionem. Fortè dicet aliquis, primos parentes non aduertiſſe ad dictas probabilitates, aut de illis cognitionem non habuiſſe. *Retulerat ſuprà probabilitates*, quæ ſunt, quod præceptum fuit factum ſoli Adamo, non Euæ, nec eius deſcendentibus. Item pœna mortis propter eſum vnius pomi videtur ſatis grauis, & exorbitans; ergo Eua potuit probabiliter credere non ligari illo præcepto.

16 Reſpondet, obiectionem non poſſe congruere perfectæ ſapientiæ à Deo infuſæ de omnibus etiam operabilibus; ſtultum enim eſt dicere ipſos latuiſſe modum, quo poterant ſe excuſare, aliter ſi latuit, fuerunt miſerabiliores nobis in illo feliciſſimo ſtatu.

17 Impugnatur, nam eius obiectio non poteſt eſſe obiectio aduerſariorum, qui nullam ponunt probabilitatem potuiſſe eſſe in parentibus, & aſſignatæ non merentur nomen probabilitatis, cum ſint errores expreſſi; nam ipſa Eua fatetur: *Præcepit nobis Deus ne comederemus*, factum fuiſſe etiam ſibi, & poſteris, cum eſſet mater omnium viuentium. Sciebat quoque pœnam mortis æquari tranſgreſſioni, & culpæ, propter naturalem cognitionem, quam habebat de iuſtitia diuina. Quare nihil illos latere potuit, ſed eas excuſationes, quæ nullo modo ſunt probabiliores, cognitas vt falſas noluit adducere, ſciens ſe in nullo poſſe excuſari, nullam autem excuſationem attulit, niſi ſerpentis deceptionem n. 13. *Serpens decepit me*, quia ei citò credidit.

Probat ſecundò, ex facto Saulis 18
Reg. 1. *c.* 15. vbi Samuel præcepit Sauli: *Vade, & percute Amalech, & demolire vniuerſa eius, &c.* Conſiderauit Saul hoc præceptum aliud non eſſe ab eo, quod legitur *Exod.* 17. vbi Deus poſt partam victoriam à filiis Iſraël aduerſus Amalechitas, decreuit totale exterminium eorum deſcribendum per Moyſen: *Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo memoriam Amalech de cælo.* Vbi loco eo- 19
rum verborum, *delebo memoriam*, textus Hebræus habet tres conſonantes; Hebræi enim initio vocalibus non vtebantur, quas poſtmodum ad tollendas æquiuocationes, & errores, poſuerunt in vſum apud eos vocales vocatas puncta, quod ſi eorum dictio ex tribus conſonantibus זכר, pronuntie- 20
tur cum prima vocali facit *Zacar* ſignificans maſculum: cum ſecunda verò facit *Xecher*, notans memoriam. Cùm ergo ea dictio duplicem poſſit habere ſenſum, Saul interpretatus eſt eam de ſolis maſculis delendis, putans probabiliter ſe ſatisfeciſſe Dei præcepto, ſaluatis pecoribus, aliiſque rebus pretioſioribus, ſolos maſculos interfeciſſe, vnde Rabini apud Senenſem *in ſua Bibliot. tom.* 1. *l.* 3. *Meth.* 2. excuſant Saulem à tranſgreſſione præcepti. Mercorus autem eum non excuſat, vt probet, opinionem minus probabilem, quam ſupponit habuiſſe Saulem, in ſacris Scripturis eſſe reprobatam; vnde non excuſatur reddens rationem, cur non omnia deleuerit, vt oues, & boues, & eorum primitias immolaret Deo in Galgalis.

Impugno paucis argumentum tam 21
longum & inutile, legem, & præceptum clarum, manifeſtum, nullam patiens interpretationem, nec exceptionem, ſuper quas Saul poſſet rectè opinari non eſſe adæquatè, & totaliter adimplendum hoc præceptum: *Nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuerſa eius, non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid, ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum vſque lactentem, bouem, & ouem, camelum,*

melum, *& aſinum.* Quam rationem probabilem poterat habere Saül non adimplendi omnia, quæ præceperat ei Deus, peccauit ergo, vt dicit textus *ibidem num.* 24. *Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonem Dei.* Nullus eo melius potuit ſcire peccatum, non quia ſecutus fuit opinionem minus probabilem, quia nulla ibi erat ratio opinandi, dum clarum erat omnino præceptum Dei; ſed quia illud fuit tranſgreſſus.

22 Comparatio, quam facit Mercorus inter præceptum à Deo factum Moyſi *cap.* 17. *Exodi*, & Saüli 1. *Reg.* 15. falſa eſt; dum vult eſſe vnum, & idem præceptum vtrique factum; nam Moyſi præcepit, vt relinqueret memoriam poſteris de vindicta, quam facturus erat contra Amalecitas: *Delebo enim memoriam Amalec ſub cœlo.* Non eſt legendum *de cœlo*, vt Mercorus ſcribit; ſed *ſub cœlo.* Id autem præſtitit Deus ſuo præcepto Saüli imperando, vt omnia demoliretur, & ſic tolleret memoriam eius ſub cœlo, quod totum non adimpleuit.

23 Ex his apparet, quam maxima ſit differentia inter vtrumque præceptum, vnum Moyſi de memoria conſeruanda delendi tempore ſuo Amalec, alterum Saüli de eius exterminio. Nec Iudæorum lectio attendenda eſt, ſed vulgata, & Catholica, imò nec Iudæorum interpretatio eius vocis, quæ Latinè *memoria* dicitur, pro *Zacar*, id eſt, maſculis, quadrat textui: *Delebo memoriam, id eſt, maſculos*, quia Saül multa alia deleuit præter maſculos, dum non pepercit fœminis, ſeruauit tamen Regem, quem Samuël trucidauit. Deinde hæc interpretatio aduerſatur textui 1. *Reg. cap.* 15. Lege ſuprà.

24 Nihilominus idem Mercorus proſequitur ſuam opinionem minus probabilem, imò errorem (opinatur nobiſcum, & non aduertit ſe ſequi opinionem ſuam minus probabilem) inquit ergo: Nonne magis probabilis eſt hæc interpretatio Saülis, quam dicere, eſſe veniale veſci ouis, & lacticiniis abſque priuilegio tempore Quadrageſimæ? quam dicere eſſe licitum inducere ad iurandum falſum eum, qui credit iurare verum? quam docere poſt centum annos non teneri ad ſoluendum pium legatum perpetuum, quia tempus centum annorum æquiparatur æternitati?

Impugnatur, quia, vt *ſuprà* patet, 25 dicta interpretatio vti falſa & contra ſacrum textum; ideo vti improbabilis benè comparari poteſt cum alia improbabili, cum ſit expreſsè falſa ea opinio, quæ tenet comeſtionem lacticiniorum eſſe ſolum veniale, cum ſit mortale in ſententia omnium; ſicut & placitum eorum, qui tenent legatum perpetuum finiri centenario. Lege Ciarlinium *cap.* 143. Probabile verò eſt inducere ad iurandum falſum illum, qui credit bona fide eſſe verum, ſi ſubſit legitima cauſa, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 14. Id verò, quod adducit de Saüle neque ſpeciem aliquam habet probabilitatis, licet id ſupponat, vt poſſit illum conferre cum prædictis exemplis.

Probat tertiò, exemplo Regis 26 Roboam 3. *Reg.* 12. qui à Deo reprehenſus fuit, quia relicto conſilio ſeniorum vti probabiliore, ſecutus fuerat conſilium iuuenum vti minus probabile; ergo à Deo reprobatur opinio minus probabilis. Et dicenti, fuiſſe conſilium iuuenum ex illis verbis: *Reliquit conſilium ſeniorum, & adhibuit adoleſcentes, qui nutriti fuerant cum eo.* Reſpondet cum Lyrano, appellari adoleſcentes non ætate, ſed conſilio; erat enim Roboam natus quadraginta & vnum annos cum regnare cœpiſſet, & illi erant coætanei, cum eo nutriti fuerunt, ideo ſeniores.

Impugnaui hoc argumentum con- 27 tra Candidum *cap.* 7. *num.* 88. demonſtrando, conſilium iuuenum nullam habuiſſe probabilitatem, ſed fuiſſe iniquum, & tyrannicum. Illuc remitto Lectorem.

Demum ad contentionem Ange- 28 lorum, de qua initio huius capitis, quæ facit pro nobis, reſpondet, quando Aduocatus defendit cauſam ſui clientis coram iudice contra alium Aduocatum, non dicitur adhærere opinioni probabili contra aliam, quia definitiuè hoc nō iudicat, ſed expectat definitionem à iudice. Ita Angeli Hebræorum apud Deum rogabant pro illorum

Digitized by Google

libertate, & Angeli Perſarum rogabant, ne diſcederent, credentes Perſas ex conuerſatione cum Hebræis conuerti poſſe ad cultum veri Dei. Nullus autem ipſorum abſolutè volebat, ſed à Deo expectabat hoc, &c.

29 Impugnatur hæc reſponſio, quia clarum eſt, aduocatos ſuas ſtabilire opiniones, alterum contra alterum, informando iudicem, ad quem ſpectat electio, & expeditio cauſæ per ſententiam, nullatenus autem definit, hanc, vel illam opinionem eſſe aliâ probabiliorem. Et quod vterque Angelus ad inuicem altercarentur, vt faciunt contraria opinantes textus apertè docet *capite* 10. Daniel. num. 13. *Princeps autem Regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus.* Alter ergo contra alterum opinabatur de retentione Iudæorum, & de eorum dimiſſione ex motiuis probabilibus, quæ attuli *ex cap.* 13. *num.* 51. Et ſicut non ſpectat ad Aduocatos ferre ſententiam, ſed ad iudicem poſt ſtabilitas opiniones ſuas, ita ad Deum pertinuit ferre ſententiam de receſſu Iudæorum viſis eorum opinionibus.

30 Item Mercorus *art.* 20. reſoluit, opinionem probabilem aduerſari oraculis ſacræ Scripturæ, & affert diuerſa loca, quæ reuera non faciunt ad rem, & ſufficienter illa expoſuimus impertinentia ad præſentem materiam, *cap.* 13. contra Merendam, à quo ipſe acceperat. Nihilominus aliquid dicam.

31 Primus locus Deuteron. 26. *Vt cuſtodias, & impleas ex toto corde tuo, ex tota anima tua, &c.* Non cuſtodit autem præcepta Dei ex toto corde ſequens opinionem probabilem, quæ ſtat contra præceptum in concurſu probabilioris, quæ ſtat pro præcepto; nec facit quantum ſcit, & poteſt hic & nunc; ergo ſequendo opinionem probabilem facit contra præceptum.

32 Impugnatur, vnde habes ſequentem opinionem probabilem facere contra præceptum? Tu id non probaſti; ergo non facit, ſed opinans probabiliter ſequitur Dei præceptum. Quòd ſi exempli gratia, quis non reſtituit ex probabili opinione, non dicitur facere contra præceptum reſtitutionis, ſed præter, quia in tali caſu non obligat.

Secundus locus Eccli. 37. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te, omnem actum conſilium ſtabile.* Sed opinio minus probabilis non poteſt dici verbum verax in concurſu probabilioris, quod cognoſcitur poſſe aliter ſe habere ob motiua vrgentiora oppoſitæ magis probabilis; nec poteſt dici conſilium ſtabile, quia non eſt fulta veritate, ſed quadam apparentia veritatis, minuſque nititur firmis rationibus in comparatione magis probabilis; ergo ſequens minus probabilem apertè facit contra hunc textum Eccleſiaſtici. 33

Impugnatur eius argumentum vnde quaque falſum, pro quo non facit ſententia Salomonis, cum vtraque opinio ſit verbum verax; & conſilium ſtabile, vt infertur etiam ex ipſomet Mercori argumento; nam ſi opinio probabilior eſt talis in concurſu minus probabilis, ſequitur minus probabilem continere eam veritatem, quam habet probabilior in gradu poſitiuo, quia ambæ ſunt probabiles, ac proinde veræ, & veraces veritate competente opinioni, nimirum, moraliter, & ſecundum apparentiam ipſius veritatis, differentes ſolum ſecundum magis, & minus, & cum ambæ ſint opiniones ambæ participant eandem rationem veritatis moralis, conſequenter verſantur circa idem obiectum, quod poteſt aliter ſe habere, vnde ſi probabilior habet ſuam veritatem non obſtante contingentia obiecti, eadem opinioni minus probabili deneganda non eſt, ſequitur ergo quod probabilis ſit vera, ſicut probabiliter in ratione poſitiui, ſecundum quod loquitur textus communis vtrique, cum vtraque ſit verax, & ſtabile conſilium fundatum ſuper ratione reddente illam probabilem, veracem, & ſtabilem; non dixit verbum veracius, & conſilium ſtabilius, contentus poſitiuo ad indicandum eam ſententiam eſſe communem vtrique opinioni, ex quo ab aduerſariis applicatur huic materiæ. 34

Tertius

Digitized by Google

35 Tertius locus ad Theſſalon. 5. *Omnia probate ; quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mali abſtinete vos.* Illud verbum *probate* exponit Diuus Anſelmus *Excutite*, Lyranus *Examinate* Sanctus Thomas : *Quæ dubia ſunt, manifeſta enim examinatione non indigent.* Ait Mercorus relinquendam eſſe opinionem probabilem, quia dubia eſt, & tenenda probabilior, quia bona ; & illam habere ſpeciem mali potius, quam boni, cum ſit contra præceptum, &c.

36 Impugnatur *Primò*, quia illa auctoritas, & eius expoſitiones nihil præiudicant opinioni probabili, quia neque rationem dubij habet, quod ſit probanda ; id eſt, diſcutienda, & examinanda, dum iam conſtituta eſt in ſua probabilitate ; nec ſpeciem mali habet ; nec eſt contra præceptum aliquod, quæ negat ipſa ratio probabilitatis ; nec aduerſarius iſta probat, ſed ſolum gratis aſſerit ſine vlla ratione. *Secundò*, ea auctoritas potius facit pro nobis, dum dicitur vniuerſaliter : *Omnia probate* ; ergo etiam opinionem probabilem. *Probate*, id eſt, commendate, & amplexamini omnia, quæ ſunt bona, probatio enim eius inuitat ad tenendum. Diuus Auguſtinus *lib. De natura, & gratia*, *cap.* 39. *tom.* 7. verbum *probate* vertit ſic : *Omnia legite, quæ bona ſunt tenete.* Quare cum opinio probabilis ſit bona iudicio ferè omnium Doctorum contra pauciſſimos, & modernos, tenenda eſt in ſententia Sancti Pauli, qui ſi loquitur de opinione, non magis de vna ſermonem habet, quam de alia, cum vtraque ſit bona, & probata per ſcholaſticos.

CAPVT XXV.

An doctrina de eligenda Opinione minus probabili aduerſetur doctrinæ D. Thomæ?

1 Hanc quæſtionem proponit M. Mercorus *part.* 1. *artic.* 21. Quam ego reſolui negatiuè *ſuprà capite* 16. contra D. Merendam aſſerentem Sanctum Thomam repudiaſſe vſum opinionis probabilis, vbi obſeruaui poſuiſſe titulum principali eius doctrinæ de hac materia *quodlib.* 8. *art.* 13. ſub his verbis : *Vtrùm, quando diuerſæ ſunt opiniones de aliquo facto, ille, qui ſequitur minus tutam peccet, ſicut de pluralitate præbendarum?* Diuus Thomas talem titulum non prærpoſuit ſuo articulo ; hallucinatus Mercorus ſequendo Merendam ; nam in codice meo titulus eſt hic : *Vtrùm ille, qui habet plures præbendas peccet?* Præfatum autem articulum ibidem verbatim regiſtraui, & ex eo deduxi Angelicum Doctorem fauere opinioni probabili.

Mercorus ergo dicit, vſum probabilitatum in concurſu opinionum omnino aduerſari menti, & doctrinæ Diui Thomæ. Relictis autem variis eius doctrinis ſolùm ponderat præfatum articulum, quem ſuo modo, ſed falsò intitulauit ad propoſitum ſuum ; quod ex eius falſitate dat intelligere Diuum Thomam aliter ſenſiſſe ; cum difficultatem eo modo non propoſuerit ; ſed alio ſupradicto. 2

Vnum obſeruo, ad quid ſemper replicare, non eſſe ſequendam opinionem minus probabilem in concurſu magis probabilis? Nonne ſufficit dicere : Opinio minus probabilis ſequenda non eſt. Ratio videtur eſſe hæc ; nam opinio minus probabilis in ſe ſpectata, & ratione ſui vel eſt rationabilis, & regula morum ; vel non eſt ; ſi non eſt regula, vt dicunt aduerſarij, ad quid comparare illam cum probabiliore, quaſi ex reſpectu illius non ſit regula morum, ſi enim ex ſe non eſt regula morum, multò minùs reſpectu probabilioris, quæ illius probabilitatem debilitat, vnde parum refert, cum ea facere mentionem de probabiliore ; quaſi hæc reddat illam improbabilem, & latentem regula morum. Si verò eſt regula morum, & probabilis de ſe, illi non poteſt præiudicare comparatio illius cum probabiliore. Igitur parum refert, & extra rem eſt comparare in hac quæſtione vnam cum alia, cum vnaquæque ſit probabilis independenter ab altera ex propriis motiuis, vt non ſemel probatum eſt in præcedentibus. 3

Incipit autem Mercorus examinare doctrinam D. Thomæ, & trahere illius ſenſum ad ſuam deuotionem.

4 Primò ſuper illa verba: *Ex conſcientia obligatur aliquis ad peccatum, ſeu habeat certam fidem de contrario, quod agit, ſeu habeat opinionem cum aliqua dubitatione.* Ait inferendum, operantem cum minus probabili cum aliqua dubietate de contrario eius, quod agit peccare, relinquendo opinionem magis probabilem.

5 Impugnatur hæc illatio; quia ratio cur peccet iſte, non eſt quia agat ſecundùm opinionem minus probabilem; ſed quia operatur contra id, de quo certam habet fidem non eſſe violandum, exempli gratia, certam fidem & cognitionem habeo, quòd hodie eſt vigilia S. Bartholomæi, & nihilominus puto me poſſe abſtinere à ieiunio, non habens aliquam legitimam cauſam, niſi meam opinationem indiſcretam & improbabilem, ſine dubio obligor ad peccatum; quia facio contra id, de quo habeo certam fidem obligare me ad ieiunium; hæc autem opinatio ſine dubio non eſt opinio probabilis, vt patet; ergo Mercorus id malè deduxit ex S. Thoma, qui ſuo modo ea verba eſt interpretatus, non ſecundum verum ſenſum D. Thomæ. Idem dicendum eſt de reliquis verbis: *Seu habeat opinionem cum aliqua dubietate.* Non fuiſſe ſcilicet locutum de vera opinione, quæ non ſtat cum dubio, ſecundum quam poteſt opinans operari ſine peccato, vt dicit in fine ipſius articuli, vt poſtea videbimus.

6 Secundò ait, obſeruanda eſſe illa verba: *Quòd autem agitur contra legem, ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc, quod eſt ſecundum conſcientiam.* Quæ ſic interpretatur: Quando ſunt diuerſæ opiniones, ſequens eam, quæ eſt contra legem peccat, nec excuſatur, etiamſi id quod agit ſit ſecundum conſcientiam opinatiuam, & probabilem; nam in alio ſenſu falſum eſt, reſpectu ſcilicet conſcientiæ erroneæ. Propoſitio S. Thomæ ſic intellecta infert de eius mente, eum peccare, qui ſequitur opinionem minus probabilem, &c.

7 Impugnatur ea interpretatio ex parte; nam germanus ſenſus illorum verborum de mente S. Doctoris eſt iſte: Qui agit ſecundùm conſcientiam erroneam ex ignorantia vincibili legis, agit contra legem, & ſemper eſt malum. Mercorus non recedit ab hoc ſenſu, dum ait hic locum non habere ignorantiam inuincibilem, vnde debebat eſſe contentus hac interpretatione, & non deſcendere, & aberrare à recto ſenſu à S. Thoma intento; quia qui agit ſcienter contra legem, nullam dicitur habere conſcientiam probabilem; ſed infectam vel ex malitia, vel ex ignorantia vincibili; conſcientia autem ex probabilitate non eſt infecta ex prædictis, aliter non eſſet probabilis, ſed improbabilis; ſed eſt conformis legi, & non contra legem.

Tertiò ex quatuor reſponſionibus D. Thomæ ad dubitationem examinat primam, quæ eſt hæc: *Dicendum eſt, quod quando ſunt duæ opiniones contrariæ de eodem, oportet alteram eſſe falſam. Aut ergo ille, qui facit contra opinionem Magiſtrorum, vtpote habendo plures prabendas, facit contra veram opinionem, & ſic cum faciat contra legem Dei, non excuſatur à peccato, quamuis non faciat contra conſcientiam, ſic enim facit contra legem Dei.* Ponit caſum eundem S. Thomæ, nempè, ambas Magiſtrorum opiniones licere, & non licere habere plures præbendas, eſſe probabiles; opinio enim non eſt, niſi de obiecto probabili; ergo hæc poſterior opinio negans eſt tutior; quia omni caret periculo peccandi. Supponit autem quod hæc opinio tutior ſit vera à parte rei, & oppoſita ſit falſa, vnde ait Mercorus S. Thomam reſpondere, eum peccare, qui habet plures præbendas, quia facit contra legem Dei. Concludit Mercorus, ſi reſponſiones in corpore articuli debent congruere titulo quæſtionis, non poteſt aliter explicari quæſitum, vt ita ei adaptetur reſolutio, ex qua apertè conſtat S. Thomam aduerſari his, qui contendunt licere habere plures præbendas ex opinione probabili minùs tuta. 8

Impugnatur *Primò*; quia doctrina S. Thomæ ſuſtineri non poteſt, niſi ex ſuppoſitione, quòd opinio negatiua ſit veriſſima, de qua conſtet clarè lex, ac proinde affirmatiua aſſerens pluralitatem præbendarum in eodem ſimul, 9

Digitized by Google

ſimul, expreſsè, clarè, & manifeſtè eſt falſa, conſequenter habens plures præbendas peccat contra legem. Hoc poſito tanquam verò ſenſu D. Thomæ, aliter falſa eſſet eius doctrina, quod dicendum non eſt. Sequitur à S. Thoma hîc nomen, *opinionis*, reſpectu Magiſtrorum, facta ea ſuppoſitione, ſumi impropriè; quia vbi manifeſtè conſtat de lege negante pluralitatem præbendarum exiſtente in viridi obſeruantia, non poteſt opinio habere locum, cùm opinio probabilis propriè accepta ſiue ſit probabilior, ſiue minus probabilis admixtam habeat ignorantiam inuincibilem de
10 veritate reali obiecti, ſicut eſt in ſe; per hoc enim, vt non ſemel dixi in præcedentibus, diſtinguitur à ſcientia, quæ penetrat realem veritatem ſui obiecti, de quo nullam habet ignorantiam ſicut opinans, qui cognitionem tantùm apparentem habet proximam, & veriſimilem reali veritati. Igitur ſuppoſita vera cognitione, quod lex neget habere plures præbendas, non amplius viget opinio iam reprobata per legem, & abolita, ſed certa cognitio. Quare ruit ſuppoſitio Mercori de concurrentia opinionum probabilis, & probabilioris. Et id confir-
11 matur; quia inintelligibile eſt, opinionem falſam dici probabilem, cum falſitas deſtruat rationem probabilis; ergo cum D.Thomas dixit ex duabus opinionibus, vnam eſſe veram, alteram falſam, impropriè ſumpſit nomé, opinionis, loquendo ſemper iuxta factam ſuppoſitionem. Adde, quod
12 vtraque opinio oppoſita tuta, & tutior propriè accepta, etiam ſecundum D. Thomam, includit radicaliter formidinem oppoſitæ, quod ſcilicet ſit vera, trepidando vbi non eſt trepidandum de falſitate contrariæ, hæc eſt natura opinionis propriè acceptæ, quam nemo negat; ex quo infertur D. Thomam non accepiſſe hoc modo nomen opinionis; dum vni ita tribuit veritatem ab ea omnino faciens alienam illam, reiiciendo totam falſitatem in oppoſitam ſine reflexione falſitatis contra veram.

13 Impugnatur ſecundò, Clericus, qui petiit reſolutionem huius difficultatis, non fuit ſatisfactus ex hac reſponſione; *Si lex negat pluralitatem præbendarum, tu non potes ſequi opinionem tui Magiſtri, quia conſtat eius opinionem eſſe falſam, & reprobatam per legem; oppoſitam verò eſſe veram, & ſecundum legem.* Adhuc Clericus per hanc reſponſionem ex ſuppoſitione remanet dubius; cum aſſertum non fuerit abſolutè, & ſimpliciter extare, vel non extare legem negantem pluralitatem præbendarum. Ex quo ſequitur nullam ex dictis opinionibus abſolutè fuiſſe probatam, vel reprobatam, quia ea ſuppoſitio conditionata nihil poſuit in eſſe ex vulgatis iuribus.

Impugnatur tertiò, quia ex præce- 14
denti impugnatione conſtat; interpretationem Mercori non congruere titulo quæſtionis, qui non eſt ille falſus à Merenda, & ab eo poſitus, de quo initio huius capitis, ſed iſte: *Vtrùm ille, qui habet plures præbendas peccet?* Quæſtio enim nondum reſoluta eſt per dictam interpretationem conditionatam; dum Clericus petebat reſponſum abſolutum, non conditionatum.

Impugnatur quartò; nam aliud eſt 15
quærere: *An quando ſunt diuerſæ opiniones de aliquo facto, ille, qui ſequitur minus tutam, peccet?* Ab eo: *Vtrùm ille, qui habet plures præbendas peccet?* D. autem Thomas ne verbum quidem expreſſit de opinione neque tuta, neque tutiore, neque de minus, aut magis probabili, qui termini à S. adhibiti hic non fuerant; ergo neo inferendi ſunt ex eo ab eius interprete, aliter non congruit titulo ipſius articuli.

Tertiò, P. Mercorus proponit ſe- 16
cundam reſponſionem D.Thomæ his verbis: *Aut illa opinio non eſt vera, ſed magis contraria, quam iſte ſequitur, ita quod verè liceat habere plures præbendas; & tunc diſtinguendum eſt, quia aut talis habet conſcientiam de contrario, & ſic item peccat contra conſcientiam faciens; quamuis non contra legem.* Explicat caſum vice verſa, nempè, opinionem affirmatiuam de præbendis, quòd liceat habere plures præbendas, eſſe veram à parte rei, & negatiuam falſam. Clericus adhæret negatiuæ & putat eſſe veram, quærit an liceat ſequi affirmatiuam? reſpondet S. Thomas, Clericum in tali caſu peccare habendo plures præbendas; quia facit contra conſcientiam, licèt non

Digitized by Google

contra legem. Notat hic duo Mercorus; *Primum*, S. Thomam loqui de conſcientia erronea certa, ſed de opinatiua, nimirum peccare facientem contra propriam opinionem, licet non faciat contra legem. *Secundum*, in hoc ſenſu eſſe intelligendum Sanctum Doctorem, vt congruat cum eo, quod ſupra dixerat, nempè aliquem obligari ad peccatum, ſiue habeat certam fidem de contrario quod agit, ſeu habeat opinionem.

17 Impugnatur primò eodem modo, quo præcedens; nam vertit dubium ſub conditione; ſi enim vera eſt ex parte rei opinio affirmatiua, falſa erit negatiua, quæ ſupponebatur ſub conditione veritatis in priori reſponſione. Vnde ſicut ibi locum non habebat opinio propriè dicta, ita neque in hac ſecunda reſponſione.

18 Impugnatur, ſecundò, nomine conſcientiæ non venit opinio probabilis comparatiuè ad opinionem affirmatiuam, tùm ex dictis impugnando interpretationem ſecundæ reſponſio-
19 nis, tùm quia non datur vera & propriè opinio dicta probabilis comparatiuè ad opinionem impropriè acceptam, quæ eſt potius ſcientia, quæ veritatem rei attingit, provt eſt ex parte rei; ſuppoſito ergo, quod affirmatiua ſit veritas in re, vt ſanctus Doctor ſupponit, nomen conſcientiæ ibi non poteſt ſupponere pro opinione probabili; ſed tantùm pro erronea; quia opinio probabilis talis non eſt, cum quis ſcienter opinatur contra verum à ſe cognitum, dum vera opinionis ratio includit ignorantiam inuincibilem de veritate rei, vt res eſt in ſe; eſt ergo conſcientia erronea, & peccaminoſa, dum vult retinere plures præbendas, non quia facit contra legem, ſed contra conſcientiam errantem. Et ex his patet eius duo notabilia eſſe falſa, *Primum* quidem, quia S. Thomas loquitur de conſcientia erronea reſpectiuè ad certam veritatem partis affirmatiuæ; *Secundum*, verò non congruere contra opinionem probabilem ex impugnatis contra primum dictum *ſuprà ſub num.* 5.

20 Quartò tertiam reſponſionem S. Thomæ his verbis: *Aut non habet conſcientiam, ſed certitudinem, ſed tamen in quandam dubietatem, inducitur ex contrarietate opinionum, & ſic ſi manente tali dubietate plures præbendas habet, periculo ſe committit, & proculdubio peccat, vt potè magis amans beneficium temporale, quam propriam ſalutem.* Exponit hoc modo. Poſitis iiſdem opinionibus affirmatiua vera, de qua habet certitudinem clericus, & negatiua falſa, nihilominus ex Magiſtrorum opinionibus dubitat, qua dubitatione durante, reſpondet S. hunc peccare. *Mercorus notat tria. Primò*, ex Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. Dubium, Certitudinem, Opinionem ſpectari ſpeculatiuè; & practicè, ac proindè ex ſpeculatiuâ certitudine oriri poſſe dubietatem practicam ex motiuo extrinſeco Magiſtrorum, quod non ſit licitum habere plures præbendas; poteſt enim certitudo ſpeculatiua ſtare cum dubietate graui, & practica de eodem obiecto ex diuerſo motiuo. *Secundò*, notat ſecundum D. Thomas non licere ſequi non ſolùm minus probabilem, ſed nec magis probabilem, quando ex minori probabilitate poteſt oriri aliqua dubitatio, ſicut non poteſt non oriri; quia medium probabile ſemper aliquo modo vrget. Dubietas ergo negat vſum vtriuſque. *Tertiò*, notat ex eadem doctrina, operantem ex conſcientia dubia peccare non ſolùm ſi dubietas oriatur ex facto, ſed etiam ex contrarietate opinionum, quam vocat dubium practicum ortum ex diuerſitate opinionum, &c.

Impugnatur primò, quia S. Doctor loquitur ſpecialiter de eo (in caſu dabili) qui certus eſt de veritate opinionis, & nihilominus verè dubitat, ſine dubio peccat; quia agit contra conſcientiam dubiam. Dixi *in caſu dabili*; exiſtimare etiam debemus, Sanctum Doctorem veram notitiam habere de opinione, & de dubio, quæ ſimul miſceri non poſſunt, cum vnum alterum neget, vt latè probaui *cap.* 5. *num.* 78. *cap.* 6. *num.* 16. *ad* 19. *cap.* 22. *num.* 5. *cap.* 9. *num.* 31. 33. 57. 59. 63. Ideò locutus fuit ex ſuppoſitione, & ſub conditione, ſi in aliquo intellectu miſceri poſſunt opinio, & dubium, ſequi tunc opinantem, & dubitantem peccare, non quà opinatur, ſed quà dubitat, quia faciendo contra conſcientiam dubiam amat magis beneficium temporale, quàm ſalutem animæ. Non poteſt autem dici, quòd peccet

peccet reſpectu conſcientiæ probabilis; quia ſupponitur habere certam veritatem probabilitatis ſuę opinionis.

23 Impugnatur ſecundò eius primum notabile; implicat enim ſecundum naturam rei, quod habens certitudinem de aliqua re, de eadem habeat incertitudinem, quam ſignificat dubietas, niſi velint æquiuocare, & dubietatem ſumere pro formidine, quæ ſtat cum certitudine opinionis; nec diuerſitas mediorum obſtare poteſt, ea ſpectata in ordine ad dubietatem potiùs habent rationem ſcrupuli, ſeu formidinis, cum deiicere non valeant à mente ſapientis firmatam certitudinem. Quare re bene percepta ex ſpeculatiua certitudine oriri non poteſt dubium nec ſpeculatiuum, nec practicum, quod deſtruat certitudinem opinionis.

24 Impugnatur tertiò ſecundum notabile; quod ſcilicet ſit peccatum ſequendo etiam opinionem probabiliorem mixtam cum dubietate; nam Sanctus non fuit locutus, niſi ex ſuppoſitione, & ſub conditione, ideo notabile Mercori intelligendum eſt eodem modo. Quoniam autem apud ipſum S. virum, & ſapientes, non contingit opinari cum dubietate, ſed conſtanter, imò ſine formidine, ideò interpretatio Mercori in ordine ad deſtructionem opinionis probabilis non facit ad rem; neque enim licet argumentari ex ſuppoſitione, & ſub conditione, ſeu ſecundum quid ad ſimpliciter; S. autem Doctor, vt vidimus etiam ex ipſo eius interprete locutus fuit conditionatè, aliter eius doctrina ſubſiſtere non poteſt, ad quod aduertit Stephanus Spinula *diſp.* 1. *ſect.* 2. dicens, D. Thomam non poſſe exponi bene ad literam, quia loquitur impoſſibilia.

25 Vltimò refert quartam reſponſionem: *Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubietatem inducitur, & ſic non ſe committit diſcrimini, & non peccat.* Quæritur ergo inquit Mercorus, an clericus in hoc caſu peccet habendo plures præbendas? Reſpondeo in hoc caſu non ſe committere diſcrimini, nec peccare, ſubdit ſi ſit certa, & careat omni dubitatione, quæ oriri poteſt ex opinione oppoſita; conſequenter apertè eſt contra mentem D. Thomæ affirmare non eſſe peccatum ſequi minùs probabilem affirmatiuam; quæ nunquam dici poteſt certa in concurſu probabilioris ſine aliqua dubietate.

Impugnatur hæc Mercori interpretatio certè eſt ſine fundamento; 26
quia D. Thomas manifeſtè reſoluit non eſſe peccatum, ſi clericus habeat plures præbendas ſine vlla dubietate opinando id ſibi licere; ergo ſecundum ipſum licet ſequi opinionem minùs probabilem, relicta probabiliore, quæ dicit, non eſſe licitum habere plures præbendas, cum in hac nullum excogitari poſſit periculum peccati. Ex quo patet, eſſe falſum etiam ſecundum D. Thomam contra Mercorum; nunquam minus probabilem in concurſu probabilioris poſſe dici certam abſque vlla dubietate; nam D. Thomas loquitur in concurſu earum, dum dicit, *ex contrariis opinionibus*, quæ manifeſtè indicant concurſum earum nimirum licere, & non licere plùres prætbendas habere; ergo datur concurſus opinionum ſine dubitatione, quæ poſſit deſtruere earum licitum vſum.

CAPVT XXVI.

Quid ſenſerint D. Auguſtinus, & Ioannes Chryſoſtomus de opinione probabili apud Patrem M. Mercorum?

Contra Candidum de hac re egi *cap.* 15. demonſtrando D. Auguſtinum nullatenus reprobaſſe opinionem probabilem, ſed eius fuiſſe potius fautorem. Modo contra M. Mercorum tractandum eſt, qui *eadem par.* 2. *art.* 22. conatur probare D. Auguſtinum reprobaſſe vſum opinionis probabilis in concurſu probabilioris. 1

Probat vnico eius teſtimonio relato *cap. In Canonicis diſt.* 19. his verbis: *In his ſcripturis, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponas eas, quas plures, & grauiores accipiunt, eis, quas pauciores & minoris auctoritatis Eccleſiæ tenent.* Ait, quod Scripturæ Eccleſiarum minoris auctoritatis habent ſuam probabilitatem, & maiorum Eccleſiarum maiorem habent probabilitatem in ſuis ſententiis; ſequendæ ergo ſunt illæ 2

Digitized by Google

illæ ſcripturæ, quæ ſunt maioris auctoritatis, & conſequenter maioris probabilitatis, relictis aliis minoris probabilitatis.

3 Impugnatur primò, quia S. Auguſtinus non habet eum ſenſum, quod ibidem ſermo ſit de ſcripturis illarum Eccleſiarum, ſed loquitur de Scripturis ſacræ Bibliæ, in qua regiſtratæ ſunt aliquæ, ſuper quibus dubitatur, an ſint Canonicæ; & reſpondet, eas ſcilicet Scripturas controuerſas, an ſint Canonicæ, aliis affirmantibus, aliis negantibus, quæ habent pro ſe Eccleſias maioris auctoritatis præponendas eſſe aliis, quæ habent pro ſe Eccleſias minoris auctoritatis. Vult ergo dicere, quòd aliquæ Eccleſiæ opinantur Scripturas non eſſe computandas inter Canonicas, aliæ vero exiſtimant eaſdem eſſe Canonicas, & concludit eſſe opinionem maiorum Eccleſiarum præponendam opinioni minorum Eccleſiarum; quia opinio earum eſt probabilior opinione minorum Eccleſiarum. Quod S. Aug. loquatur non de Decretalibus Summorum Pontificum, & multò minùs de ſcripturis Eccleſiarum, ſed præcisè de ſacris Scripturis veteris, & noui Teſtamenti, obſeruatur in calce eiuſdem Capitis 6. *diſt.* 19. in Codice Decreti Gratiani, iuxta Correctionem Gregorij XIII. Quare cum auctoritas S. Aug. reſtringatur ad ſacras Scripturas nulla ratio ſuadet extendendam eſſe ad alias materias.

4 Impugnatur ſecundò; quia aliud eſt, opinionem probabiliorem eſſe proponendam minus probabili ſecundùm comparationem; aliud eſſe ſequendam de neceſſitate conſcientiæ, relicta minus probabili, primum obſeruat S. Auguſtinus; de ſecundo nihil agit, præponit ergo ſeruus Dei opinionem maioris probabilitatis opinioni minoris probabilitatis, quoad æſtimationem, & comparationem, non quoad imitationem, & operationem. Confirmatur id; quia oratio Manaſſe Regis Iuda, & libri tertius, & quartus, quorum auctor circunfertur Eſdra, controuertuntur, an ſint Canonici, ſuper quibus Tridentinum nihil determinauit, nonnullis aſſerentibus, aliis negantibus, nullis tamen peccantibus, ſi ſequantur vnam, vel alteram opinionem; ergo licet credere vni ex his opinionibus, quæcunque ea ſit, ſiue probabilior, ſiue minus probabilis. Super hac eadem auctoritate plura dixi *cap.* 7. *num.* 90.

Impugnatur tertiò, quia licet in ſacra Scriptura agatur de rebus fidei, & morum, ac proindè regula S. Auguſtini de ſectanda, inquit Mercorus, opinione probabiliore, non eſt limitanda ad controuerſias fidei, cum etiam ad mores S. Præſul. eam extendat, hæc dicit contra Baldum; tamen quia hoc non negamus, cum ſacra Scriptura potiſſimum ſit de moribus, ſecundum quos homo viuere debet, vt conſequatur ſuum vltimum finem, nobis non obſtat hæc reſponſio Mercori contra Baldum; quia diximus ſub prima impugnatione, quod obiectum diſcurſus D. Auguſtini eſt controuerſia nonnullarum Scripturarũ, an recipiendę ſint inter Canonicas, necne, ſiue deindè contineant res fidei, ſiue res morum, parum refert ad præſens inſtitutum reſolutionis controuerſiæ huiuſmodi. 5

Sequitur in art. 23. idem Mercorus, & auctoritate D. Ioannis Chryſoſtomi probat, mentem ipſius fuiſſe in electione opinionum in controuerſiis fidei diligentiam adhibendam, & veriorem ſententiam ex præcepto eſſe amplectendam; Verba ſerui Dei ſunt hæc: *Si veſtimentum empturus vnum gyras negotiatorem, & alterum, & vbi meliores veſtes inueneris, & pretio viliori ab illo comparas; quando non oportet populum circuire omnes Doctores, & inquirere, vbi ſincerè veritas Chriſti venundatur, & vbi corrupta, & veritatem eligere pluſquam veſtimentum.* Dicit ergo ex hoc textu haberi de præcepto ſequendam eſſe veriorem opinionem in materia fidei, ex eo, quod Auctor antea dixit, non excuſare ignorantiam; & præterea verbum *oportet* importare neceſſitatem moralem; deindè ſicut ex pręcepto prudentię tenemur emere veſtes meliores, ita eodem pręcepto ſequi opinionem veriorem. Confirmat ex D. Thoma *quodlibeto* 3. *art.* 10. qui docuit ad vitandos errores eandem diligentiam eſſe adhibendam tam in his, quæ concernunt fidem, quàm in his, quæ ſpectant ad mores. 6

Impugnatur primò, quia Sanctus nihil aliud intendit ibi, niſi fideles docere 7

Digitized by Google

docere modum intelligendi S. Scripturas iuxta interpretationem Catholicorum Doctorum, vtendo maiore diligentia in inueſtigatione veritatis earum, quam homines ſolent adhibere in inueniendo meliores veſtes. Ex diligentia ergo circa temporalia arguit ad diligentiam neceſſariam pro inueſtiganda vera intelligentia ſacrarum Scripturarum. In his verò an ſequenda ſit probabilior, an ſufficiat ſectari minùs probabilem nihil omninò. Vide *cap. 8. num. 64.* vbi patet illa verba eſſe incerti Doctoris.

8 Impugno 2. quòd dicit eſſe de præcepto ſequi veriorem, quia ignorantia non excuſat in iis, quæ ſunt fidei; nam Auctor ſolùm inſinuat maiorem diligentiam eſſe adhibendam in rebus fidei cognoſcendis, nihil de opinionibus circa controuerſa de fide. Et licèt dicat: *Ignorans populus excuſabilis erit? Abſit.* Non loquitur de omni ignorantia, ſed de ea tantùm, quæ oritur ex negligentia ſciendi veritatem fidei, quæ vincibilis, & improbabilis dicitur, non vero de inuincibili, quæ inculpabiliter dabilis eſt in rebus fidei, ex Sanchez, *lib. 1. cap. 16. numero trigeſimo ſecundo.* Bonacina *diſp. 2. de legibus, q. 8. p. 3. num. 9.* & comitatur opinionem probabilem.

9 Impugno 3. verbum *oportet* non ſemper indicat præceptum, ſed quandoque honeſtatem, Gloſ. *V. oportet cap. 1. 25. q. 1. cap. Epiſcopum 7. diſt. 64.* Erit ergo præceptum reſpectu obiecti fidei, non verò reſpectu opinionum circa materiam controuerſam in rebus fidei nondum decisis, de quibus *ſeq. cap.*

10 Impugno 4. quia prudentia docet nos debere vti diligentia in perquiſitione rerum temporalium, non tamen id præcipitur, & ſi omittimus non peccamus; ſed nobis temporaliter nocemus; vtique in rebus fidei deciſis credendis, & earum veritate indaganda tenemur ex præcepto; in controuerſis verò libertatem habemus ſequendi eam opinionem, quam volumus, vt probabo in ſequenti capite.

11 Impugnatur 5. quia D. Thomas loco citato non excuſat à peccato in iis quæ pertinent ad fidem, & bonos mores, ſequentes opinionem erroneam alicuius Magiſtri, in talibus enim ignorantia non excuſat, alioquin à peccato immunes fuiſſent, qui ſecuti ſunt opinionem Arij, Neſtorij, &c. Expreſsè tamen non dicit æqualem diligentiam in vtriſque adhibendam, neque ſequendam opinionem probabiliorem, cum de comparatiuis opinionibus ne verbum quidem faciat. Totum D. Thomæ articulum reſcripſi *ſub cap. 16. num. 31.*

CAPVT XXVII.

An in controuerſiis Fidei debeamus ſequi Opinionem probabiliorem ſecundùm ſententiam P. Mercori?

Certum eſt, res fidei non eſſe obiectum opinionis probabilis, quia fides pro obiecto habet rem certiſſimam, quam attingit, & penetrat eo modo, quo eſt ex parte rei à Deo conſtituta, itavt in nullo latere poſſit intellectui humano, cui proponitur vt eſt in ſe credenda; opinio verò cum non poſſit attingere, & penetrare obiectum ſicut eſt in ſe, ac proindè de eo cognitionem habere non poſſit ſicuti eſt ex parte rei, & conſequenter opinantis intellectus laboret ignorantia inuincibili ſuper eius veritate, verſari non poteſt ſecundum fidei diuinæ cognitionem ſuper ipſum ratione realis cognitionis; hinc eſt, quod titulus huius quæſtionis non refertur ad ea, quæ iam de fide ſunt definita, ſed tantum ſuper ea, quæ definienda remanſerunt, vt interim libertas ſit intellectui humano ad opinandum, quod voluerit. 1

Notandum autem eſt, quòd propoſitionum controuerſarum de fide, quas Eccleſia nondum declarauit eſſe de fide, aliæ conſiderari poſſunt ſecundum communem fidei rationem; an ſcilicet ſint de fide; an non, ſecundum prudentem exiſtimationem Theologorum, licet enim nondum ſint declaratæ, ſuper illis tamen opinari poteſt, & probabiliter aſſeri eſſe de fide vel negari eſſe de fide. Pono exempla; nam aliqui putant eſſe de fide, operandum eſſe ſecundum conſcientiam inuincibiliter errantem, vt notauit *c. 3. n. 10.* Alij negant. Item de fide 2

fide eſt, Papam non poſſe errare in Canonizatione Sanctorum, alij negant, de quibus Carena *par.* 2. *tit.* 12. *num.* 42. Item, aliqui opinantur eſſe de fide credendum, Pontificem Romanum habere directè poteſtatem gladij temporalis, apud eundem Carenam, *par.* 1. *tit.* 1. *num.* 65. Alij ſentiunt oppoſitum.

3 Aliæ verò propoſitiones conſiderantur ſecundùm rationes proprias, per quas referuntur ad fidem, reſpectu cuius nondum habent deciſionem fidei. Pono exempla, Aliqui opinantur Mariam Virginem fuiſſe conceptam ſine peccato originali, alij cum peccato originali. Item Abbas Ioachimus putabat vnitatem Trinitatis non eſſe veram, & propriam, ſed tantum collectiuam, & ſimilitudinariam; contra Magiſtrum Lombardum, qui ſentiebat, & rectè eam eſſe vnam rem, ſeu naturam ſummam indiuiſam in perſonis diuinis. Item in Concilio Viennenſi fuit approbata opinio eorum, qui dicebant paruulis in baptiſmate ſimul infundi gratiam cum virtutibus, vti probabilior, aliis oppoſitum ſentientibus. His notatis.

4 Dicendum eſt, liberum eſſe in his opinari modò de vna, modò de altera, ac proindè minus probabilem, relicta probabiliore, modò altera non ſit abolita, & facta improbabilis. Probatur, quia non eſt maior ratio adhibendi maiorem diligentiam circa ea, quæ de fide controuertuntur, quam circa ea, quæ ſpectant ad mores, ſed ſufficit par diligentia, vt ex Diuo Thoma docet Mercorus *art.* 23. *in fine*; ſed reſpectu morum ſufficit ſectari opinionem minus probabilem ex communiſſima ſententia ferè omnium Theologorum, & Canoniſtarum, paucis exceptis, contra quos agimus; ergo idem opinari poſſumus reſpectu rerum de fide controuerſarum. Confirmatur exemplo immaculatæ Conceptionis V. M. nunc probabilioris opinionis, quam omnes ferè ſequuntur, contra maculatam à paucis modo amplexatam ſine vllo peccato, & tamen hæc negatiua eſt minus probabilis; ergo poſſumus ſequi minus probabilem in controuerſiis fidei. Ita docet Diuus Antoninus, *parte prima*, *titulo tertio*, *capite decimo de conſcientia propè finem*, citando pro ſe Cancellar. & ex ipſo Stephanus Spinula *diſp.* 3. *ſect.* 2. cum aliis.

Mercorus *par.* 2. *art.* 24. hanc difficultatem proponit ſub his terminis: *An ſit eadem obligatio ſectandi tutiorem in controuerſiis fidei, & aliarum virtutum?* Citat Bannes 2. 2. *quæſtione decima*, *articulo primo*, & Baldum *in ſelect. mor.* 11. §. 2. aſſerentes, ſequendam eſſe probabiliorem; probatur ibidem, quia ſequens minus probabilem exponit ſe periculo errandi circa vltimum finem, quem attingere ſicuti eſt à parte rei omninò neceſſarium eſt ad ſalutem, vndè errans etiam ex ignorantia inuincibili non poteſt ſaluari; actus autem aliarum virtutum non ita ſe habent, quia non commenſurantur ab obiecto ſicuti eſt à parte rei, ſed ſecundum quod apprehenditur à ratione; ergo in his ſequi poſſumus opinionem probabilem, non in illis. 5

Impugnatur hæc ratio, quia totam vim ſuam habet reſpectu eorum, quæ præciſè ſunt de fide iam determinata, & declarata, non autem in controuerſiis, in quibus non contingit error circa vltimum finem, ſeu fidem; cum enim nondum ſint cognita per definitionem fidei, à nobis non poſſunt intelligi ſicut ſunt à parte rei, ac proindè ignorantur inuincibiliter, & inculpabiliter, vndè ſuper eis datur libertas opinandi iuxta motiua, quæ intellectui occurrere poſſunt, ſicut in controuerſiis morum; quare ſicut in his poſſumus ſequi probabilem relicta probabiliore, ita in illis, cum æquè in vtriſque detur inuincibilis ignorantia veritatis rei, ſicut eſt à parte rei. Quod ait, errantem in his etiam inuincibiliter non ſaluari, intelligitur de iis iam definitis, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem neceſſitate medij, itavt eorum omiſſio etiam inculpabiliter ex ignorantia inuincibili, non excuſat, nec liberat à periculo æternæ damnationis, vt credere Deum eſſe, & eſſe remuneratorem, & largitorem omnium bonorum, &c. Vide Scotum *in* 3. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *numero ſecundo*, Diuum Thomam 2. 2. *quæſt.* 2. De Lugo *diſp.* 12. *de fide ſect.* 2. Becanum *cap.* 12. 6

Digitized by Google

cap. 12. *de fide q.* 1. Sanchez *lib.* 2. *cap.* 2. Et in hoc omnes conueniunt. Sed id non facit ad rem præſentem, vbi agitur de nondum definitis, quorum ignorantia nequaquam nocet in ordine ad vltimum finem, ideo liberum eſt opinari de illis, abſque vllo præiudicio ſalutis æternæ.

7 Idem Mercorus, qui poterat ſequi ſententiam prædictorum cum ſua ratione, diſtinguit, & multa circunloquitur, vt probet eandem eſſe obligationem ſequendi tutiorem in controuerſiis fidei, & morum, contentus ipſo titulo quæſtionis affirmatiuo pro probatione confirmat ſuam reſolutionem auctoritate ſanctorū PP. Auguſtini, & Chryſoſtomi, qui ſecundùm ipſum docuerunt in controuerſiis fidei præponendam eſſe eam opinionem, quam ſequuntur maiores Eccleſiæ, quia cenſetur probabilior. Sed ex dictis præcedenti capite conſtat, illos ſanctos Patres non reprobaſſe opinionem minus probabilem; neque ex eo, quod opinio maiorum præponenda aliis, infertur in reliquis, quia ibi ſermo eſt præcisè de libris Canonicis controuerſis, non de aliis rebus, ad quas non eſt inferendum.

8 Limitaui noſtram concluſionem, nos ſequi poſſe opinionem minus probabilem in controuerſiis fidei, quando opinio non eſt abolita, & facta improbabilis, vnde exempla initio allata à Mercoro, & à nobis examinanda ſunt.

9 Exemplum primum à nobis allatum, quod de fide ſit, operandum eſſe ſecundùm conſcientiam inuincibiliter errantem; vtrumque ſuſtineri poteſt tutâ conſcientia, quia auctores ſunt claſſici pro vtraque parte, quos citaui *cap.* 3. *num.* 10.

10 Exemplum ſecundum, quod de fide ſit, Papam non poſſe errare in Canonizatione Sanctorum, eſt ita communiſſima hæc ſententia, vt nefas ſit ſentire oppoſitum, pro qua vide Barboſam *capite primo de Religione & vener. ſanct. numero quinto.* Contelorum *capite decimo de Canon. Sanct.* innumeros referentes Doctores. Ratio conuincens eſt, quia Papa non poteſt errare in rebus fidei, & morum, vt fides docet; ſed Canonizatio Sanctorum pertinet ad mores vniuerſæ Eccleſiæ; eſt de fide; ergo non poteſt errare in Canonizatione Sanctorum. Concluſio eſt de fide, quia ſequitur ex præmiſſis de fide; præmiſſæ enim inferunt talem concluſionem, quales ipſæ ſunt.

11 Exemplum Ioachimi ſemper fuit opinio improbabilis; nam fides docet, quod vnus eſt Deus, & ſicut verè eſt vnus; ità veriſſima eſt eius vnitas, non collectiua; nec ſimilitudinaria; falſum ergo quod opinio Ioachimi aliquam habuerit probabilitatem, quam nec coniecturare poſſumus ex eo, quod Lombardum vocauit hæreticum, & inſanum, quia ex conuitiis; & iniuriis opinio non probatur. Nec ex hoc bene infertur, Ioachimum ſuam opinionem rectè de fide tenuiſſe; cum repugnet ex natura rei, quod diuina vnitas ſit ſimilitudinaria; quod ſemper à Sanctis Patribus deteſtatum fuit. Malè ergo ſentit Mercorus, Ioachimum aſſeruiſſe ſuum dictum eſſe de fide, cum id non probetur ex illatis iniuriis Lombardo.

12 Exemplo de baptiſmo paruulorum reſpondet Mercorus eodem modo, eos ſcilicet tenuiſſe de fide, non infundi infantibus baptizatis gratiam, & virtutes; nam *in capite primo, Clem. de ſumma Trinitate*, dicit textus, quod de hac re Theologi habebant opiniones contrarias, certum autem tempori Concilij Viennenſis præextitiſſe Diuum Thomam, & Scotum, qui tenent cum cæteris Sanctis Patribus, infantibus conferri gratiam & virtutes in baptiſmate, ideo non eſt veriſimile, illorum Aduerſarios cenſuiſſe, id eſſe de fide, imò nec eſſe eorum opinionem probabiliorem.

V CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

An S. Bernardus tenuerit eſſe peccatum operari iuxta opinionem minus probabilem, relicta probabiliore?

1 PAter Magiſter Mercorus *par.* 2. *art.* 25. aſſerit S. Bernardum in Regulam D. Benedicti *cap.* 38. docere, eſſe peccatum ſequi opinionem minus probabilem, reſoluendo quæſtionem, an ſicuti qui operatur bonum quod putat malum, peccat, ita mereatur, qui operatur malum, quod putat bonum; ibique tradit regulam rectæ conſcientiæ, quæ ab eo appellatur oculus conſcientiæ, & ita fatur: *Ego, vt interior oculus verè ſimplex ſit, duo illi eſſe neceſſaria arbitror, charitatem in intenſione, & in intellectu veri-*
2 *tatem.* Ad rectitudinem conſcientiæ, inquit Mercorus ex S. Bernardo exigitur electio veritatis; ſed eligens minus probabilem in concurſu probabilioris non eligit veritatem, quod ex eo conſtat, quia talis doctrina potius eſt dubia, quam vera; non minus enim vera apparet, quam falſa, imò magis apparet falſa, quam vera; ergo. Confirmat ex eodem ſancto:
3 *Patet ergo illam laudabilem à Domino laudatam ſimplicitatem abſque his duobus non eſſe bonis, beneuolentia, atque prudentia, vt oculus videlicet non ſolum pius, qui fallere nolit, ſed cautus ſit, qui falli non poſſit.* Oculus operantis rectè debet eſſe cautus, vt falli non poſſit, ſecundum D. Bernardum; ſed eligens minus probabilem non eſt ita cautus, vt falli non poſſit. *Probat*, quia huiuſmodi doctrina non minus poteſt eſſe falſa, quàm vera; ergo qui eam eligit, poteſt eſſe, quod decipitur. *Alia ſubiungit alibi reiecta.*

4 Impugnatur in primis quod S. Bernardus dixerit, eum peccare, qui facit bonum, quod putat malum, mereri verò, qui facit malum, quod putat bonum; nam reſoluendo quæſtionem, dicit in vtroque caſu peccare ſic agentem, his verbis: *Siue itaque putet bonum, quod fortè agis, ſiue bonum malum, quod operaris, vtrunque peccatum eſt, quia neutrum ex fide*: Ideſt ſecundum veritatem, & conſcientiam; ſed vtrunque eſt ex mala; & falſa fide, & opinione; nam paulò ante id dixerat: *Cur inquis? Nunquid ex fide? Prorſus ex fide, ſed falſa, quia fides falſa fides non eſt. Denique de fide vera non falſa puto dixiſſe Apoſtolum: omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Et de falſa opinione ſuperius ad præcitata à Mercoro dixerat: *Cur non è contrario tantum cuique bonum ſit, quod operatur, quantum vel falsò opinatur.*

Impugnatur ſecundò interpreta- 5
tione verborum S. Bernardi, qui in priori loco dicit, duo bona faciunt oculum ſimplicem charitas, & veritas, ſeu beneuolentia, & prudentia, vt dicitur ſecundo loco, quia per charitatem, & beneuolentiam neminem decipit, & per veritatem, & prudentiam à nemine fallitur. Nihil autem hic agitur de ſequenda opinione probabiliore contra minus probabilem. Obſeruaui in meo codice, non legi *in intellectu veritatem*, ſed *in electione veritatem*. Sed id parum refert.

Impugnatur 3. eius argumentum, 6
quod reuera non colligitur ex ſententia S. Bernardi, nimirum, qui eligit doctrinam minus probabilem non eligere veritatem; id enim omnino falſum eſt, cum opinio vt probabilis ſuam contineat veritatem, ex probatis *capite quinto, num.* 7. 35. *capite* 18. *num.* 6. & alibi ſæpè. Falſum quoque eſt doctrinam probabilem eſſe dubiam, cum eſſe probabile, & eſſe dubium omnino diuerſa ſint ex probatis alibi, cum opinio non poſſit ſtare cum dubio. Demum operans ſecundum opi- 7
nionem probabilem ita eſt cautus, ſicuti qui operatur cum opinione probabiliore, licèt is dicatur cautior, quod tamen non tollit cautionem ab operante minus probabiliter; quia non fallitur, dum operatur ſecundum dictamen conſcientiæ probabilis, quæ eſt oculus interior dictans voluntati electionem bonæ operationis.

Confirmantur prædicta, quia ſub 8
initium eiuſdem libri *de præcepto & diſpenſat.* multa dicit in fauorem ſubditorum, quibus ſuperiores non poſſunt

Digitized by Google

poſſunt præcipere ea, quæ ſunt præter, aut ſupra Regulam ibi: *Ergo Prælati iuſſio, vel prohibitio non prætereat terminos profeſſionis, nec vltra extendi poteſt, nec contrahi citra: Nihil me prælatus prohibeat horum, quæ promiſi, nec plus exigat, quàm promiſi; vota mea nec augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate.* Ecce quomodo ſanctus vir fauet conſcientiæ probabili non obligans ad melius, vt petit opinio aduerſariorum; ſed ad bonum tantum, vt faciunt illi, qui ſequuntur opinionem probabilem, relicta probabiliore; nam probabilius eſt credere, religioſum in omnibus obediendo etiam præter, vel ſupra Regulam, euitare periculum peccandi ſaltem imaginarium, quam limitatè obedire tantum ſecundum Regulam, in quo timeri poteſt aliquod ſimile periculum.

CAPVT XXIX.

Referuntur reſponſa P. M. Mercori ad rationes opinionis probabilis, & ſoluuntur.

1 PRoponit ſub *art.* 28. hoc dubium: An rationes, quibus fuerunt moti recentes Doctores ad affirmandum, eſſe licitum ſequi opinionem minus probabilem, ſint euidenter ſolubiles. Reſpondent apud ipſum negatiuè Paſqualig. & Caramuël, ac proindè ſuam ſententiam putant eſſe demonſtratam per rationes, quæ non poſſunt euidenter ſolui. Mercorus autem putat eſſe euidenter ſolubiles, vnde eas ſoluit, euidenterne? infra patebit.

2 Ego autem puto, rationes vtrinque eſſe quidem ſolubiles, quia reuera Aduerſarij aduerſariorum rationes de facto ſoluunt, vt experientia patet; ſed an euidenter? hic opus hic labor. Arbitror, rationem, ſeu modum ſolutionis non excedere naturam ipſius opinionis, quæ ſicut induit eſſentialiter probabilitatem, ita eadem opinatur ſpoliata ab aduerſariis; dico opinatur; quia reuera non ſpoliatur, aliter eſſet facta improbabilis, & non poſſet ab aliquo amplexari: rationes ergo fundantes opinionem probabilem, non ſunt euidenter ſolubiles cum deſtructione nimirum probabilitatis opinionis impugnatæ, cum deſtruere ſit abolere, quod ſpectat ad Pontificem Romanum, inueſtigando veritatem rei, prout eſt ex parte rei. Soluuntur ergo probabiliter, non euidenter, ſumendo rationem euidentiæ pro eo, quod demonſtrat rem prout eſt in ſe; aliter per ſolutionem euidentem intellectus non diceretur opinari, ſed ſcire, & tolleretur ratio opinionis; quia aduerſarij prætenderent aduerſariorum rationes euidenter ſoluiſſe, quod eſſe non poteſt, niſi vtrinque deſtruatur ratio opinionis; cum non minus probabilis, quàm probabilior habeat rationem opinionis poſitiuæ probabilitatis.

Cognoſcitur verò opinio probabilis euidenter talis, dum intellectus opinantis certò ſcit certitudine ſcientiæ opinionem conſtitui talem per rationes, & media probabilia, & non per media demonſtratiua, & ſcientifica; ergo dum talem habet cognitionem, non opinatur, ſed euidenter cognoſcit ſe ſcire verſari circa opinionem, non circa ſcientiam, ex diuerſitate motiuorum. Tunc igitur intellectus euidenter ſcit opinionem eſſe probabilem, atque regulam morum, cum cognoſcit, media quibus ſit probabilis, eſſe vera, & certa moraliter ſecundum rationem apprehenſam in obiecto. 3

4 Recenſendæ ergo ſunt rationes diuerſorum Theologorum, qui fauent opinioni probabili, cum ſolutionibus Mercori, vt eaſdem reſoluamus, non curando de modo, an euidenter, an probabiliter, ſeu alia ratione dicantur ſolutæ, quales cenſentur reſoluentibus.

Medina 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *dub. pen.* apud dictum Mercorum refert quatuor rationes.

5 Prima eſt. Non tenemur ſequi id quod perfectius eſt; ergo non eſt neceſſarium ſequi probabiliorem, ſed ſufficit ſequi probabilem. *Reſpondet Mercorus*, negando probabilem, & probabiliorem in concurſu ſe habere ſicut perfectum, & perfectius *ex art.* 9.

6 Impugnatur probando opinionem probabilem habere rationem perfecti-

V 2 tum

tum quia eſt ens poſitiuum; ergo habet rationem perfecti, cum ex quo eſt ens, eſt etiam bonum, & proindè perfectum; quia bonum, & perfectum pro eodem accipiuntur, cum bonum dicat perfectionem ſecundum D. Thomam *par.* 1. *q.* 48. *art.* 6. & *q.* 49. *art.* 1. D. Aug. *lib.* 8. *de Trinit. cap.* 3. & 8. ex eis Meldul. *diſp.* 5. *Metaph. q.* 10. cum Scoto *quodl.* 18. *verſ. Dico primò.* Tum ratio probabilitatis non eſt ratio imperfectionis, quia diceret improbabilitatem, quæ imperfectio eſt; ergo dicit perfectionem, conſequenter opinio probabilis eſt perfecta in ſuo genere. Tum quia opinio probabilis dicit rationem ſecuritatis, quæ eſt perfectio, dum ea diuiditur etiam per ipſum Mercorum in tutam, & tutiorem, ex *præcitato art.* 9. ab ipſo, vbi reuera non probat, quod id dicit, & ipſius rationes nos reiecimus *cap.* 13.

7 Secunda ratio Medinæ eſt. Poteſt quis in Scholis legere, & docere opinionem minus probabilem; ergo licitum eſt etiam eam conſulere. *Reſpondet*, negando antecedens; quia nullus poteſt docere propoſitionem, de qua nullus poteſt opinari, *ex art.* 3. Non poteſt autem intellectus opinari de parte minus probabili in concurſu probabilioris.

8 Impugnanda non eſſet hæc reſponſio, quia ſeipſam interimit, dum ipſe opinatur minus probabiliter contra noſtram probabiliſſimam, non animaduertens immemor eius, quod experitur. Eleganter reſpondiſſet cum Merenda, aliud eſt legere in ſcholis ſpeculando, aliud eam practicari, & conſulere, contra quem egimus *c.* 13. *num.* 4. De libertate opinandi *cap.* 5. 33. & 35. *cap.* 7. *num.* 61.

9 Tertia ratio Medinæ. Confeſſarius non poteſt cogere pœnitentem ad ſequendam magis probabilem; ergo licitum eſt ſequi minus probabilem. *Negat* antecedens, ſubdendo, quod non poteſt probari, ſtante controuerſia eius, de quo diſputamus, quia ab hoc puncto dependet.

10 Impugnatur, vndè habes, quod pœnitens poſſit cogi ad ſequendam probabiliorem; ſi nos non poſſumus probare id, nec tu vales tuam ſuſtinere ſententiam, cum & ipſa ſit ſub lite. Nihil autem obſtat, quin probemus antecedens; nam lex nulla aſſignatur, cogendum eſſe pœnitentem ad ſequendam probabiliorem; ergo in eius eſt libertate ſequi quam vult, & ſic minus probabilem, ex quo patet non poſſe cogi à confeſſario ad ſequendam probabiliorem, vt docent communiter Doctores cum Sanchez *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 21. Diana *par.* 2. *tract.* 13. *reſol.* 14. Sancio *in ſelect. diſp.* 43. *n.* 42. latè Vericello *tract.* 2. *q.* 37.

Quarta ratio Medinæ. Eſſet negotium multis ſcrupulis inuolutum, ſi teneremur ſequi probabiliorem; ergo ſufficit minus probabilis. *Reſpondet*, non dico, me docere ſemper eſſe inueſtigandam probabiliorem quia hoc eſſet nimium oneroſum; ſed dico, quando probabilis dicit, actum eſſe licitum, & probabilior negat, probabiliorem eſſe ſequendam. Hoc autem non eſt inueſtigare probabiliorem, ſed inueſtigatam ſupponere, & tantum abeſt, quod ſequendo magis probabilem, exponatur conſcientia ſcrupulis, quod potius ab illis liberatur. 11

Impugnatur; quia non ſoluit argumentum, ſed magis confirmat, dum concedit, oneroſum eſſe quærere ſemper probabiliorem, & non bene ſupponit inueſtigatam probabiliorem, dum in multis controuertitur quænam ſit probabilior; nam quam vnus ſenſet probabiliorem, alter reputat minus probabilem; multiplicantur igitur ſcrupuli. Mihi licet celebrare Miſſam, Matutino nondum recitato, etiam nulla exiſtente cauſa, aut neceſſitate; & licet cantare ſolemniter Epiſtolam in peccato mortali, & has duas opiniones puto probabiliores, ambas verò minus tutas; cum tutius ſit præmittere Matutinum, & Confeſſionem propter periculum non reale peccandi, ſed imaginarium. De Miſſa dixi *c.* 18. *n.* 90. *De cantore Epiſtolæ* Bonac. *diſp.* 1. *de Sacram. q.* 3. *p.* 2. §. 1. *n.* 7. Quia ſimiles functiones non ſunt ſanctificatrices, ſicut confectio ſacramentorum, quæ poſtulant miniſtrum ex officio deputatum exiſtentem in gratia, nulla pariter eſt prohibitio contra illas, ſicut contra conficientes ſacramenta. Similes opiniones rem faciunt licitam, & tamen ſunt probabiliores, quas nihilominus non ſequeretur Mercorus; ergo eius reſponſio non euacuat difficultatem. 12 13

Sanchez

Digitized by Google

14 Sanchez *lib. 6. cap. 3*. Mercorus *eodem art. 28*. refert pariter quatuor rationes. Malè citatur eo loco, quia ſunt hæ rationes *lib. 1. cap. 9. num.* 14. & non loco præcitato à Mercoro.

Prima eſt. Sicuti in ſpeculatiuis eſt probabile, quod abſque deceptionis periculo amplecti licet, ita & in moralibus quod abſque peccati periculo. *Concedit Mercorus* totum argumentum, ſed negat, quod aliquis fortaſſe ſubſumeret; nimirum non eſſe periculum peccati ſequendo minus probabilem in concurſu probabilioris. Hoc enim erat probandum, cum in hoc conſiſtat difficultas.

15 Impugnatur, quia argumentum Sanchez eſt hoc: *Sicut opinio probabilis in ſpeculatiuis eſt, quam abſque deceptionis, & erroris periculo amplecti licet; ita in moralibus opinio probabilis eſt, quam abſque peccandi periculo ſequi licet, quippe nullus ad melius, & perfectius amplectendum adſtringitur.* Hæc ſunt formalia verba Sanchez multum adulterata ab aduerſario citante argumentum in alio loco non bono fine. Vis ergo argumenti ea eſt, ſi licet amplecti opinionem probabilem in ſpeculatiuis ſine deceptione, & errore, cur non etiam in moralibus idem licet? Non habens in promptu diſparitatem aliud ſimulauit argumentum, & locum.

16 Secunda ratio Sanchez ſecundum Mercorum, quæ ſolum eſt corroboratio prioris argumenti, vt patet ſupra, eſt hæc: Quippe nullus ad melius, & perfectius amplectendum tenetur. *Reſpondet his verbis*: Etiam ſecundum motiuum conceditur, ſed negatur, quod poſſet ſubſumi, nimirum minus probabilem, & probabiliorem ſe habere ſicut perfectum, & perfectius inter regulas agibilium, vt dictum eſt *art. 9*.

17 Impugnatur eodem modo, quia variauit argumenta, & eius officium eſt reſpondere, non formare ſuo modo argumenta aduerſarij, vt poſſit faciliùs reſpondere. Dum autem concedit, neminem teneri ad melius, & perfectius, cogitur concedere, neminem teneri ſequi probabiliorem, quod melius eſt, ſed poſſe ſequi minus probabilem, cum ſit perfectum quid, quod amplecti poſſumus licitè, dum non tenemur ad perfectius, ſuprà autem *ſub n. 6.* probauimus, opinionem probabilem eſſe quid perfectum relatiuè ad probabiliorem, quæ eſt quid perfectius, & confirmatur ab eodem Mercoro *part. 1. art. 14. in 4. ratione*, vbi probat, opinionem eſſe perfectionem intellectus, quia melius eſt opinari, quàm non opinari, vbi dicit ex Ariſtotele, quod melius eſt apprehendere aliquid probabiliter de ſubſtantiis ſeparatis, quam demonſtrationes habere de materialibus, igitur opinio probabilis, eſt ens perfectum; nec hoc reiicit Mercorus, dum ſibi reſpondet, & dixi *cap. 18. num.* 113.

Tertia ratio Sanchez eſt hæc: Quia omnimoda certitudo de rebus haberi nequit, ad quam Deus nos minimè obligauit, ſed ad operandum cum morali certitudine, quæ in opinione probabili reperitur. *Reſpondet*, negando ſuppoſitum argumenti, ſcilicet minus probabilem in concurſu probabilioris habere certitudinem moralem, imò oſtenſum fuit *art.* 8. intellectum de ea, dum ſtat in tali diſpoſitione habere dubietatem practicam. 18

Impugnatur primò, quia & nos negare poſſumus certitudinem moralem opinionis probabilioris in concurſu cum opinione minus probabili, cum non ſit maior ratio de vna quam de alia, cum certitudo originem trahat ab ipſa forma probabilitatis ſecundum eſſe poſitiuum; prius enim res abſolutè ſpectatur, quam comparatiuè, & pluribus hanc veritatem, nempè certitudinem moralem dependere, & oriri à probabilitate, probaui *cap. 22. num. 13. & ſeq. cap. 23. 4. ad 19.* vbi de ſecuritate non peccandi ſequendo opinionem probabilem. *Secundò*, ipſemet Mercorus in moralibus requirit certitudinem moralem in omnium ſententia *part. 1. art. 8. 9. & 10.* Opinio autem non ſolum probabilior, ſed etiam probabilis verſatur circa moralia; ergo propriam habet certitudinem fundatam in opinione qua eſt ſimpliciter probabilis, vt probatum fuit locis citatis. *Tertiò*, concurſus probabilioris non tollit certitudinem minus probabili, quam nec illi contulit, cum eam habeat à rationibus illam conſtituentibus in eſſe ſuo probabili; vnaquæque enim ſuam habet certitudinem ex ſuis intrinſecis, nec negandum eſt vni, 19

quod conceditur alteri, dum ambæ ſunt ſub conditione opinionis probabilioris. *Quartò*, demum falſum eſt, opinionem probabilem includere dubietatem practicam; cum eam non includat eius contraria probabilior, par enim debet eſſe contrariorum ratio. Opinionem autem excludere dubium probaui *c.5. n.78. c.9.31.33.57.59.& 63.& alibi.*

20 Quarta ratio Sanchez: Nam intolerabile eſt onus, ac ſcrupulis expoſitum, ſi opiniones probabiliores inueſtigare teneremur. *Concedit* totum argumentum Mercorus, negando ſententiam, quam *defendit*, nos ducere ad huiuſmodi inconueniens; falſum enim eſt, quod ſupponat, ſemper neceſſario in noſtris operationibus inueſtigandam probabiliorem, ſed *docet*, quod quando occurrit minus probabilis in concurſu probabilioris, hæc, non illa eſt amplectenda, & hoc non eſt intolerabile onus.

21 Impugnatur, quia iſte concurſus eſt ordinarius in opinionibus; nam dum intelligimus opinionem minus probabilem, non poſſumus non intelligere concurſum cum oppoſita, quæ appellatur magis probabilis; vnum enim relatiuum non cognoſcitur ſine reſpectu ad eius oppoſitum; dum ergo tu loqueris de opinione minus probabili à te reiecta, eam ſine dubio concipere non vales ſine concurſu probabilioris, quam vis eſſe de neceſſitate amplectendam; ergo argumentum Sanchez à te conceſſum remanet contra te in ſuo robore.

22 Refert *ſub eodem art.*28. argumentum Caramuelis *ex diſput.6. in Regulam S. Benedicti, num.*59. Peccare, qui ſequitur opinionem probabilem improbabile eſt: Demonſtro ſic; vel poſſumus ſequi opinionem probabilem, vel tenemur probabiliorem ſequi. Si dicas primum; ergo hæc etiam eſt probabilis, vt de ſe patet; ſi ſecundum aſſeras, non effugiſti; per te enim tenemur ſequi probabiliorem. Atqui ſententia, quæ docet ſufficere minus probabilem eſt probabilior; ergo tenemur aſſerere, & ſentire, eos non peccare, qui ſequuntur partem minus probabilem, quia hæc ſententia habet ſolidiora fundamenta, atque nobiliores rationes, nec non multos maiori numero auctores. *Reſpondet Mercorus.* Hæc integra demonſtratio Caramuelis eſt, cui ſubſcribam, quando ipſe probauerit minorem, nimirum ſententiam de eligenda minus probabili ſolidiora fundamenta, & rationes nobiliores habere; nam de numero Doctorum dictum eſt *ſuprà.*

Reuera demonſtratio Caramuelis talis eſt, qualem ſe demonſtrat; nam vir prudens legat fundamenta vtriuſque partis, & perſpiciet ita eſſe; nam vſque modo nullus eorum adduxit legem prohibentem ſequi minus probabilem. Rationes, quæ ab eis afferuntur nihil probant, imò ex ſe ipſis apparent falſæ; nam quod non ſit liberum opinari, manifeſtat eius falſitatem ipſa experientia, dum ipſi inaduertenter minus probabiliter in hac re opinantur contra id, quod nos probabilius cum Caramuele opinamur. Tutior pars eſt ſequenda in dubiis, vt periculum peccandi euitetur, inquiunt ipſi, confundendo dubia cum opinionibus; eſſe quomodo ex eorum rationibus quicquam certi colligi poteſt. De numero Doctorum pro opinione probabili, recenſuimus pluſquam centum *cap.6. num.* 14. pro autem probabiliore pauci ſunt tres, aut quatuor, vt probaui *cap.5. num.*15. Si conſideremus eorum reſponſa ad argumenta huius noſtræ opinionis, ſunt tam debilia, & parui momenti, vt quaſi reſponſione non egeant. 23

Refert rationes Marci Vidal, quas ait eſſe ſupradictorum Medinæ, & Sanchez, quas vindicare debemus à reſponſis illius.

Prima eſt: Qui ſequitur, quod aliquo modo eſt verum, tuto operatur; ſed Doctores, qui docent vſum minus probabilis, vel per auctoritatem, vel per rationem, docent id, quod habet aliquem veritatis gradum, ſaltem ſecundum prudens iudicium; ergo tuta conſcientia minus probabilis poteſt eligi. Probatur, quia qui ſequitur verum, ſequitur bonum; nam verum, & bonum conuertuntur. *Reſpondet Mercorus*, concedendo, quem operari tuto, qui ſequitur, quod aliquo modo eſt ſecundum iudicium prudentiale, *ſed negat* ſequentem minus probabilem, ſequi quod eſt ſecundum iudicium prudentiale, & hæc negatiua 24

Digitized by Google

negatiua oſtenſa eſt *part.* 1. *articul.* 9. & 14.

25 Impugnatur, quia in opinione adeſt iudicium prudentiale; nam ea conſtituitur in eſſe probabili per media moralia, quibus intellectus determinatur ad iudicandum probabiliter licere tali, & tali modo operari. Dum enim rationes merè ſpeculatiuæ indicant hominem prudenter, & rectè cognoſcere opinatiuè res naturales, cur non etiam rationes morales non debent cauſare in opinante iudicium prudentiale circa agibilia, ſicut naturales circa ſpeculabilia? Quod ait *articul.* 9. & 14. opinabile non eſſe obiectum prudentiæ, à nobis reiectum fuit *cap.* 18. *num.* 43. & *ſequenti.*

26 Secunda eſt: Magis, & minus non variant ſpeciem; ſi ergo poteſt eligi magis probabilis; ergo etiam minus. Probatur conſequentia, quia maior, & minor probabilitas non variant naturam, cum vtraque participet de conformitate ad rectam rationem. *Reſpondet*, hoc argumentum fundari in eodem falſo, & vlterius dato, quod operari ſequendo probabilem ſit commenſurabile rectæ rationi, hoc non eſt verum de minus probabili in concurſu probabilioris.

27 Impugnatur *Primò*, non oſtendit falſitatem, cum reuera argumentum ſit clarè verum; nam nemo negat, magis & minus non variare ſpeciem, & in concurſu opinionum manifeſtum eſt dari magis, & minus probabilitatis; ergo quod vni licet, alteri quoque non diſconuenit, cum eandem habeant conformitatem rectæ rationis. *Secundò*, vt *ſuprà* dixi, concurſus opinionum non tollit vni, quod debetur illi, cùm vnaquæque non obſtante concurſu nitatur ſuis principiis. Præſcindamus ab illo concurſu, ſi probabilis participat de conformitate rectæ rationis, vt reuera particeps eſt, aliter non eſſet probabilis, ſed improbabilis; ergo eam ſequi poſſumus.

28 Tertia eſt: Non eſt imprudens, qui operatur ſequendo minus probabilem, quia licet vt ſic eligat minus bonum; dum tamen hic, & nunc ita operari expediat, prudenter operatur; ergo tuta conſcientia operatur. *Reſpondet*, prudentiam non commenſurari ſolum ab eo, quod expedit hic & nunc; ſed id, quod expedit debet eſſe honeſtum certò, quantum ad apparentiam, vt dictum eſt *part.* 1. *articul.* 7.

Impugnatur, quia ex quo non negat antecedens illud concedit, quod inſinuat non poſſe dari actionem prudenter factam, niſi præcognoſcatur illius honeſtas, fundata in opinione probabili, ſecundum quam opinans operari intendit prudenter; ergo honeſtè operatur; nam honeſta operatio procedit ab opinione probabili, quæ includit certitudinem honeſtatis, ex probatis *cap.* 22. *num.* 13. & *ſequenti.* 29

Quarta eſt, in dubiis potior eſt pars poſſidentis aliquam rem externam, & ius percipiendi aliquem fructum; ergo à pari melior eſt conditio poſſidentis propriam libertatem, & ius efficiendi quod ſibi eſt vtile, non obſtante eo dubio cauſato à probabiliori, poterit quis vti minus probabili. 30

Reſpondet Mercorus, eam regulam non ſuffragari vſui probabilitatum, quia facit tantum pro virtute iuſtitiæ. Quia tamen reſponſio hæc patitur difficultatem, agam de hac re *in ſeq. Capit.* 31

Quinta & vltima ratio Vidal. Opinio benignior, & ſuauior præferri debet, *leg. Benignius, ff. de leg. cap. fin. de tranſact.* ſed opinio, quæ iuſtificat actum eſt benignior; ergo in praxi eligi poteſt, etiamſi ſit minus probabilis. *Reſpondet duobus modis.* Primò, argumentum nimis probare; ſequeretur enim, probabiliorem, quæ non iuſtificat actum, neque de conſilio poſſe eligi, ſi ſemper benigniora eſſent præferenda. Hic textus ergo intelligendus eſt ſecundum Gloſſam *in leg. Semper, ff. de reg. iur.* id eſt, in dubiis facti in infligendis pœnis, & in aliis caſibus ibi expreſſis, ex Diana *tractat.* 5. *reſolut.* 7. Auila Layman. *libro* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. Secundò, benigniora poſſe præferri, quando ſunt in linea honeſti, eſt autem probandum, minus probabilem iuſtificantem caſum in concurſu oppoſitæ eſſe intra lineam honeſti, hoc enim eſt, quod diſputatur. 32

Impugnatur primum, quia neſcio, quomodo opinio probabilior non poſſit 33

V 4

poſſit iuſtificare actum, ſi probabilis illum iuſtificat, dum is conceptus non reprobatur à Mercoro. Opinio igitur quælibet ex quo eſt probabilis, à fortiori probabilior, iuſtificat actum, & operationem; dum probabiliter opinans iudicat actum, & operationem eſſe honeſtam, iuſtam, & licitam, in hac materia aliud iuſtificationis genus ignoro. Et lex adducta, quæ eſt decima octaua de legibus, clarè loquitur de interpretatione legis, non de pœnis molliendis, neque de his quicquam habet præcitata *regul. 9.* à Mercoro, quæ habet: *Semper in obſcuris, quod minimum eſt ſequitur*, 30. *in 6.* Nec Doctores allegati ab eo quicquam de hac re. *Ad ſecundum*, ſi per te opinio probabilis iuſtificat actum, dum id non negaſti; ergo ea de ſe iudicat actum honeſtum, non obſtante concurſu probabilioris, quæ non poteſt infringere eius probabilitatem, & rectitudinem, quam inducit in actum.

34 Refert præterea Mercorus *ſub eodem articul.* 28. rationes P. Stephani Spinulæ. Cur viuos honoras titulo Patris? dicendo P. Mercorus, P. Stephanus, P. Andreas Blanchus? & non defunctos? Quia amplius Patres non ſunt; nam mors ſoluit Religioſam profeſſionem.

35 Prima ratio Spinulæ eſt: Tunc quis honeſtè operatur, quando euidenter iudicat ſuam operationem, ſeu electionem operis eſſe honeſtam; ſed ſequens partem minus probabilem, euidenter eſt certus ſuam electionem eſſe honeſtam; ergo ſequens minus probabilem honeſtè operatur. Probat minorem, quando alicui conſtat euidenter, materiam à ſe electam eſſe probabilem, ſiue minus, ſiue magis, cum non variant ſpeciem, honeſtè operatur; ergo. *Reſpondet Mercorus*, aſſumptam in probatione minoris eſſe falſam, ab eo oſtenſam *artic.* 8. *rat.* 1. replicando, probabilitatem vnius partis contradictionis in concurſu oppoſitæ etiam probabilis non eſſe motiuum ſufficiens ad certificandam conſcientiam de honeſtate electionis.

36 Impugnatur, quia probabilitas ex ſua conditione debet aliquid operari pro conſcientia, cum de ſe dicat perfectionem ex probatis hic *ſub numero 6. & 17.* ergo certificat conſcientiam de honeſtate operationis, eſſe enim probabile includit rationem veri, & certi in ordine ad rectitudinem operationis, quod præſtat antecedenter ad comparationem; à qua non accipit opinio rationem probabilis, ſed à ſuis motiuis ipſam conſtituentibus in eſſe probabili, ad quod ſequuntur gradus comparationis, prius enim homo eſt doctus, quam quod concipiatur magis, vel minus, dum comparatiuum ſemper ſupponit poſitiuum in extremis ad inuicem comparatis. Quare cum ratio probabilitatis ſupponatur ante comparationem, non poteſt concurſus opinionum oppoſitarum auferre, vel impedire, quin probabilitas demonſtret honeſtatis certitudinem in operatione.

Secunda ratio: Sequens minus probabilem prudenter operatur; ergo honeſtè operatur. Probatur antecedens, imprudens non eſt qui quod prudenter aſſeritur, eligit in praxi; ſed qui opinatur de minus probabili, & eam aſſerit, non eſt imprudens, quia non temerè, ſed cum fundamento innixus probabilitati opinatur; ergo ſequens minus probabilem prudenter operatur. 37

Reſpondet Mercorus, negando minorem probationis antecedentis, quia probauerat *ſuprà art.* 4. Intellectum non poſſe opinari de minus probabili concurrente probabiliore, quod ſi non poteſt opinari, nec prudenter opinari poteſt, tanto minus eandem ſententiam prudenter poteſt aſſerere, quia eſſet mendax. Quomodo enim ore proferre poteſt, quod corde credere non poteſt. *Ad probationem*, quia ſcilicet, qui ita opinaretur non eſſet temerarius, dum cum fundamento opinaretur, *negat aſſumptum*, imò abſque fundamento opinaretur, ſi per impoſſibile opinaretur. Nam ibidem probatum eſt, motiuum minus probabile in concurſu motiui magis probabilis oppoſitæ partis ob huiuſmodi concurſum impediri, nec propriè dici poſſe probabile, niſi quatenus ſeorſum in aliquo intellectu reperiretur, quia tunc poſſet generare aſſenſum opinatiuum. 38

Impugnatur

Digitized by Google

39 Impugnatur illa falſa impoſſibilitas opinandi in concurſu probabilioris, ad hominem, quia tu dum impugnas argumentum aduerſarij opinaris minus probabiliter, imò falsò, contra probabiliorem; ergo debes concedere Spinulam potuiſſe opinari magis probabiliter, aut etiam minus probabiliter, ſicuti tu opinaris magis probabiliter, vt putas, contra aduerſarios, aut minus probabiliter contra eoſdem, qui magis probabiliter opinantur contra te. Deinde, vt paulò *ſuprà* dixi, opinari non prouenit à ratione comparatiua, ſed à ratione poſitiua probabilitatis; ergo impediri non poteſt à ſuo poſteriori. Præterea opinio probabilis per ſe ſeorſim reperta in aliquo intellectu poteſt generare aſsẽſum opinatiuum; ergo probabile, ex quo per te ſupponitur probabilis, conſequenter poteſt iudicare de honeſtate operationis. Quare cum ſeorſim quælibet per te opinio minus probabilis ſpectari poſſit, fruſtra per te conſideratur, contra Aduerſarios, in concurſu cum probabiliore, dum ſine hac eſſe poteſt. Opinari ergo non eſt temerarium, nec impoſſibile in concurſu probabilioris, ſed cum rationabili fundamento. Cur non negaſti antecedens? *Sibi obiicit* vſum in ſcholis ſequendi opiniones, quod non eſt temerarium; ergo neque in moralibus. *Reſpondet*, Lectores putare ſuas opiniones, quas in ſcholis legunt, eſſe probabiliores aliis, ideo temerarij non dicuntur. Ita nos reſpondere poſſumus, noſtras opiniones eſſe probabiliores, quam ſint opiniones ipſius Mercori, quas putamus minus probabiles. Vide tu quomodo hæc ſubſiſtere poſſunt.

40 Tertia ratio: Olim erat controuerſia; an eſſet licitum raptas nubere raptoribus. Concilium Aquiſgranenſe negabat, *ex cap. Placuit, q.2. 36.* At Diuus Hieronymus affirmabat, cuius opinio reſpectu Concilij erat minus probabilis, cui tamen non præiudicauit Concilium, vt apparet ex notationibus ad dictum caput, vnde poterat deduci in praxim.

41 Reſpondet Mercorus, ſententiam Concilij non eſſe contrariam ſententiæ Diui Hieronymi; nam *ex cap. Tria legimus, 36. q.2.* Sanctus docet, ex ſacra Scriptura, illorum matrimonium non eſſe illicitum; quod Concilium non negat, quamuis dignis de cauſis illud prohibeat his verbis: *Placuit nobis, vt illi, qui rapiunt fœminas, vel furantur, aut ſeducunt, eas nullatenus habeant vxores.* Quaſi dicat, quamvis non aduerſetur ſacræ Scripturæ, vt ait Diuus Hieronymus, tamen placuit nobis prohibere; ergo vigente lege Concilij licitum erat in praxi deducere opinionem Hieronymi. *Negatur.* Nam quod nunc liceat raptas nubere raptoribus non eſt ob auctoritatem Sancti Hieronymi, ſed quia decretum dicti Concilij moderatum fuit per ius nouum, *cap. Accedens, de Raptor. & per Trident. ſeſſ.* 14. *cap.* 6. Igitur argumentum cum falſo nitatur fundamento, nullam difficultatem faceſſit.

Impugnatur, ad hominem, quia ſi 42 Concilium non diſcordat à D. Hieronymo; ergo huius opinio deduci tunc poterat ad praxim, cùm non fuerit reprobata à Concilio Aquiſgranenſi. Nec poterat vbique reprobari, quia fuit Concilium Prouinciale Aquiſgrani in Germania, cui Diuus Hieronymus nunquam fuit ſubiectus, tùm quia defunctus multò tempore ante, cum illud celebratum fuerit an. 833. *tom.* 3. *Concil. fol.* 820. impreſſionis Nicolinæ Venetæ, tùm quia erat Dalmatinus, non Aquiſgranenſis. Ergo vigente lege illius Concilij licitum fuit ab extraneis deducere in praxim opinionem Diui Hieronymi, cum ſecundum ipſum Mercorum illud Concilium non aduerſetur Diuo Hieronymo, ideo nullo nititur falſo fundamento, ſed veriſſimo, vt enim docet Sanchez *lib.* 7. *diſput.* 12. *q. fin.* & ex eo Poncius *lib.* 7. *cap.* 69. *num.* 3. Raptus ab Apoſtolis vſque ad Concilium Tridentinum nunquam fuit impedimentum dirimens ex ſe, ſed tantum prohibens, ad euitanda inconuenientia, vnde Sanctus Hieronymus rectè vocat coniugia legitima inter raptorem, & raptum accedente conſenſu patris, aliter ſunt prohibita ſimpliciter.

Quarta ratio, *cap. Sicut quædam, diſtinct.* 14. habetur: *In his, quæ fuerint dubia, & obſcura admonemus, ſequendum, quod nec præceptis Euangelij, nec dictis Sanctorum Patrum inueniatur aduerſum.* 43

aduerſum. Ergo in dubio opinionum poſſumus ſequi partem minus probabilem, dummodo apertè non aduerſetur Euangelio, & Patribus. *Reſpondet*, in eo capite tradi regulam diſpenſandi in lege, vel conſuetudine vrgente neceſſitate temporis vel ætatis, ibique decernitur in caſibus dubiis eſſe eligendum, quod prædictis non aduerſatur. Textus ergo non facit ad rem, quia in mea concluſione, *inquit*, loquor de non eligenda opinione minus probabili extra caſum neceſſitatis.

44 Impugnatur, quia licet in eo capite ſermo ſit de diſpenſatione, & de legibus temperandis, ſeu de eorum interpretatione in bonam partem, non tamen argumentum ab eo deductum infringitur, quia opiniones etiam in diſpenſatione, & interpretatione legum habent locum; ergo doctrina huius capitis reſpicit etiam opiniones, ſecundum quas contingit diſpenſatio, & interpretatio legis in caſibus dubiis, vt ibidem dicitur, quæ dubia extirpantur iudicio prudenter opinantium.

45 Quinta ratio Spinulæ: Innocentius *cap. Ne innitaris, de conſtitut.* dicit: *Quando S. Patres habent diuerſas opiniones, licet vnicuique quam vult, eligere.* Ergo eligi poteſt minus probabilis, relicta probabiliore. *Reſpondet Mercorus*, ea verba non haberi, & verum dicit, ſed totam eam paginam non legit.

46 Impugnatur ergo, quia ea verba non ſunt de textu illius capitis, vt putauit Mercorus, ſed ſunt verba Innocentij IV. qui ſcripſit apparatum ſuper Decretales, cuius doctrina eſt familiaris Canoniſtis. Spinula igitur non protulit ſecundo loco verba textus *cap. Ne innitaris*, 5. *de conſtit.* ſicut fecit primo loco referens textum *cap. Sicut quadam*, de quo in quarta ratione, ſed Commentarium ipſius Summi Pontificis, qui vti Doctor, & Canoniſta interpretatus fuit verba textus mixta ex doctrina Salomonis, & Sancti Hieronymi; & ita eſt, quia ibidem citat etiam Abbatem, quod obſeruat etiam Sperellus *deciſ.* 119. *num.* 56. vbi ex Ioanne Andrea, & Felino *ſuper dictum cap.* ait, quod id omnes tenent. Vnde Mercorus hallucinatus eſt in duobus. *Primò*, putauit ea eſſe verba textus, quæ reuera non ſunt. *Secundò*, putando eſſe Innocentium III. qui nullum fecit commentum ſuper Decretales, ex eo, quod citatur auctor ſequentis capitis, quem nominat Senenſem Archiepiſcopum, & Epiſcopum Trecenſem, in illorum catalogo non regiſtrantur ab Abbate Vghello fideliſſimo recenſore omnium Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum in ſua ſacra Italia.

Sexta ratio: Omnis propoſitio, quæ non eſt conſecrabilis, eſt, aut vera, aut probabilis; ſed propoſitio minus probabilis in concurſu probabilioris non eſt cenſurabilis, quia non eſt hæretica, nec temeraria, nec ſcandaloſa; ergo eſt verè probabilis; ergo in praxi poteſt eligi. *Reſpondet*, licet non ſit temeraria, at neque ſimpliciter eſt probabilis, ſed eſt dubia *ex art.* 8. & ſic in praxi non poteſt eligi. 47

Impugnatur, quia probabile ſimpliciter eſt id quod nititur apparenti veritate ex recta ratione, eſt enim idem quod veriſimile proximum veritati obiectiuæ rei vt eſt in ſe; non poteſt ergo eſſe dubia, cum dubium nullum includat aſſenſum, ſicut facit probabilitas. Deinde ſi non eſt ſimpliciter probabilis, vel id ei negatur, quia ſumitur comparatiuè ad probabiliorem, vel ex alio capite, quod tu non aſſignaſti, non ex ratione comparationis, quia hoc pacto, nec probabilior eſſet ſimpliciter probabilis, quia ſumitur comparatiuè; ergo eſt ſimpliciter probabilis. Conſequentia non erat neganda à Mercoro conceſſo ferè toto contextu argumenti, negando ſolum, quod non eſt ſimpliciter talis, ſine vlla ratione perſuadente ſuam negationem. 48

Septima ratio: Subditus licitè obtemperat Prælato operando id, quod ſibi minus probabiliter apparet honeſtum, ſicut etiam & miles, qui minus probabiliter putat bellum eſſe iuſtum, poteſt licitè arma ſumere, ſi Princeps iubet; ergo in aliis caſibus, quis poteſt licitè ſequi opinionem minus probabilem. *Reſpondet*, ſe ſatisfeciſſe huic argumento *art.* 3. dicendo: Auctoritatem Principis, & Superioris, de quibus præſumitur honeſta tantum præcipere, eſſe motiuum 49

tiuum extrinſecum certificans ſubditum de honeſtate operis, de quo ipſe ex motiuo intrinſeco probabilius putabat non eſſe honeſtum. Et in hoc ſenſu concedit Mercorus, quem poſſe eligere opinionem minus probabilem relicta probabiliore, quia tunc adeſt rationabilis cauſa variandi iudicium ſpeculatiuum à practico, ex dictis *art.* 8. *& p.* 1. *art.* 9.

50 Impugnatur, quia argumentum Spinulæ ſupponit ſuperiorem habere opinionem minus probabilem, ac proinde eius auctoritas non poteſt efficere, vt euadat probabilior, cum radix probabilitatis deſumatur à recto motiuo, cui auctoritas commenſuratur, aliter mutatur ſubſtantia argumenti ſine ratione. Deinde auctoritas præcisè ſpectata non dat probabilitatem, ſed tantum auget opinionem in ſuo gradu; ergo remanet opinio minus probabilis eadem ac ſi practicaretur ab eodem ſuperiore.

51 Demum ſubditus non debet eſſe melioris conditionis, quam ſuus Superior; eſſet autem, ſi ſubdito liceret vti opinione minus probabili, & non idem liceret Superiori.

52 Soluit præterea aliorum argumenta idem P. Mercorus, quibus in ſequentibus proponendis reſpondendum eſt, vt factum fuit in præcedentibus.

53 Prima & principalis ratio aliorum, quos nomine proprio non vocat, eſt hæc: Operans ex dictamine rectæ rationis tuto operatur; ſequens minus probabilem in concurſu probabilioris operatur ex dictamine rectæ rationis; ergo ſequens minus probabilem rectè operatur. Probatur minor: Sequens opinionem probabilem operatur ex dictamine rectæ rationis; ſed minus probabilis eſt probabilis; ergo ſequens minus probabilem operatur ex dictamine rectæ rationis. Maiorem probat Paſqualigus. Quia ideo opinio dicitur probabilis, quia ex aliquo motiuo apparet conſonans cum recta ratione; alioquin ſi non apparet conſonans, ſed diſſonans, non eſſet probabilis, ſed falſa moraliter.

54 Reſpondet Mercorus diſcuſſiſſe ſufficienter hanc rationem *ſub art.* 6. negando maiorem, & minorem, dicendo, probabilitatem non eſſe commenſuratam rectæ rationi, non quia ſit falſa, ſed quia de ſua intrinſeca ratione inuoluit formidinem, quod poſſit eſſe falſa, excluditque certitudinem moralem, & vt talis non poteſt conformari legi æternæ, cui per ſe conformari debet recta ratio agibilium. *Negata eſt etiam minor*, quia dato, & non conceſſo, probabilitatem eſſe rectam regulam morum, hoc eſſet verum de probabilitate, pro quanto actu flectit intellectum in aſſenſum probabilem prædicati cum ſubiecto; & dictum eſt, probabilitatem opinionis minus probabilis in concurſu probabilioris non habere hanc vim; quia dum probabilitas oppoſita magis vrget, trahit intellectum ad ſe, & dum manet in tali diſpoſitione, non poſſe ſe determinare ad minus probabilem. *Vnde in argumento committitur fallacia*, non aliter, ac ſi quis diceret: Planeta lucidus ad nos tranſmittit radios; Sol exiſtens ſub terra eſt Planeta lucidus; ergo Sol exiſtens ſub terra ad nos tranſmittit radios. Quia ſtat Solem ſecundum ſe tranſmittere radios ad nos; at ſi conſideretur, vt ei interponitur corpus terræ, non poterit cum tali diſpoſitione tranſmittere radios. 55 Ita prorſus ſtat probabilitatem præciſo concurſu poſſe eſſe regulam morum, quia in tali diſpoſitione poteſt flectere intellectum ad ſui aſſenſum; tamen conſiderata in concurſu ſuæ oppoſitæ æqualis, vel maioris probabilitatis, à qua impeditur, ne intellectus ſe determinet, non poteſt eſſe regula morum, non meretur ergo hæc ratio nomen demonſtrationis, quia vtroque pede claudicat. *Hac Mercoris.*

56 Impugnatur primò, quia malè negauit maiorem propoſitionem, quæ eſt hæc: *Operans ex dictamine rationis tuto operatur*; nam ideo cognoſcitur tuta operatio, quia ex dictamine rationis procedit, ſicut non tuta, & periculoſa prouenit ex oppoſito dictaminis; dictamen enim rationis eſt prudens, & rationabilis actus ab intellectu prudenter præmeditatus, ex quo non decipitur; ergo ſecundum illud operans tuto operatur. Nec formido tollit à probabilitate cōmenſurationem rectæ rationis, quia ea

tantum

57 tantum materialiter, & radicaliter ſpectatur, quæ non conſideratur, ea enim tantum indicat diſtinctionem inter ſcientiam, & opinionem, quæ non eſt ita certa, ſicut ſcientia, quæ attingit obiectum ſuum ſicut eſt à parte rei; tamen propriam habet certitudinem licet inferioris gradus in genere moris, dum conſtituitur ipſa opinio probabilis ex motiuo rationabili, quo intellectus illuminatus cenſet eſſe probabile, verum, & certum quod apprehendit circa rem, eo modo, quo poteſt intelligi ens
58 morale, & contingens. Formido autem actualis non reperitur in homine docto, dum opinatur, nec in aliis, niſi inconſtantibus, & ignorantibus quid ſit natura opinionis probabilis; ideo certum iudicium ab opinante factum perturbare non poteſt, non ſolùm quia abeſt, cum non niſi voluntariè ſequatur opinionem; verum etiam, quia eſt ita modicæ virtutis, atque leuis quædam ſuſpicio, vt non valeat exterminare certum morale iudicium rationabiliter factum ab intellectu opinante. De formidine non excludente veritatem, & certitudinem opinionis dixi *cap.* 5. *num.* 12. *ad* 28. *& cap.* 18. *num.* 30. *& ſequenti*, contra ipſum Mercorum. Probabilitas ergo commenſuratur rectæ rationi; eſt enim abſurdum, quod aliquid ſit probabile, & rationabile, & non habeat conformitatem cum recta ratione, dum probabile opponitur improbabili, quod non poteſt ſtare cum recta ratione, dum eſt irrationabile.

59 Impugnatur ſecundò, quia malè pariter negauit minorem, quæ eſt hæc: *Sequens minus probabilem in concurſu probabilioris operatur ex dictamine rectæ rationis.* Nam ex mox dictis probabilitas includit dictamen rectæ rationis ex hoc quod eſt probabilitas afficiens opinionem, cum opinio dicatur probabilis, quia ſit probata ex motiuis rationabilibus habere in ſe veritatem, & certitudinem eius,
60 quod intellectus opinatus fuit. Et cum ſit opinio prius concepta probabilis in ſeipſa ſecundum poſitiuam rationem, antequam concipiatur ſecundum comparationem, & concurſum, in rebus enim prius eſt conceptus poſitiuus, & abſolutus, quam comparatiuus, & relatiuus; concurſus, in quo Mercorus magnam vim facit, nullam vim habere poteſt contra ipſius opinionis probabilitatem, dum concurſus cum opinione probabiliore eſt poſterior ad ipſam formam poſitiuam probabilitatis, quæ ineſt, vt probaui, antequam opinio fiat talis ſecundum magis, & minus. Quare concurſus ille in hoc vanus eſt, cum non poſſit deſtruere intrinſeca opinionis, quæ ſupponuntur ab ipſo concurſu ab illis originem trahente, ſicut relatio conſequitur ad ipſa extrema tanquam accidens ad ſuum ſubiectum. Quare maioritas in probabilitate opinionis probabilioris non vrget, nec trahit ad ſe intellectum, quin poſſit ſe determinare ad opinionem minus probabilem, ea ratione, quia indicat ſolum exceſſum probabilitatis nullam vim actiuam habens retrahendi intellectum ab opinione probabili, vel iam conſtituta in ſuo eſſe, vel conſtituenda ab intellectu pro ea opinante; nam ex ſuis motiuis, & principiis rationabilibus conſtituitur in ſuo eſſe attingibilibus ab intellectu, qui ab illis determinari poteſt, dum de ſeipſis ſunt entia, ac proinde ſub ratione veri determinantia ipſum ſine vlla relatione ad oppoſitam opinionem; dum ab huius motiuis non dependent in ratione poſitiui.

Impugnatur tertiò, quia illius paralogiſmus non facit ad rem pro ipſo. 61
Quia reuera interpoſitio terræ impedit, ne radij ſolis ad nos tranſmittantur, cum terra ſit medium inter nos & ſolem ex diametro interpoſitum, & ſic effectiuè impedit ſola ipſa terra; Mercorus autem non poteſt benè applicare, quia per ipſum non eſt ipſemet concurſus, vt quid tertium inter vtrumque, quod impediat probabilitatem, ſed ipſa opinio probabilior, inquit ipſe, impedit probabilitatem opinionis minus probabilis, quod tamen vt falſum reiecimus; oporteret ergo quod ſol ſeipſum impediret à tranſmiſſione radiorum, ſicut ait, opinionem probabiliorem impedire minus probabilem; nam ille concurſus cum ſit præciſè relatio, quæ actiua non eſt, per ſeipſum nihil poteſt, nec cum opinione potiore, quia non communicat, nec ei communi

Digitized by Google

communicatur vis actiua, cum ſit incapax tam actiuè, quam paſſiuè, igitur paralogizat ſine fundamento, & extra rem. Demum per ipſum Mercorum, prorſus ſtat probabilitatem præciſo concurſu poſſe eſſe regulam morum, quæro ab ipſo, à quo habet hoc, vel quia habet in ſe opinio formam aliquam probabilitatis, vel prouenit ab aliquo alio, quod non eſt aſſignabile; ergo hoc prouenit ab ipſa forma poſitiua probabilitatis, ſed hæc tolli non poteſt per ſuperuenientem concurſum maioris probabilitatis in oppoſita opinione; quia iam conſtitutum deſtrui non poteſt, niſi per corruptionem conſtituti, quod fieri non poteſt per concurſum huiuſmodi non ſolùm in diuerſis intellectibus; quia opinionem meam tollere à me non poteſt aduerſarius intellectus, vt experientia patet, ſed etiam in eodem intellectu, qui hodie opinatur magis probabiliter, & cras minus probabiliter opinatur oppoſitum ob diuerſa motiua inuenta, quæ heri non occurrerunt. Addo, per te præſcindi poteſt concurſus. Quilibet homo prudens (cuilibet enim placet libertas tam pretioſa) cum non ſolùm præſcindet, ſed omnino allegabit, conſequenter omnis opinio probabilis euadere poteſt regula morum, & cum ea operari quilibet poteſt.

62 Secunda ratio: Lex non obligat ſecundum quod eſt in mente Legiſlatoris, ſed ſecundum quod per ſcriptum, & verbum expreſſum exterius nobis promulgatur; & Legiſlator eius non intendit obſeruantiam, niſi ſecundum quod per externa ſigna nobis manifeſtatur; ſi igitur in ſcripto habet ambiguitatem, & poteſt ſuſcipere diuerſas interpretationes probabiles, debemus credere Legiſlatorem velle eius obſeruantiam quantum ad vnam, vel aliam interpretationem, etiam ſi ſint oppoſitæ, modo ambæ ſint probabiles; non minus ergo ſatisfacit legi, qui ſequitur minus probabilem aſſerentem in tali caſu legem non obligare, quam ille, qui ſequitur oppoſitam probabiliorem aſſerentem legem obligare. *Confirmatur*, quia lex non obligat, niſi ſit ſufficienter promulgata non ſolum quantum ad ſubſtantiam, ſed etiam quantum ad modum 1.2. *q.* 90. *art.* 4. ſex extantibus diuerſis opinionibus non eſt lex ſufficienter promulgata, quia ambiguum eſt; an ſit obſeruanda; ergo.

Reſpondet Mercorus, antiquæ legis ambiguitatem tolli vel communi interpretatione Doctorum, vel conſuetudine. Nouam verò interpretationem habentem etiam aliquam probabilitatem non eſſe admittendam, quia aliter eſſet in arbitrio trium, aut quatuor Doctorum peruertere obſeruantiam omnium legum. Si lex eſt noua patiens difficultatem, recurrendum eſt ad Legiſlatorem, ſi tempus eſt, aliter obſeruanda eſt ſectando opinionem, quæ caret periculo faciendi contra legem, ex S. Thoma 1.2. *q.* 96. *art.* 2. *Ad argumentum reſpondet*, falſum eſſe Legiſlatorem velle ſuam legem difformiter obſeruari, quia in ea condenda ſtudet propriis verbis explicare mentem ſuam, & prohibet ne quis audeat eam interpretari. *Ad confirmationem*: Lex eſt ſufficienter promulgata, quando ſatis conſtat de mente Legiſlatoris, de qua conſtat, vel expreſſè ex verbis, vel præſumptiuè, ex aliqua regula generali, qua præſumitur Legiſlatorem velle, vt in dubiis illa præualeat interpretatio, quæ omni caret periculo faciendi contra legem, & certè illa erit, quæ eſt tutior. *Ad minorem ergo dic*, quod in caſu diuerſarum interpretationum probabilium, licet non conſtet de mente Legiſlatoris ex verbis legis, ſatis conſtat ex præſumptione, & regula generali, & ideo negatur conſequentia. 63

Impugnatur, quia lex dubia ſiue ſit antiqua, ſiue noua, interpretatur non ſolum à Legiſlatore, reſpectu cuius ipſa interpretatio habet vim legis, imò eſt ipſa lex de obſcura facta clara, ſed etiam à Doctoribus, qui in receptione laureæ hanc facultatem conſequuntur de iure, quorum interpretatio vocatur doctrinalis & probabilis, in ſententia omnium cum Gloſ. *l.* 2. *ff. de legibus*, *ex l. vnic. Cod. de profeſſor. qui in Vrbe Conſtant. l.* 12. Gloſſ. *V. Sicut enim, cap. Sicut*, 30. 11. *q.* 1. Et cum interpretatio ſit facienda in benigniorem partem, de communi, *in l. Si ita*, 9. *ff de pactis dot. l.* 2. *ff. de liber. & poſthum. l. Qui* 64

X duos,

duos, 18. §.1. *de manum. teſtament. vnde in l.* 3. *ff. de iis, quæ in teſtament. delent*, dicitur: In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtum eſt, quam tutum. Facit *regul.* 30. *in* 6. *& l.* 9 *ſemper, eod.* In obſcuris minimum eſt ſequendum; ſequitur nos poſſe interpretari legem non obligare, quæ eſt benignior interpretatio; nam ſi volumus in dubio legem obligare, non oportet recurrere ad interpretationem, quæ potius dirigitur ad exemptionem à lege, quam ad eius ſubiectionem. Ex quibus habetur, conſtitui opinionem minus probabilem ex benigniore interpretatione, quæ non minus eſt iuſta, quam tuta, vt dixit Legiſlator in textu præcitato. Falſum ergo eſt, quod debeamus ſequi opinionem, quæ fauet legi, cum opinio contraria à lege dicatur iuſta, & tuta, ac proinde carens periculo faciendi contra legem, ex quo eſt iuſta, & tuta interpretatio benignior, non contra legem, quæ tunc non obligat, & talis eſt mens Legiſlatoris, qui dedit facultatem Doctoribus interpretandi leges *ex l. vnic. præcitati Cod. de Profeſſor.* Diſplicet quod initio ait, admittendo interpretationem Doctorum in legibus antiquis, & non in nouis, cum non ſit maior ratio vnius, quam alterius; forſan noſtri Doctores non habent illam facultatem, antiquis Doctoribus communicatam in ſua promotione? Vtique habent; ergo eadem vti poſſunt, non ſecus ac fecerunt antiqui.

65 Reſponſio eiuſdem Mercori ad argumentum, ſupponit in argumento contineri difformem modum obſeruandi legem ex oppoſitione opinionum contra mentem Legiſlatoris; id enim falſum eſt, quia dum à Legiſlatore Doctor habet facultatem interpretandi leges, non aduerſatur voluntati eius, qui non reprobat interpretationem, ſed permittit in beneficium communitatis, ne per incerta ducat mores ſuos, ſubditum poſſe ſequi opinionem, quam vult, & ſic interpretatio non aduerſatur menti Legiſlatoris, quamuis obſeruatio legis ſit diuerſa ex diuerſitate opinionum. Ex his quoque manifeſtum eſt, non ſemper legem conſtare verbis claris expreſsè declarantibus mentem Legiſlatoris, alias non eſſet neceſſaria interpretatio, quæ non habet locum in rebus claris, ſed tantum in dubiis; ergo non ſemper eſt clara, ſed dubia, vel ex ambiguitate verborum, quæ diuerſos ſenſus habere poſſunt, vel ex diuerſitate caſuum, quos lex manifeſtè comprehendere non poteſt, qui menti Legiſlatoris non occurrerunt, quando legem condidit; impoſſibile enim eſt omnes caſus præuidere, 66
& eos exprimendo comprehendere, *leg. Neque*, 10. *cap. Non poſſunt*, 12. *ff. de legibus*; conſiderat enim tantum ea, quæ communiter accidunt, *leg. Nam ad ea, ff. de legibus*; Ideo eorum diſcuſſionem relinquit Doctoribus. Et ex his patet.

Ad reſponſionem confirmationis; 67
nam mens Legiſlatoris in claris eſt, vt lex ab omnibus vniformiter obſeruetur; in dubiis verò relinquit libertatem ſequendi opiniones ſecundum interpretationem Doctorum. Igitur Mercorus malè aſſignat eam, quam vocat regulam generalem, quod mens Legiſlatoris ſit, vt præualeat ea interpretatio, quæ omni caret periculo faciendi contra legem, quia cum dubia ſit, videtur potius explicanda quod non obliget, etiam ſecundum mentem Legiſlatoris, qui docet eſſe amplectendam benigniorem interpretationem, quæ eſt non obligare, ac proinde non facit contra legem; vnde eius generalis regula falſa eſt, cum opponatur prædictis iuribus *ſuprà* citatis interpretandi benignius legem.

Demum reſponſio eiuſdem ad mi- 68
norem reprobatur ex ſupradictis; manifeſtè enim patet præſumptionem Legiſlatoris in dubiis legibus, eſſe, vt Doctores legem benignius interpretentur magis in fauorem ſubditorum, quam in contrariam, aliter interpretatio non eſſet benignior, ſed clarior, in dubio enim nemo obligatur.

Tertia ratio: Vſus regulæ de ſe- 69
ctanda minus probabili iam eſt introductus in Eccleſia multis abhinc annis, & fideles ſunt in legitima poſſeſſione, nec ab ea debent perturbari, etiamſi nouæ ſuſcitentur difficultates cauſantes aliquam

Digitized by Google

aliquam dubietatem, donec reſolutio habeatur à ſancta Sede, quia in dubiis potior eſt pars poſſidentis.

70 Reſpondet Mercorus. *Primò*, titulum poſſeſſionis non habere locum, niſi in materia iuſtitiæ. *Secundò*, eo etiam admiſſo non reddere tutam poſſeſſionem, niſi pro quanto ex ipſa oritur præſumptio veritatis; nimirum ex eo, quod talis vſus poſſidetur, ſicut titulus poſſeſſionis domus, &c. negat igitur, quod ex poſſeſſione vſus huius regulæ in Eccleſia abhinc triginta annis oriatur præſumptio, quod dictus vſus ſit licitus, cum ex legitimo vſu potius oriatur præſumptio legitimæ poſſeſſionis. *Tertiò*, legitimam poſſeſſionem ſolum facit iuſtus titulus, qualis eſt ea, quæ eſt pacifica, nec habuit contradictorem; poſſeſſio autem huius regulæ habuit ab initio contradictores, quando ea vti cœperunt quidam confeſſarij, contradicentibus omnibus Doctoribus antiquis, & ſemper fuerunt, qui eam impugnarunt. *Ratio horum eſt*, quia vſus contra ius naturale, vel diuinum non præualet vnquam, conſequenter legitimam poſſeſſionem fundare non poteſt, *cap. fin. de conſuetud.* Hæc autem regula de ſectanda vna, vel altera opinione pertinet ad virtutem prudentiæ, conſequenter ad ius naturæ; ergo quilibet diuturnus vſus huius regulæ non poteſt legitimare poſſeſſionem, nec poſſeſſio vſum.

71 Impugnatur *Primum*, quia *in ſequenti cap.* conſtabit illum titulum habere locum etiam in materiis aliarum virtutum. *Secundum*, vſus opinionis minus probabilis practicatus in Eccleſia Dei probatur legitimus ex eo, quod poſſidetur ab illis, qui vtuntur opinione probabili, non ſolum abhinc triginta annis, ſed etiam à temporibus Magiſtrorum inſignium S. Thomæ, prout probauimus *cap.* 16. & Scoti *cap.* 17. qui amplexi ſunt quandoque opiniones minus probabiles, imò à tempore legis veteris, de diſcordia Angelorum *capite* 13. *num.* 52. De Roboam *capite* 7. *num.* 88. *cap.* 22. *num.* 26. & Noui Teſtamenti, ex Apoſtolo Paulo, *capite* 13. *num.* 13. & 20. ex Innocentio IV. qui fuit electus anno 1243. dicens: *Quando ſancti Patres habent diuerſas opiniones, licet vnicuique quam vult eligere.* Apud Stephanum Spinulam *diſputatione* 3. *ſect.* 2. §. *Quoad Canoniſtas*, *fol.* 162. quem ſic explicauimus contra Mercorum *ſuprà num.* 46. Ergo iſte opinionum vſus non eſt nouus abhinc triginta annis; nonne à contagione de anno 1630. vſque ad præſentem 1659. ſunt ferè elapſi triginta, & non aduertit, Sanchez *l.* 2. *cap.* 9. *n.* 14. multo tempore ante impugnaſſe opinionem aduerſariorum?

Quod ait Mercorus, quòd ex legitimo vſu potius oriatur poſſeſſionis legitimæ præſumptio, quam ex poſſeſſione vſus huius regulæ oriatur licitus huiuſmodi vſus; non facit contra vim argumenti; non enim probatur in argumento licitum vſum opinionis probabilis oriri ex poſſeſſione, cum talis ſit ex natura ipſius probabilitatis; ſed poſſeſſio cum ſit legitima, quia fundatur in recta ratione opinandi, & per longiſſimum tempus coæuum ipſi naturæ opinionis, & cum ſit iam præſcriptus talis vſus, efficit, ne opinans remoueri, & ab eo perturbari poſſit ab aliquo Doctore priuato; vt enim hactenus viſum eſt, nullum aduerſarij habent ſolidum argumentum deprimendi opinionem probabilem; nec eorum reſponſa, quæ impugnamus, habent aliquam efficaciam, imò nec apparentiam veritatis. 72

Impugnatur *Tertium*; nam poſſeſſio, quam habet noſter vſus de opinione probabili, non eſt eius generis, qualis eſt poſſeſſio circa res dubias; an ſint eius, à quo poſſidentur, in hoc enim caſu poſſeſſio de pacifica incipit perturbari, & habere contradictorem; tunc cum aliquis prætendit, & probat, rem ab alio detentam eſſe ſuam, & non illius, à quo poſſidetur. In caſu autem noſtro manifeſtum eſt opinionem eſſe legitimè poſſeſſam à ſuo auctore; & à quocumque alio opinante illam; cum nullus dicatur vſurpare alienam opinionem, dum eam ſequitur ab alio acceptam; diſcipuli enim opinionem addiſcentes ſuá faciunt, & illius legiti- 73

mam poſſeſſionem habent; & in hoc ſenſu poſſeſſio ſemper manet pacifica, & non habet contradictorem; quia aduerſarij non debent contendere ſuper poſſeſſionem materialem, ſed ſuper formalem; an ſcilicet licitè, & legitimè ea vtantur. Quòd autem licitus ſit vſus opinionis minus probabilis, relicta probabiliore, iam probatum eſt in præcedentibus, & eſt communiſſima opinio, & ſenſus ferè omnium Theologorum, & Canoniſtarum, paucis neotericis exceptis, contra quos agimus. Itaque aduerſarij pugnant contra vſum, non contra poſſeſſionem huius opinionis materialiter acceptam. Deiicere autem à poſſeſſione vſus huius opinionis, prætextu quod non liceat, non ſpectat id iudicare ad priuatos, cum id declarare ſit actus iuriſdictionis, & multò minus remouere ab eius vſu; cum opinionem abolere, & condemnare ſpectet ad ſuperiores, non ad Doctores, quibus tantum ius eſt impugnandi, ſed non deſtruendi.

74 Impugnatur denique quartum, quæ eſt aduerſarij ratio putantis inepiè vſum probabilitatum eſſe contra ius naturale, vel diuinum, neſcio, vnde id acceperit; dum natura ipſa docet, vſum fundatum in dictamine rationis non aduerſari iuri naturæ, vel diuino, qualis eſt vſus opinionis probabilis; veriſimilitudo enim, & probabilitas, quæ eam veriſimilitudinem importat, dicitur cognata naturæ, ex allegatis à Gratiano *cap*. 878. *num*. 16. non poteſt ergo vſus probabilitatis eſſe contra ius naturæ, dum eſt illi cognatus.

75 Quarta ratio: Vſus probabilitatum toleratur ab Eccleſia; quia hactenus nullus ſuperior reclamauit contra eum; ſolent tamen reclamare, quando opiniones ſunt pernicioſæ, vt fecit Clemens VIII. condemnando opinionem abſoluendi abſentem, & de paruitate materiæ in venereis. *Corrigo hoc argumentum*, Eccleſia non reprobat hunc vſum; ergo ſignum eſt, quod eſt licitus; dele ergo verbum, *toleratur*, quia in malam partem ſonat; ideo Mercorus magnum ſibi parauit præſidium illud impugnandi propter illud verbum tolerantiæ, ſublatum per reformationem argumenti, quod forſan non ita formatur ab illis, qui ſunt fautores opinionis probabilis, occurritur reſponſo Mercori.

Quinta ratio: Poteſt dari bellum iuſtum ex vtraque parte, cum tamen vna ſit veritas à parte rei; non poteſt autem ſaluari, quod bellum ſit iuſtum vtrinque, niſi ex vſu probabilitatum; ergo. 76

Reſpondet, admiſſo antecedente, negando conſequentiam; vtrinque enim bellum poteſt eſſe iuſtum non ex vſu probabilitatum, ſed quia vterque Rex facit certum iudicium, ſe ſectari iuſtitiam, & hoſtem iniuſtitiam; conſequenter vterque ſequitur iudicium certum, licet neceſſe ſit, quod vnus illorum decipiatur in ſuo iudicio; quia vna eſt tantum veritas. 77

Impugnatur; quia conceſſo antecedente, neceſſario concedendum eſt totum argumentum, ac proinde licitum eſſe vſum probabilitatum, ratio eſt; quia iuſtitia vtrinque in bello non oritur ex veritate obiectiua rei ſicuti eſt à parte rei; quia vna eſt illa veritas, quod nec Mercorus negat; ergo ex veritate apparenti, veriſimili & probabili, quia non datur aliud genus veritatis præter dictum; ergo data belli mutua iuſtitia datur quoque vtrinque opinio probabilis illam conſtituens. Quid eſt hoc iudicium certum, quod vterque Rex facit, & vnus illorum decipitur, quia vna eſt tantum veritas? Niſi ipſa probabilitas, per quam vterque opinatur prudenter ſe gerere in bello; itaque hoc certum iudicium reuera eſt iudicium opinatum, & probabile, quod habet ſuam certitudinem iuxta exigentiam materiæ valde obſcuræ ratione obiecti in ſe, ideò dicitur communiter, quod in his eſt ius in armis. 78

Sexta ratio: Non eſt veriſimile, quòd Doctores huius noſtri ſæculi excellentes in aliis materiis conſcientiæ, errauerint in tradenda hac regula, & Deus permiſerit fideles vniuerſaliter conſcientia erronea dirigi amplectendo hanc ſententiam triginta abhinc annis. 79

Reſpondet

Digitized by Google

80 Reſpondet retorquendo argumentum, minus eſſe veriſimile Theologos antiquos erraſſe docendo, ſectandam eſſe tutiorem, & eo magis inveriſimile eſt, Deum per quindecim ſæcula permiſiſſe; fideles errare credendo ſe peccare, licet non peccabant, quando ex fragilitate eligebant minus probabilem, relicta probabiliori.

81 Impugnatur argumentum, quod ſuo modo formauit Mercorus, vt facilius illud vrgeret; nam potius hoc modo formandum eſt; Si vſus probabilitatum eſſet illicitus, & error, Deus non permiſiſſet, tot Doctores alioquin excellentes in aliis materiis conſcientiæ errare in hac re, & diu durare hunc vſum; ſed conſtat nec Deum, nec eius miniſtros aliquid egiſſe contra hunc vſum, ergo ſignum eſt, quod eſt licitus, non erroneus. Et quis ex noſtris vnquam dixit, vſum probabilitatum eſſe recentem abhinc triginta annis? cum *ſuprà* probarim *ſub numero* 71. non extare memoriam initij huius vſus; non eſt ergo argumentum illud à noſtris ablatum. *Deinde* nulla eſt argumenti retorcutio, quia illa regula de ſectanda tutiore parte, non habet locum in opinionibus, ſed tantum in dubiis, & in certis caſibus in iure expreſſis, vt docui multis in locis, præſertim *cap.* 10. contra Candidum, *cap.* 14. contra Merendam, *cap.* 23. contra Mercorum. Cùm autem vſus huiuſmodi ſit licitus, & conſonus iuri naturali, diuino, & humano, non occurrit adducere diuinam permiſſionem; nec pro, nec contra opiniones probabiles, ſi enim fuiſſent, & eſſent pernicioſæ, Deus per ſuam prouidentiam occurriſſet tanto damno animarum; quod quia reuera non datur, cum ſit vanum, & imaginarium, ideo ſuper hoc nulla prouiſio apparet facta; quia non extat obiectum, ſuper quod ſit prouidendum.

CAPVT XXX.

An Regula: In dubiis eſt melior conditio poſſidentis: *Faueat Opinioni in omni genere virtutis?*

Regula habetur ex iure vtro- 1
que Ciuili, *leg. Si debitor*, 10. *ff. de pignor. leg. Vti frui*, 5. *ff. ſi vſusfruct. petat. leg. Is qui deſtinauit*, 25. *ff. de rei vendicat. leg. Si ſeruus*, 91. §. *ſequitur*, *ff. de verb. obligat. reg.* 171. *ff. de reg. iur.* In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. Item *reg.* 197. *eodem.* Cur par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa. *Iure Canonico*, *reg.* 65. *in* 6. In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

Certum autem eſt, hanc regu- 2
lam primò, & principaliter locum habere in materia iuſtitiæ, cum iura allegata de ea loquantur; nihilominus per quandam analogiam extenditur etiam ad materias aliarum virtutum; quibus benè, & prudenter applicatur, vt docent communiter Suarez *de cenſ. diſputatione* 40. *ſect.* 5. *num.* 15. *tomo* 2. *de Religion. tractat.* 4. *lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 2. *& tract.* 6. *de voto*, *lib.* 4. *capite* 5. *num.* 7. Sanchez *lib.* 2. *diſput.* 41. *num.* 32. *& lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. apud Barboſam ſuper hanc regulam. Bonacina *de Reſtitut. diſputat.* 1. *q.* 2. *p.* 2. §. *Incidens*, vbi citat Henriquez, Sotum, & Rebellium. Ratio eſt, quia poſſeſſio eſt communis titulus omnibus virtutibus; ergo debet ſuffragari omnibus virtutibus. Pro cuius intelligentia.

Notandum eſt primò, quod in 3
rebus materialibus ſpectatur duplex poſſeſſio, vna corporalis materialiter, & altera formaliter ſpectata, prior de ſe conſtat, & non probatur dum manifeſta eſt retentio rei apud poſſeſſorem; poſterior prima fronte non conſtat an talis ſit; id eſt, an iuſtè, & licitè poſſideat rem habens, non enim ſequitur: Ego poſſideo hanc domum; ergo iuſtè poſſideo. Aliunde ergo petenda eſt

poſſeſſionis. Hoc poſterius commune eſt cum aliis virtutibus, non enim ſufficit dicere: Poſſideo hanc domum, meam libertatem, &c. Ergo iuſtè vtrumque poſſideo, ſed inueſtiganda eſt cauſa iuſtæ, & licitæ poſſeſſionis, vnde in aliis virtutibus non eſt neceſſarium diſtinguere poſſeſſionem in materialem, vt in corporalibus, & in formalem, de qua potiſſimum agendum eſt pro regulanda conſcientia.

4 Notandum ſecundò, duo requiri ad huius regulæ veritatem, vt poſſeſſio ſit iuſta, & licita. *Primò*, quod poſſidens bona fide poſſideat, quia nullus niſi per bonam fidem inceperit poſſidere, ſuam poteſt facere rem poſſeſſam; poſſeſſor enim malæ fidei nunquam præſcribit *Reg*. 2. *in* 6. Iſtud primum requiſitum locum habet non ſolum in rebus iuſtitiæ, ſed etiam aliarum virtutum, quia homo ſicut naſcitur liber naturaliter, ita non mala fide, ſed bona incipit poſſidere ſuam libertatem, cum hac tamen differentia, quod libertas tollitur ab homine, cum ſubditur obedientiæ legis, quæ dicitur poſſidere obligationem, ſubiectionem actiuam contra hominem ſubditum, cuius libertas dicitur cedere legi. Poſſeſſio verò ex parte materiæ iuſtitiæ poteſt inchoari & benè, & malè, dum quis ſcienter ſibi vſurpat alienum, vnde poſſeſſionem ſuam nunquam iuſtificare poteſt, quia malæ fidei poſſeſſor rem alienam nunquam ſuam facere poteſt, ſicut nunquam licet furari, nec furtum retinere. Poſſeſſio ergo reſpectu initij iuſtificatur, & cognoſcitur licita ſi bona fide incepit. *Secundò*, ſuper hoc diligentia eſt adhibenda; non enim ſufficit ſcire experientia ſe poſſidere rem, vel libertatem, ad inueſtigandam veritatem; an reuera licitè poſſideatur res, ſeu libertas; ſi poſt factam diligentiam adhuc dubitat, poteſt credere rem eſſe ſuam ex illa diligentia, hac ratione, quia in dubiis eſt melior conditio poſſidentis, diligentia ergo iuſtificat poſſeſſionem, & hæc regula confirmat illam. Pariter in aliis virtutibus poſſeſſio libertatis iuſtificatur, & verificatur, quando poſt adhibitam diligentiam; an extet lex, ſi remanet adhuc dubius circa eius exiſtentiam, ſeu obligationem, poteſt probabiliter credere non extare legem, ac proinde eſſe in poſſeſſione ſuæ libertatis non obtemperandi, dum inuincibiliter ignoratur lex. Iuſtificatur ergo poſſeſſio libertatis per diligentiam, & confirmatur per eam regulam. Melior eſt conditio poſſidentis.

Notandum tertiò, poſſeſſionem aliquando ſtare pro ſubdito, aliquando pro lege, tunc ſtat pro ſubdito, quando diligenter probatur, eum non teneri legibus in tali, vel tali caſu, quamuis conſtet de exiſtentia legis, & quæritur de eius obligatione in caſibus occurrentibus; poteſt enim dari caſus, quod lex reuera exiſtens non obliget; exempli gratia: Infirmus non tenetur audire Miſſam, excuſante eum infirmitate, in quo caſu poſſidet ſuam libertatem, id eſt, lex eum non obligat. Stat verò poſſeſſio pro lege, quando nulla ratio efficax reperitur fauore ſubditi, qua exemptus, & liber iudicetur à ſubiectione legis; exempli gratia: Scio me feciſſe profeſſionem, & incipio dubitare; an teneat viuere regulariter, ſi non habeo efficacem rationem, quæ mihi oſtendat nullitatem meæ profeſſionis, careo libertatis poſſeſſione, & ſic regula ſtat pro Religione, quæ me poſſidet, ex vi profeſſionis, quia à me propriam libertatem abdicaui. Quod ſi probem nullitatem profeſſionis adhuc ſum in poſſeſſione meæ libertatis, fauente mihi diligentia, qua probaui eius nullitatem ex opinione probabili. Itaque in his, & ſimilibus, quæ exiſtunt regula nihil operatur, niſi præcedat diligentia, quæ fundet opinionem probabilem; dum pro lege præſumitur ſtare poſſeſſionem, quæ cum dubia ratione deſtrui non poſſit, neceſſaria eſt opinio ad minus probabilis, quæ legis poſſeſſionem non extare demonſtret. 5

Mercorus *part*. 2. *artic*. 29. reſpondet eam regulam nihil ſuffragari vſui probabilitatum, quia non habet locum in materiis aliarum virtutum, negando poſſeſſionem eſſe titulum communem aliis virtutibus; cum careat fundamento, & poſſeſſio ſit propriè de re corporali, & dicitur de creatura rationali, & ſic definitur: Poſſeſſio eſt rei corporalis detentio corporis, 6

corporis, & animi, iuriſque adminiculo, apud Cardin. de Lugo *tom. 2. de iuſt. diſp. 2. ſect. 4.* Vnde valdè impropriè, & per abuſum dicta regula extenditur ad materiam aliarum virtutum, & in iure ſcripto nullum habet fundamentum.

7 Impugnatur; nam grauiſſimi Doctores ſupracitati tenent oppoſitum; nec obſtat, quod definitio adducta ab eo ex Cardinali de Lugo, quę eſt Azoris *in C. de acquir. & retin. poſſeſſ.* non competat materiis aliarum virtutum, cum ſint incorporales, quia Legiſtæ, qui ſola corporalia tractant, non curarunt inueſtigare definitionem communem vtrinque: vnde Canoniſtæ incorporalium poſſeſſionem vocant cum addito *quaſi poſſeſſionem*, *cap Conqueſtus 16. de foro compet.* ibi gloſ. *v. Quaſi poſſeſſionem*, incorporalium au-
8 tem poſſeſſio non acquiritur, niſi data ſcientia, & patientia illius contra quem prætenditur acquiſita poſſeſſio, ex Seraph. *deciſ. 1437. num. 2.* Itaque poſſeſſio diuiditur iuxta corporalia, & incorporalia in poſſeſſionem corporalem, & incorporalem, quæ dicitur quaſi poſſeſſio ab antiquis, quibus non occurrebat copia terminorum, vt modernis. Vide Couar. *in Regul. Poſſeſſor, §. ſecundæ partis relectionis initium, n. 6.* vbi eleganter de vtraque. Homo ergo verè poſſidet ſuam libertatem, cum lex eum non ligat, & ſi habet libertatem, cum liber naſcatur, *l. Summa 3. ff. de ſtatu homin.* eam poſſidet, non ſecus ac ego poſſideo hunc calamum, quo ſcribo, licet ſit modus poſſidendi diuerſus, qui non tollit naturam
9 poſſeſſionis. Sequitur ex his nomen poſſeſſionis extenſum ad alias virtutes vltra iuſtitiam, non ſumi impropriè, nec abuſiuè, ſed propriè, & vtiliter in ſententiam omnium. Leſſius *lib. 2. cap. 3. num. 40.* Caſtropal. *par. 7. tr. 31. diſp. vn. p. 5. n. 13. fine* ait: Sed iam frequentiſſima eſt Doctorum ſententia, quæ propriam his incorporalibus poſſeſſionem concedit. Nonne dicitur Prouerb. 3. 35. *Gloriam ſapientem poſſidebunt.* Item 4. 5. *Poſſide ſapientiam; poſſide prudentiam.* Et alibi ſæpius. Poſſeſſio igitur propriè etiam de incorporeis dicitur.

Probat Mercorus ſuum placitum, quod hæc regula ſit fallax in materia aliarum virtutum; nam ideo poſſeſſio in materia iuſtitiæ fauet poſſeſſori, quia facit præſumptionem, quod poſſeſſor ſit verus dominus; nam vt plurimum poſſidens eſt verus dominus; in dubiis autem aliarum virtutum poſſeſſio non facit præſumptionem de veritate pro parte, quæ poſſidet; poſſeſſio enim minimè fauere debet. Et pluribus probat.

Primò, dubitans, an emiſerit vo- 10
tum, quando erat infirmus, non tenetur, quia in dubio non præſumitur vouiſſe, cum de eo non recordetur; vnde ratio ab hac regula deducta, quod vouens poſſideat ſuam libertatem, eſt merè verbalis, & ſine fundamento, quia poſſeſſio nullam facit præſumptionem, votum non emiſiſſe.

Secundò, vouens ieiunare in vigi- 11
lia S. Antonij, & in caſu tranſgreſſionis ſoluere pecuniam loco pio, dubitans, an ieiunauerit, tenetur ad ſolutionem pecuniæ, ſecundum Doctores, non tamen bonam reddunt rationem per hanc regulam, quæ non facit ad rem; quia ſi dubitans animaduerteret ſemper ieiunaſſe omnibus annis eo die, & quod dicta die non fuit impeditus, nec habuerit occaſionem aliquam non ieiunandi, præſumendum eſt ſatisfeciſſe, nec teneretur ſoluere pecuniam, & tamen in hoc caſu dubij poſſeſſio ſtat pro voto.

Tertiò, certus de exiſtentia legis, 12
& dubius de eius promulgatione, an teneatur ſeruare legem, plurimi negatiuè reſpondent apud Caramuël *diſp. 4. Regular.* & tamen in hoc caſu poſſeſſio ſtat pro lege.

Quartò, quando Princeps iubet 13
ſubdito ſumere arma, & dubitatur de iuſtitia belli, ſubditus tenetur obedire, ita communiter Doctores, & tamen poſſeſſio ſtat pro libertate ſubditi. Nec dicas libertatem ſtare pro Principe, quia non eſt in poſſeſſione iubendi niſi ea, quæ iuſta ſunt. Obligatio igitur obtemperandi in dubio, non deſumitur ex poſſeſſione, ſed ex pręſumptione, videlicet, quia de Principe proprio præſumendum eſt, quod iuſta præcipiat. Ex his Mercorus colligit, regulam poſſeſſionis non eſſe firmam in caſibus dubiis aliarum virtutum.

Impugnatur doctrina Mercorij quia 14
in dubiis etiam aliarum virtutum poſſeſſio libertatis fundat regulam bene intellectam, ſuppoſita præuia dili-

gentia, per quam cognoſcatur, in quo reperiatur iuſtè poſſeſſio libertatis, & obligationis; nam aliquando ſubditus poſſidet ſuam libertatem, aliquando poſſeſſio ſe tenet ex parte legis exiſtentis, & obligantis, iuxta rationes, quas ſuadet ipſa diligentia in iuſtificatione poſſeſſionis. Et ex his reſpondetur ad rationes ſupradictas Mercori; nam cum poſſeſſio vt ſic materialiter ſpectata non ſit iuſta, nec iniuſta ex conditione hominis, qui quandoque poſſidet iniuſtè, & mala fide, vt latro, aliquando vero iuſtè, & bona fide, vt titulo emptionis, mutui, &c. Ideò ex materiali poſſeſſione ſiue rei, ſiue libertatis, non ſtatim infertur, poſſidentem iuſtè, & licitè poſſidere, ſed id infertur ex præhabita diligentia in inueſtiganda iuſtitia, & honeſtate poſſeſſionis. Quare poſſeſſio vt ſic non facit præſumptionem de veritate rei, ſed ex præſuppoſita diligentia veritatis inueſtigatæ firmat, quod iudicatum fuerit verum, ex quo ſequitur iuſta poſſeſſio, quæ eſt effectus rationis inueſtigatæ fundantis iuſtam poſſeſſionem. Ex his reſpondetur.

15 Ad primum de voto infirmi dico, certificari eius non exiſtentiam per rationem eam ſuadentem, qua probabiliter creditur non extare votum, ac proindè vouentem, qui dubitabat, remanere in poſſeſſione ſuæ libertatis.

16 Ad ſecundum, certus de voto ieiunij, incertus vero de eius ſatisfactione dubitando, poſita diligentia, ſi adhuc dubitat tenetur ad eam pœnam, quia lex voti habet ius ſuum obligandi ſubditum; pro ea enim ſtat poſſeſſio, clara enim eſt exiſtentia voti cum ſua obligatione. Si vero per diligentiam, & rationes tollatur dubium, & probabiliter credat, ſe ſatisfeciſſe voto, non tenetur ſoluere pecuniam; quia poſſeſſio in eo caſu ſtat pro vtroque & pro lege voti, in quantum obligabat vouentem ad eius ſolutionem, & pro ſubdito, vt non teneatur ſoluere pecuniam, dum conſtat legi de voto ſatisfeciſſe, tunc enim liber eſt à ſolutione pecuniæ.

17 Ad tertium reſpondeo, in dubio promulgationis, poſſeſſionem ſtare pro libertate ſubditorum; quia cum promulgatio ſit de eſſentia legis, ex allegatis *cap.* 5. *num.* 69. non poteſt dici exiſtere ſine promulgatione; quia nihil exiſtit ſine ſua eſſentia. Quare contra Mercorum, poſſeſſionis regula non eſt pro lege, ſed pro ſubdito. 18

Ad quartam reſpondetur, regulam poſſeſſionis in dubio iuſtitiæ belli ſtare pro Principe, qui non eſt priuandus iure ſuo in caſu dubio, vnde communiter dicitur, quod in dubio obediendum eſt ſuperiori, cum ſit in poſſeſſione imperandi, de qua manifeſtè conſtat, vt dixi *cap.* 4. *num.* 49. *De bello*, Vericell. *tract.* 2. *q.* 34. *ſect.* 4. Princeps ergo bene dicit, ſum in poſſeſſione imperandi ex vi Principatus: ergo tu teneris mihi obedire in dubio, quia vt ſubditus non habes libertatem eximendi te à mea obedientia, ſed debes præſumere me iuſtè præcipere. Præſumptio ergo bona debet ſe 19 tenere ex parte ſubditi, & poſſeſſio ex parte Principis, quæ ipſum, & ſubditum reddit excuſabilem.

Colligitur ex his, quod ſi ex diligentia adhibita reſultat aliqua ratio probabilis iuſtificans poſſeſſionem, in eo caſu dubium tranſit in opinionem, & regula hęc parum videtur inſeruire, dum communiter noſtri docent, poſſeſſionem iuſtificari per rationem probabilem, non per hanc regulam præciſè, quæ propriè non habet locum præuenta ab opinione probabili. Vide dicta *cap.* 10. *num.* 28. *ad* 32. Quod ſi nihil reſultet ex diligentia, ſed dubium remaneat, tunc poſſeſſionis regula iuſtificat poſſeſſorem, qui ex hoc dicitur potior in re, & libertate ſua, & in hoc ſenſu propriè accipitur regula, vt dixi *cap.* 4. *num.* 20. Vericellus *tract.* 2. *q.* 12. *num.* 4. Sancius *in Selectis diſp.* 44. *num.* 54. vbi, 20 quod melior eſt conditio poſſidentis in verè dubiis, non vero in opinionibus; quia poſſeſſor bonæ fidei ſecundum opinionem, ſpoliari poteſt ex alia opinione, & citat pro ſe Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 30. *& lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 53. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 63. *fine*, cum aliis.

ADDITIO

Digitized by Google

ADDITIO
FVNDAMENTORVM
SEX
AD PROPVGNACVLVM
OPINIONIS PROBABILIS;
NECNON CONCLVSIONIS EIVSDEM Opinionis, & Euerſionis Fundamentorum quorundam Opinionis contrariæ.

1 SOleo dicere, quod exacta definitio eſt ſermo deciſiuus ferè quarumcunque quæſtionum, quæ ſuper re definita moueri poſſunt. Nec obſtat Vulpianus relatus *Reg.* 203. *ff. de re-*
2 *gul. iur.* his verbis: *Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt, rarum eſt enim, vt non ſubuerti poſſit.* Quia id intelligendum eſt de imperfecta, cui deſunt prædicata neceſſaria ad eius intelligentiam; vndè *in l.* 1. *§ Solùm, ff. de dolo*
3 *malo*, dicitur, quod illa definitio eſt bona, quæ conuertitur cum definito, qua ratione ſine dubio ſubuerti non poteſt. Formo autem ſequentem definitionem.

4 *Opinio probabilis eſt aſſenſus verus, certus, & prudens intellectus, ſolida ratione firmata, licèt cum formidine alterius partis, verſantis circa obiectum opinatum, non creditum, non ſcitum; non damnata à ſuperiore, nec reprobata argumento conuincente; cuius vſus excuſat à peccato.* Singulæ autem particulæ explicantur in ſequentibus Fundamentis.

Fvndamentvm I.
De Probabilitate Opinionis.

5 OPinio non eſt, ſed opinatio, quæ caret probabilitate, & inutilis & opinantis deliramentum, & error intellectus; vt ergo opinio ſit vtilis, & proficua operanti, & non damnoſa, nec otioſa in rerum natura, debet eſſe affecta ſua probabilitate, & non apparente in exiſtimatione contra Academicos, qui vt legitur apud D. Auguſt. *tom.* 1. *lib.* 3. dixerunt: *Cùm agit quiſque, quod ei videtur probabile, nec peccat, nec errat.* Non enim 6
probabile oritur ex videri ſimplicis exiſtimationis; ſed ex ſolidò motiuo inferente probabilitatem in opinione, ſecundum quam operandum eſt; vel ab opere abſtinendum: Argumentum ergo debet perſuadere propoſitam operationem eſſe licitam, vel illicitam, honeſtam, & iuſtam, vel non honeſtam, nec iuſtam, vt fieri poſſit, vel non poſſit.

Probabilitas autem in opinione oritur ex ſolida ratione, non à lege, neque à ſalute animæ. 7
Primum ſuadetur; nam in diſpenſatione legis, vbi occurrit dubium pro reſolutione, vt opinio probabilis inueſtigetur, recurritur ad cauſam iuſtam diſpenſandi, exempli gratia, in ieiunio, quæ eſt infirmitas, nimius labor, &c. in voto caſtitatis cauſa eſt, ne Ducatus, vel Regnum cadat in extraneos, ne excitentur bella in exterminium populorum, &c. Ex his enim rationibus opinio 8
euadit probabilis, ſecundum quam licet operari contra legem materialiter tantum, non autem formaliter; cum tunc non obliget. *Secundum* patet ex dictis; quia ex lege non oritur probabilitas, ſed tantum ab ea intellectus ſumit quæſtionem, an obliget in hoc vel illo caſu, vel ea detur in propoſita quæſtione, ſicut in dubio; quod cum ea coincidit; ſupponitur enim

Digitized by Google

10 enim ad opinionem, quæ inuenta, & ſtabilita in ſua probabilitate eludit quæſtionem, & dubium deſtruit, probando legem obligare, vel non obligare in caſu propoſito, vel eam non extare, ac proindè non peccare agens contra eam extantem, & eo magis non extantem. Pono exemplum. Conficiens ſacramentum in peccato mortali peccat mortaliter, lex certa, & indiſpenſabilis; ſancta enim ſanctè tractanda ſunt, & ſacerdos poteſt, ſe diſponere per contritionem, ſi caret confeſſario; cantans vero in peccato mortali Euangelium, cum nullum conficiat ſacramentum, nec aliqua lex extet præſcribens illud in gratia eſſe cantandum, non peccat morta-
11 liter, vt docet Sotus *in 4. diſt. 24. q. 1.* quem cum aliis ſequitur Diana *part. 3. tract. 4. reſol.* 195. Et id confirmatur
12 *ex cap. Si quando* 5. *de reſcr.* vbi quod lex admittit exceptionem cauſæ rationabilis, vbi rem Canoniſtæ explicant. *Tertium*, quod probabilitas non oritur à ſalute animæ, non enim effectus ſuam producit cauſam, ſiquidem ſalus animæ oritur ab opinione probabili, quæ cum excuſet operantem ſecundum illam à peccato, infert ſalutem animæ, vt dicam *infra ſuo loco.* Opinio ergo ſuam probabilitatem ex dictis non deducit, neque à commodo, neque ab vtilitate, neque à libertate, neque à voluptate; hæc enim omnia procedunt à motiuo ſolidæ rationis cauſantis probabilitatem in opinione; ea enim ſequuntur ad operationem factam ſecundum legem, & honeſtatem requiſitam.

13 Ad hanc autem probabilitatem inducendam in opinionem vnicum ſufficit motiuum; vnica enim ratio ſolida ſi talis eſt, neceſſario in ea producit ſuam probabilitatem, quæ deindè aliis argumentis augeri poteſt; probabilitas enim vt qualitas intendi poteſt, & remitti, non tamen per hæc deſtrui, quia intentio, & remiſſio non tollunt qualitatem, ſed tantum illius gradus intendit, vel remittit.

14 Hactenus diximus de probabilitate, quam appellant intrinſecam opinioni, quæ ſcilicet procedit à ſolida ratione, quæ ineſt opinioni, vnde & dicitur probabilis ab auctoritate intrinſeca. Aliquid dicendum eſt de auctoritate extrinſeca, quæ & extrinſeca probabilitas nuncupatur, quam opinio accipit ab auctore, & inuentore opinionis, & quo plures ſunt auctores, vel ſectatores opinionis, eo magis opinio augetur in ſua probabilitate, ſicut intenditur ex pluribus rationibus.

Dubium hinc oritur, an vnicus vir 15
ſapiens poſſit facere opinionem probabilem? Nam inter propoſitiones ab Alexandro VII. damnatas *ſub n. 27.* recenſetur hæc: *Si liber ſit alicuius iunioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet, reiectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquam improbabilem.* Hanc docuit Rocaphul apud Dianam *part. 9. tract. 7. reſol.* 60. Et quod vnus grauis doctor faciat opinionem probabilem etiam extrinſecè docent non ſolum Recentiores, ſed etiam antiqui Coraſius *de commun. opin. lib. 2. tit.* 8. *num.* 6. Cephalus *conſ.* 118. *num.* 37. *lib.* 5. Roland. *vol.* 2. *conſ.* 100. *num.* 49. Decius *conſil.* 499. *num.* 12. ex Theologis Angelus de Clauaſio *in ſua ſumma Angelica, V. Opinio, num.* 2. Syluester *q.* 2. Nauar. *c.* 27. *num.* 288. *& in conſil.* 4. *de Vſuris.* Et omnes Recentiores apud Sayrum *in Claui lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. Dianam *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 30. Et probant auctoritate l. 1. C. de veteri iure
enucl. §. *Sed neque ex multitudine au-* 16
ctorum, quod melius, & æquius eſt, iudicatote, cum poſſit vnius forſan, & deterioris ſententia, & multos, & maiores aliqua in parte ſuperare. Ecce tempore Iuſtiniani, qui primo Aprilis anno Chriſti 527. cæpit regnare, vigebant opiniones tum plurium, tum vnius contra plures, non improbatæ, dum fundabantur in ſua probabilitate per ſolidas rationes, cui adiungebatur extrinſeca ex auctoritate dicentis. Et
certè quælibet opinio ab vno initium 17
ſui eſſe habet, quæ ſubſequenter de ſingulari fit communis, ſic enim eſt rerum omnium curſus, vt ab vno res incipiat, & ſucceſſiuè augeatur, & intendatur.

Ad propoſitionem damnatam reſ- 18
pondeo, eam eſſe intelligendam de probabilitate fundata in auctoritate ſolius Doctoris iunioris, & moderni dicentis ſine probatione, & argumento; non autem de illa, quæ cum auctoritate, & ſolida ratione firmatur in
ſua probabilitate intrinſeca. Sola ergo 19
auctori

auctoritas dicentis non facit opinionem probabilem, ſed ratio illi tribuens veram probabilitatem. Et quod ita ſit intelligenda videtur colligi ex Petro Marchant. *in Tribun. Sacram. tract. 5. tit. 5. quæſt. 5.* illis verbis: *Patet, quam periculoſum ſit ſequi quorundam Auctorum, & Doctorum Opinionem ex ſola auctoritate, quod illas in ſuis libris referant.* Apud Dianam *part. 9. tract. 7. reſol. 60.* vbi refert ſupradicti Rocaphul propoſitionem damnatam, ac proindè ſub eo ſenſu, quod aliam non habeat probabilitatem, niſi ex ſola auctoritate dicentis.

20 Probo autem eam diſtinctionem vti rationabilem eſſe admittendam, ita quod ſi damnata propoſitio accipiatur ſine diſtinctione, ex ea ſequuntur plura abſurda, quæ poſita diſtinctione tolluntur. *Primo*, negari deinceps introductionem nouæ opinionis, ac proindè tolli viris doctis, & graduatis edendi nouos libros cum nouis opinionibus nondum excitatis, quæ tamen in dies occurrunt, vt experientia docet; humanum enim ſcire vt plurimum eſt opinari. *Secundò*, quilibet Confeſſarius quantumvis doctus, ſeu doctor, prudens, & peritus in caſibus occurrentibus ab eo nunquam auditis, non poterit ex propria opinione probabili iudicare in fauorem, vel contra, iuxta quod dicta eius probabilitas, pœnitentem, cum ſit opinio iunioris, & moderni. Si dicatur, loqui de opinionibus impreſſis, non autem verbalibus. Reſpõdeo non excludi verbales, cum decretum emanauerit ad fauorem animarum potiſſimum pro foro conſcientiæ. *Tertiò*, negata ea diſtinctione videtur inferri, quod opinio probabilitatem magis accipiat ab auctoritate, quam à ratione; dum damnatio reſtringitur ad aliquem iuniorem, & modernum, & non ad opinionem plurium, & tamen opinio primum accipit ſuam probabilitatem intrinſecam à ratione, ſubſequenter ab auctoritate extrinſecam
21 nuncupatam. *Quartò*, Papa non prohibet diſtinctiones ſuper eas, vt colligitur ex concluſione Decreti, vbi ne verbum quidem prohibens diſtin-
22 ctionem. *Quintò*, dici poteſt, totam damnationem refundi in illud verbum *debet* inducens obligationem ex natura ſua, quaſi ſit debitum ſequendi opinionem vnius contra naturam opinionis, quæ neminem obligat, cum ſit à Doctore, non à Legiſlatore, Bart. *part. 7 in l. 1. C. de legibus, n. 10.*

Demum quæri poteſt, quis dicatur 23
Iunior, quis Modernus? Iunior in gradu comparatiuo dicitur ille, qui eſt in ætate inferior, & minor annis iuuene, qui incipit nominari talis ab anno 30. vſque ad annum 45. ex Calepino. Apud Fagnanum *part. 5. ad cap. Cum ſis, de conuerſ. Coniugat. n. 23.*
Nemo dicitur ſenex ante quinquage- 24
ſimum annum ad quemcunque effectum; & *num. 24.* quilibet poſt annum 70. dicitur ſenex. Et ſic ex eo colligo iuniorem, & iuuenem perdurare vſque ad annum quinquageſimum, & poſtmodum incipere ſenectutem, deſinente iuuentute. *Modernus* dicitur, qui paulò ante ſe exercebat in operando, & componendo libros, componitur enim ea dictio ex *modo*, & ex *die externa*. Itaque Modernus librorum auctor dicitur communiter ab omnibus ille, qui abhinc ferè viginti annis typis miſit ſua opera. Sed hic non placet dicto Fagnano, qui *loco citato num.* 28. Sotum, & Cordubam citat Doctores Modernos, quos tamen eſſe veteranos nemo negat.

Infertur ex his Scriptores librorum, 25
de quibus in prædicta propoſitione damnata non comprehendi Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimũ D. Proſperum Fagnanum, cum non ſit iunior, ſed valdè ſenex, licèt quoad profeſſionem ſit valdè Modernus, vtrumque enim ſumitur in ea propoſitione coniunctim, & copulatiuè.

Opinio in varias diuiſiones ſecatur, 26
alia enim eſt ſingularis, alia communis, alia communior. Alia probabilis, alia probabilior. Alia tuta ſeu ſecura, alia tutior, ſeu ſecurior. Singulæ explicantur.

Singularis vocatur omnis opinio ra- 27
tione initij, & originis, quælibet enim ab vnico auctore, & principio oritur, ſicut accidit regulariter quibuſcunque rebus, quæ eſſe accipiunt ab vno principio. Singularis autem opinio proceſſu temporis euadit communis à pluralitate Doctorum eam ſequentium ex pondere rationum; ad quam conſtituendam, ait Nauar. *cap. 27. num. 289.* requiri ad minus ſex Doctores

Digitized by Google

Doctores claſſicos, qui rem ex pro-
feſſo tractauerint, quam quinqua-
ginta qui eam ſequantur ex ſola au-
ctoritate priorum. Ego tamen puto
ſufficere auctorem, qui eam tractauit
ſcholaſticè probando ſolidis rationi-
bus, & reſpondendo obiectionibus.
Ratio eſt, quia communitas in opi-
nione accipitur à numero Docto-
rum, ac proinde ab auctoritate ex-
trinſeca; omnes enim dum deſignant
communem opinionem eam defi-
niunt per numerum Doctorum, dicit
Moditius §. *Prudentum reſponſa, dubi-
tat.19. num.*12. aliis citatis, eam eſſe
opinionem communem, quæ conſtat
ſeptem grauioribus Doctoribus; ſi
enim inuentor ſuam opinionem ſoli-
dis rationibus firmauit reſpondendo
iis, quæ opponi poſſunt, quid vlte-
rius ad eam ſtabiliendam neceſſarium
eſt? Certè nihil, vnde ſola Docto-
rum approbatio eam facit commu-
nem, ſicut ſola ratio facit eam pro-
babilem, non verò auctoritas; per
hæc enim differunt inter ſe commu-
nis opinio denominata ab auctoritate
Doctorum eam ſequentium, & opi-
nio probabilis deſcripta per rationem
non per auctoritatem, vt viſum eſt
ſuprà ſub initium.

28 Neque prædictis obſtat lex ſupe-
rius adducta: *Ex multitudine aucto-
rum, &c. ſub n.*16. nec Exodi cap. 23.
*Ne ſequaris turbam ad faciendum indi-
cium*; nec *cap.In noſtra*,32. *de teſtibus*,
vbi quod non eſt attendendus nume-
rus teſtium, ſed veriſimilitudo depo-
nentium. Et ita docent plerique, quos
pro ſe citat Fagnan. *part.*1.*ad cap.Ne
innitaris, de conſtit.num.*437. ex eo Ca-
rolus Peregrinus Abbas Caſtriuilla-
rum in ſuo nouiſſimo opere Praxis
Vicariorum *part.* 2. *ſect.* 3. *ſub ſect.* 1.
num. 32.

29 Quia lex illa inuehitur contra eos,
qui ſequuntur opinionem nullo ful-
citam fundamento, vt colligitur ex
alio textu *in l. Ob carmen*, 21. *ff. de te-
ſtibus*, § *fin.* vbi dicitur: *Non enim ad
multitudinem reſpiciat oportet, ſed ad ſin-
ceram teſtimoniorum fidem, & teſtimo-
nia, quibus potius lux veritatis aſſiſtit.*
Textus enim iſte citatur à Gloſſ.*V.Ex
multitudine* citatæ legis; quod idem
reſpondetur ad caput: *In noſtra*;
nam in eo dicitur, quod non attendi-
tur numerus teſtium, ſed præualent
digniores, & qui veriſimilia depo-
nunt, & ſi in cæteris eſt diſparitas
præfertur numerus. Data ergo opi- 30
nione non probabili, non attenditur
numerus eam ſequentium, vtique
verò, ſi ſit probabilis, quia tunc eam
facit communem. Verba Exodi non
ſunt illa, ſed hæc: *Non ſequens turbam* 31
*ad faciendum malum, nec in iudicio plu-
rimorum acquieſces ſententiæ, vt à verò
deuies.* Loquitur ergo de iniuſto iudi-
cio, & iniqua ſententia, & ſic non
facit ad rem præſentem, cum agamus
de opinione probabili, non iniqua;
iniuſta, nec improbabili; ea Exodi
verba refert ſic alterata etiam Fagnan.
*num.*348.

Communis ergo opinio probabilis 32
oritur ex hoc capite à numero Do-
ctorum, vt probatum eſt; & cum pa-
res ſunt opiniones oppoſitæ ex nu-
mero, vtraque eſt communis æqua-
liter, quoad hoc; quod ſi vna alteram
excedit, appellatur communior, eſto
in vno excedat.

Communis opinio non communi, 33
id eſt, habenti minus ſex Doctores
opponitur, & valde vtilis eſt. *Primò*,
ea pro lege habetur, Innocent. *in
cap. Veniens de verb.ſign.* quia opinio
generalis pro lege habetur, ex alle-
gatis à Buta *part.*4. *tom.*2. *deciſ.*96.*n.*1.
Et communis opinio pro lege habe-
tur, Iaſon *in l.pen.Cod.de pactis*.Surdus
*deciſ.*229. *num.* 36. eadem Rota *deci-
ſione* 94.*num.*10.Vnde *Secundò*, à com-
muni opinione non eſt recedendum,
aut ſine lege, aut efficaci ratione ſua-
dentibus receſſum, vt colligitur *ex
cit.leg.*1. *C. de Veteri iure enucl. extenſa
ſuprà num.*16.Ita docent Nauar.*tom.*2.
*de redditibus Monit.*48.*& conſil.*1. *de
condit. appoſ. num.*7. Azor. *part.*1. *lib.*2.
*cap.*17.*q.*6.Sanchez *lib.*1.*cap.*9.*num.*9.
Rota *part.*5.*deciſ.*122.*fine*, dicit, ab opi-
nionibus Doctorum, qui non habent
contradictorem, tanquam à caſu le-
gis non eſſe recedendum.*Tertiò*, com-
munis opinio excuſat, & facit lici-
tum, *l. Si quis*, 3. *ff. ad Senat. conſ. Ma-
ced.Gloſſ.Marg.l.Athletas*, 4.*ff.de iis, qui
not. infam.* Patet ergo ex his commu-
nem opinionem eſſe vtilem, & mul-
tum operari; Gloſſ. *V. Dum putaretur,
cap.*1.*n.*1.*q.*7.

Probabilis opinio, prout opponi- 34
tur probabiliori, eſt illa, quæ bonis,
validis, & firmis rationibus fulcitur.
Probabi

Digitized by Google

35 Probabilior vero eſt illa, quæ melioribus, validioribus, & firmioribus rationibus conſtat. Vnde hæc à Doctoribus imò & à Legiſlatoribus appellatur verior, quæ illi præualet, vt Fagnanus *ſub num.* 345. docet *ex l.* 1. *verſ. Sed verior, ff. de contrahenda empt. Inſtit. de empt.* §. *Item pretium, verſ. Sed*
36 *Proculi*, citatis aliis Doctoribus. Hæc ergo diſtinctio opinionis in minus probabilem, & probabiliorem eſt antiquiſſima, id exigente natura opinionis, quæ cum ſit de genere qualitatis, & comparatiuorum, intenditur, & remittitur, ac ſuſcipit magis, & minus, ſecundum quod operatur circa eandem materiam.

37 Hinc ſequitur, mihi non placere, quod dicit noſter Coronius *lib.* 1. *controuerſ.* 5. *de conſcientia cap.* 5. *de Prudentia, num.* 102. omnes nimirum antiquos, tam Theologos, quam Philoſophos frequentius vſurpaſſe probabile pro eo, quod nunc probabilius dicitur, & quod nobis minus probabile eſt, illos non reputaſſe probabile. Et hoc probat referendo ſequentia loca Ariſt. 2. Rethor. cap. 26. *Non ex neceſſariis tantum iudicandum eſt, verum etiam ex probabilibus, id enim eſt optima ſententia iudicare. Quare non ſatisfacit, vt ſoluat, probetque non eſſe neceſſarium, ſed ſoluendum eſt, quod non probabile, quod eueniet, ſi obiectio magis, vt plurimum eſt.* Vbi comparatio, inquit, non fit per contradictoria; nam impoſſibile eſt, vtrumque eſſe vt plurimum; ſed inter diuerſa argumenta probabilia contradictoriorum, quorum vnum ſoluit alterum, *ſi ſit magis vt plurimum.*

38 Senſus Ariſt. hic eſt, quod ad excludendum omnino neceſſarium, oportet probare id non ſolum per rationem probabilem, ſed etiam magis probabilem, vt illud perfectè excludatur; ex quo patet Ariſtotelem diſtinxiſſe probabile, & probabilius, illud expreſſit ibi: *Ex probabilibus*; hoc vero ibidem in fine: *magis vt plurimum.* Id totum colligo ex hoc eodem textu Ariſtotelis ſecundum interpretationem M. Antonij Maioragij *c.* 23. his verbis: *Neque enim oportet ipſum tantum ex neceſſariis iudicare, ſed etiam ex veriſimilibus, & hoc eſt, quod dicitur,*
39 *æquiſſima ſententia iudicare.* Veriſimile enim, & probabile coincidunt ex Cicer. apud Nizolium *v. Veriſimilis*, D. Aug. *tom.* 1. *l.* 1. *Retract. ſub initium.* Imò ex ipſomet Ariſt. 1. *Topic. c.* 1. dicta diſtinctio opinionis probabilis, & probabilioris deducitur ex illis verbis: *Probabilia ſunt, quæ probantur, aut omnibus, aut plurimis, aut certè ſapientibus, aut iis, aut omnibus, vel plurimis; vel iis quorum ſpectata eſt, & perſpecta ſapientia.* Ex illis enim clauſulis diſiungentibus ſine dubio infertur maior, vel minor probabilitas, & ſic eiuſmodi diſtinctio opinionis.

Eius explicatio non videtur con 40
gruere, tum quia ne verbum quidem in textu eſt de cōtradictoriis expreſsè, nec virtualiter, quia neceſſarium, & probabile non sūt cōtradictoria. Tum 41
quia vbi adeſt ratio comparatiui non poteſt habere locum cōtradictio, cum negatiua ſemper deſtruat totum prædicatum in ſubiecto, quod non poteſt facere ratio comparatiua, cum ſemper relinquat prædicatum in ratione poſitiui in ſuis extremis, imò & in eodem ſubiecto, exempli gratia. *Hic paries eſt magis albus: hic paries non eſt magis albus.* Nam hæc negatiua non deſtruit in ſubiecto totam albedinem, ſed tantum minuit remanente albedine in gradu minori.

Demum patet ex allatis textibus iu- 42
ris ciuilis, & inſtitutionum *ſuprà ſub n.* 34. antiquiſſimam eſſe eam diſtinctionem innatam rebus ipſis ex conditione ipſius cōparationis, & natura opinionis de genere relatiuorū, ex Ariſt. 2. *Rethor. c.* 2. & conſtat etiam ex eius definitione, cum opinio ſit aſſenſus vnius partis cum formidine alterius, vt explicabo in ſequenti Fundamento.

Secundo loco refert verba Cicero- 43
nis in Lucullo ſic ſcribentis: *Si quid acciderit ſpecie probabile, ſi nihil ſe offerat, quod ſit probabilitati illi contrarium, vtetur eo ſapiens, & ſic omnis ratio vitæ gubernabitur.* Et lib. 3. Offic. *Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, vt quodcunque maximè probabile occurrat, id noſtro iure liceat defendere.*

Contra eſt primò, quia verbum *Pro-* 44
babile non ſpecificè pro opinione probabiliore, ſed genericè pro vtraque, de qua vti genus prædicatur, cū ibi apertè loquatur de contrariis opinionibus. Secundò in poſteriori exemplo manifeſtè patet probabile ſumi ſpecificè pro probabiliori opinione propter gradū *maximè* ſuperlatiuum. D. Auguſt. *tom.* 1. *lib.* 2. *contra Academ.* de quorū numero erat Cicero ad finem dicti libri mētionem facit de opinione probabiliore, his verbis: *Si autem demonſtrare potuero*

Digitized by Google

multò eſſe probabilius, & poſſe ad veritatem peruenire ſapientem, &c. Academici enim negabāt veritatem in rebus, admittentes ſolùm probabilitatem excluſa veritate; erat ergo tunc in vſu vtraq; probabilitas non ſolùm ſecundùm conceptum, ſed etiam ſecundùm terminos; ergo veriſimile non eſt, antiquos nomine *Probabilis* accepiſſe comparatiuè pro probabilibus. De-
45 mum idem S. Aug. *ibid. lib.* 3. *c.* 14. dicit, Ciceronem in Hortenſio, clamare ſe eſſe magnum opinatorem; ergo in vſu habebat vtramq; opinionem minùs & magis probabilem; aliter non rectè ſe iactaret magnum opinatorē.

46 Tertio loco citat D. Auguſt. 3. *l. contra Acad. c.* 16. vbi cum retuliſſet ſentētiā Academicorū, illis verbis: *Cum agit quiſq; quod ei videtur probabile, nec peccat, nec errat.* Lepidè, inquit, Ciceronē inſectatur, & illato abſurdo, quod ex hoc dogmate ſequeretur, ſic concludit: *Sed hoc mittamus, minus ad nos pertinet, illud eſt capitale, quod nefas omne, ſi hæc ratio probabilis erit, cùm probabile cuiq; viſū fuerit, eſſe faciēdū, non ſolùm ſine ſceleris, ſed etiā ſine erroris vituperatione cōmittatur.*

47 Suum non probat intentum de vſu huius vocabuli, *Probabile*, pro comparatiuo; quia Academici non poterant id
48 intendere, cùm eorū *Probabile*, ſatis diuerſum eſſet à noſtro, & antiquis ſapiētibus cum Ariſtotele ponentibus probabile ex ratione, non ex arbitrio voluntatis procedere, vt volebāt Academici, qui errantes putabāt omne illud, quod ſibi videbatur probabile, eſſe probabile; ideo eis opus non erat diſtinguere inter opinionem probabilem, &
49 probabiliorem, cùm ſuas probabilitates non firmarent ratione, ex qua ſecundùm magis, & minus multiplicata oritur ea diſtinctio, non ex arbitrio imprudentis voluntatis.

50 Quarto loco producit S. Thomam 1. 2. q. 96. art. 1 ad 3. *Cum in omnibus non poſſit haberi eadem certitudo, quoad ſingularia ſufficit notitia, quæ verificatur, vt in pluribus.* Et 2. 2 *q.* 32 *art.* 5. *ad* 3. inquit: *Debet diiudicari ſuperfluū, & neceſſariūm ſecundū ea, quæ probabiliter, & vt in pluribus occurrunt.* Et *q.* 33. *art.* 2. *ad* 3. Loquens de correptione fraterna, dicit, quòd videtur peccare mortaliter: *Qui præſumit de aliquo delinquēte probabiliter, quod poſſet eum à peccato retrahere, & tamen propter timorem, vel cupiditatē prætermittit.* Vbi *Probabile* ſumit pro eo, quod eſt *probabilius*; nam profectò durum eſſet obligare ad correptionem ſub mortali in caſu, quo quis ſperat probabiliter fructum, ſed magis probabiliter deſperat; agnoſcit ergo obligationem ſequendi magis probabile.

Certum autē eſt, quòd D. Thomas 51
agnouit eam diſtinctionem, & vnum pro alio vſus non fuit; nam exēpli gratia, *part.* 3. An ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet? Reſp. his verbis: *Alij verò contrarium aſſerunt, quorū aſſertioni magis aſſentiendū videtur*; ergo tunc in vſu erat vtraq; opinio. Item *in quodl.* 8. *de verit. art.* 13. an liceat habere plures præbendas habet hæc verba: *Aut illa opinio non eſt vera, ſed magis contraria.* Dabatur ergo eius tēpore opinio probabilis, & probabilior, per illud verbum *magis.* Item *in Proœmio Poſter.* inquit: *In proceſſu rationis, qui non eſt cum omnimoda certitudine, gradus aliquis inuenitur, ſecundùm quod magis, & minus ad perfectam certitudinem acceditur; per huiuſmodi enim proceſſum, quandoquidem, & ſi non ſit ſcientia, ſit tamen fides, vel opinio, vel probabilitas propter probabilitatē propoſitionum.* Patet ergo vſum vtriuſq; opinionis, & probabilitatis fuiſſe temporibus antiquis, ac proindè verbū *Probabile* non fuiſſe ab antiquis vſurpatū pro comparatiuo, & in eius ſpecie, ſed ſēper remanſiſſe in ſuo conceptu poſitiuo, & generico participato ab vtroq;

Ad primum D. Thomę locum nihil 52
omnino probatur ad intentum, cum ibidem agatur de certitudine, quæ in moralibus verificatur, vt in pluribus, de qua qualis ſit dicam *infrà Fund.* 2.
Ad ſecundum ibi D. Thomas loqui- 53
tur de probabili in genere, & ſic vtramque opinionem relinquit arbitrio volentium ſuccurrere pauperibus de ſuperfluis, cum alterutra opinio amplecti poſſit in doctrina Tho-
miſtarum apud Dianam *part.* 5. *tr.* 8. 54
reſol. 14. Ad tertium dic, illud *Probabile* referri ad indigentem correctione, quod illi profutura ſit, & ſic tenetur, niſi ſit graue incommodum, ibidem ex Diana *reſol.* 21. & 26. & ſic tollitur ratio Coronij, & hæc ſatis; certum enim eſt apud omnes, quòd vtraque opinio ſemper viguit in gradu comparatiuo.

Addo hanc diſtinctionem opinio- 55
nis in probabilem, & probabiliorē eſſe tritam, & vſitatam etiam in iure ciuili, *ſuprà n.* 34. & canonico, vt videri poteſt *in cap. Capellanus* 4. *de Feriis*, vbi vna alia potior dicitur, quæ ſcilicet

nititur

Digitized by Google

nititur meliori, & ſubtiliori ratione; & in *capite*, *Cum Martha 6. de celebr. miſſar.* vbi *ſub* §. *Quæſiuiſti*, ex tribus opinionibus de conuerſione aquæ cum vino in ſanguinem Chriſti hanc affirmatiuam vocat probabiliorem, nullam tamen ex aliis damnat, vt notat ibi Gloſſ. *V. Probabilior, in cap. Literas 13. de reſtit. ſpoliat.* ex allatis *ibidem* duabus opinionibus, dicit ſe nullam illarum damnare. Demum *in Clem. de Summa Trin. §. fin.* opinionem, quæ dicit tam paruulis, quàm adultis conferri in baptiſmo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabiliorem eſſe eligendam, vbi tamen oppoſitam non damnat, de qua iterum *infrà in concl. num. 93.*

Quærendum modò eſt, an actiones humanæ in genere moris dicantur licitæ, & honeſtę à probabilitate in gradu poſitiuo, an ſolùm in gradu comparatiuo? Excitatur hæc quæſtio contra negantes vſum probabilitatis minùs talis, dicentes non eſſe ſequendam opinionem minus probabilem quaſi careat honeſtate, & non dicat licitum vſum in actione.

56 Reſpondetur, actiones humanæ dicuntur licitæ, & honeſtæ à probabilitate in gradu poſitiuo. Probatur primò; quia comparatiuum ſupponit ſuum poſitiuum in eſſe, ad quod illud ſequitur, Ariſt. *in Prædic. Qualit. & 2. Topic. loco 41.* Iaſon. *in l. Stipulationum quædam, ff. de verbor. ſignif. n. 2.* Farinac. *q. 105. n. 173.* cum aliis Rota *p. 3. Recent. deciſ. 548. n. 3. & part. 5. deciſ. 154. n. 13.* Ergo probabilis eſt opinio in ſolo gradu poſitiuo, & ſic per illum tribuit honeſtate m, & licitum vſum actioni humanæ, antequam illi adueniat gradus comparatiuus, qui proindè ſicut non deſtruit poſitiuum, ita neque illi tollit ſuam probabilitatem; ſed eam auget reſpectu ſui per relatiuam oppoſitionem ad minùs probabilem opinionem; in neutro ergo deſtruitur probabilitas, à qua procedit honeſtas, &
57 licitas actionis. Secundò, res quælibet prius eſt in ſe in ſua eſſentia, quàm quod ſit hoc, vel illo modo, ſeu quòd augeatur, vel minuatur: vt dicit D. Aug. *to. 3. lib. 3 de Trinit. c. 2. & tom. 9. tr. 74 in Ioannem*, ſed primum eſſe in opinione eſt probabilitas præſcindens à ratione comparatiua; ergo ſub hac ratione actionem reddit honeſtam, & licitam, atque per ſuperuenientem comparatiuam rationem auget, ſeu minuit probabilitatem, & rationem honeſtatis in actione. Tertiò, probabilitas ab initio vel eſt otioſa, vel operatiua, non otioſa, nec inutilis; ergo ſtatim operatur ſuum effectum antequam augeatur, vel minuatur. Quare ex his habetur veritatem, & certitudinem morales haberi à probabilitate in gradu poſitiuo ſpectata.

Quandoque inueniuntur duæ opi- 58
niones, quæ ex paritate rationum, & motiuorum ſunt ambæ æqualiter probabiles, ita vt vna non excedat aliam in probabilitate, & cum ſint tales non poſſunt intellectus aſſenſum ſuſpendere, aliter non eſſent opiniones; cum de ratione eſſentiali, & formali opinionis ſit aſſenſus, vt patet in ſequenti Fundamento; intellectus ergo opinans vtrique aſſenſum præſtat cognoſcendo eas probabiles, vnam, quod licet operari: alteram, quòd non licet operari. Nec hinc ſequitur contradictio, cùm non ſit reſpectu eiuſdem; ſed diuerſorum motiuorum, quæ impediunt contradictionem, quę eſt eiuſdem reſpectu eiuſdem. Ex eo autem, quod intellectus cognoſcit vtriuſq; probabilitatem, ſuum pręſtãdo
aſſenſum, ſequitur in eis dubium non 59
poſſe habere locum; cum illi repugnet aſſenſus, qui eſſentialiter ſpectat ad opinionem, dum dubium ex ſua natura intellectum relinquit ſuſpenſum, & indeterminatum ad aſſenſum. Nec dicas, opinantem æqualiter neſcire, quam debeat eligere; quia electio non eſt actus intellectus, ſed voluntatis, cuius eſt eligere eam partem, quam vult, & cùm voluntatis non ſit dubitare, ſed ex ſua indifferentia eligere vnum ex duobus, eligit vnam opinionem pro ſuo libitò, alia relicta, nec imprudens eſt, cùm eligat vnam ex probabilibus. Placet hic duo adiungere; vnum eſt, dari duas opiniones ex æquo probabiles, eſſe potiùs dictum metaphyſicum, quàm morale; quia videtur perdifficile
inuenire motiua ex æquo probabilia 60
ſeinuicem colluctantia; par enim non agit in parem, *capite, innotuit 20. de elect. L. Nam Magiſtratus 4. de arbitr.* Solùm enim fortior agit in fortem, & præterea vnum motiuum non debilitat aliud, & ſic ambæ manent in ſua æqualitate probabilitatis, vnde in hoc æqualitas nihil operatur, quaſi ſit otioſa, vnde meo iudicio in

Digitized by Google

opinionibus ſemper videtur eſſe pro-
61 babilitatis inæqualitas. Alterum eſt, tolli in illis æqualitatem per electionem, id ſuadendo exemplo Epiſcopi, qui in concurſu examinis ad beneficia, poteſt accedere vni ſuo voto contra alterum, quando ambo examinati paria habent vota, facta diſparia, & inæqualia per illum acceſſum, *ex c.18. ſeſſ.24.* arbitratur enim Epiſcopus nominatum à ſe excedere alium, quod pares fecerunt examinatores, & hac ratione per electionem aliquo modo augetur probabilitas in opinione electa.

62 Demum opinio tuta, & ſecura idem eſt quod probabilis; ſicut enim probabilis demonſtrat honeſtatem actionis, ita & eam facit tutam, & ſecuram in eo, quod illa vtens tutus & ſecurus eſt à peccato, vt probabitur *infrà in Fundam...* Vndè & ipſa diuiditur in tutam, & tutiorem, in ſecuram, & ſecuriorem.

An oppoſitæ opiniones ſint ambæ probabiles? Ratio dubitandi eſt; quia oppoſitæ ſunt inter ſe; ergo ſi vna eſt probabilis, altera erit improbabilis.

63 Dico eſſe probabiles; bonum enim bono non opponitur, nec verum aduerſatur vero; cùm non ſint malignantis naturæ, probabilitas autem eſt quid bonum, ex quo improbabilitas eſt quid mali, & falſi. Ratio quoque eſt, quia vnaquæq; nititur firma, & ſolida ratione; ergo vtraque eſt probabilis. Hoc
64 ſupponitur ab omnibus, dum dicunt licitum eſſe mutare opinionem, quod non liceret, ſi vna tantùm eſſet probabilis; probabilitas ergo vnius infert probabilitatem alterius, & ita docet Caramuël *in Theologia Fundam. impreſſionis Romanæ, num. 1592.*

65 Ad rationem dubitandi reſpondeo, non eſſe oppoſitas inter ſe quoad probabilitatem; quia vna non conuincit aliam de improbabilitate; ſed tantùm quoad actum ſignatum, & executionem, quia vna affirmat eſſe peccatum, & non licere, altera ſentit oppoſitum, & vtraque ita prudenter ſeptit; ergo & probabiliter, & ſic vna non tollit alterius probabilitatem.

FVNDAMENTVM II.

De aſſenſu vero, certo, & prudenti in opinione probabili.

Opinio, quæ prodeſt actionibus humanis demonſtrans illarum honeſtatem, & licitum vſum, debet eſſe non arbitraria; ſed falſa ſolida ratione, vt aſſenſus intellectus ſit verus, certus, & prudens. 1
In primis namque quòd opinio ſit aſſenſus, quo opinans iudicat actionem humanam eſſe licitam, vel illicitam, poſſe fieri, vel non poſſe fieri, ita eſt illi eſſentialis, vt ſine illo nullum ferre poſſit iudicium. Quare omnes Theologi cum S. Thoma *part.1.q.79. art.9. ad 4. & 2.2.q.2.art.9.ad 2* & alibi ſæpe. Scotus *in 3.diſt.23.q.vn.num.5.verſ. Ex iſtis tom.7. part. 1.* definiunt, quod ſit aſſenſus vnius partis cum formidine alterius. Scotus loco aſſenſus ſic definit, quod *Opinio eſt illa, quæ adhæret vni* 2
parti contradictionis cum formidine alterius. D. Bonauentura *in 3.diſt.24.art.2. q. 2. verſ. Sed contra*, inquit: *Opinio eſt aſſenſio vnius partis cum formidine alterius. Opinio adhæret rationi propter ſe, vnde deficiente probabilitate rationis deficit probabilitas opinionis.* Certum ergo eſt, quod nemo negat, opinionem eſſentialiter importare aſſenſum, & iudicium, quo intellectus iudicat de honeſtate humanorum actuum. Quare 3
cum opinione ſtare non poteſt dubium, in quo nec aſſenſus, nec iudicium eſſe poteſt. Et id omnes ſentire debent, aliter confunditur dubium cum opinione, quod irrationabile eſt.
4 Quod ſi D. Thomas, & alij ex antiquioribus, imò ex modernis dubiũ miſcent cũ opinione, loquuntur de dubio non in ordine ad opinionẽ, ſed in ordine ad ſcientia, reſpectu cuius opinio eſt aſſenſus dubius, in ſe tamẽ ſpectata eſt aſſenſus verus, & certus, non dubius, vt *infrà* mox dicendis apparebit.

5 Opinio ergo probabilis regulatiua humanarum operationũ in moralibus, quænam ſcilicet fieri poſſint licitè, & honeſtè ſine peccato, in eo conſiſtit, quod eius aſſenſus ſit verus, certus, & prudens. Et hæc tria probantur ineſſe opinioni probabili, in ſequentibus.

6 Veritas enim eſt conformitas intellectus cum re intellecta, ſicut falſitas eſt difformitas inter intellectum & rem intellectam, in ſententia omnium, apud D. Thomam *part. 5. q.16. art.1.*

Digitized by Google

art. 1. Scotum *6. Metaph. q. 3. num.* 5.
Diſtinguitur autem veritas primò in
7 formalem, & obiectiuam. Formalis ſe
tenet ex parte intellectus, cui ineſt
primò, & immediatè; eius enim intel-
lectio cùm ſit operatio immanens, ab
eo eſt, & in eodem recipitur. Obie-
ctiua ſe tenet ex parte rei intellectæ,
quæ conformatur principiis ipſius rei,
quæ denominatur intellecta per de-
nominationem extrinſecam formæ
cognitionis veræ, quę eſt in intellectu,
non in ipſa re, ad quam eſt tantum
extrinſecè. Veritas ergo formalis reſ-
picit potentiam intellectiuam: obie-
ctiua rem ipſam, quæ vtriuſque cauſa
dicitur; intellectio enim, & veritas
oritur ex vtriſque, ex dictis à S. Tho-
ma, & Scoto *l.* 10. *Metaph. q.* 4. *n.* 4.

8 Præfata definitio vtriuſque verita-
tis quamvis videatur inuenta pro veri-
tate ſolius rei ſcitæ, ac proindè nullo
reſpectu habito ad veritatem opinio-
nis, nihilominus bene intellecta com-
munis eſt vtrique veritati, nempè phy-
ſicæ verſanti circa obiectum ſcitum,
& morali reſpicienti obiectum opi-
natum; nam vtraque eſt conformitas
intellectus cum re intellecta, præſcin-
dendo ab inferioribus vtriuſq; ratio-
nibus eas conſtituentibus, & differen-
9 tibus ab inuicem; nam veritas phyſica
ita verſatur circa obiectum ſcitum, vt
ei non poſſit ſubeſſe falſum; quia eius
veritas adæquatur obiecto, quod in ſe
tale eſt, quale apprehenditur ab intel-
lectu ſciente ob euidentiam ipſius ob-
iecti, cuius nihil cognitionis latet in
10 ſuis prædicatis. Moralis verò veritas,
quæ & veritas conſcientiæ appellatur
à Turrecr. *in cap. Animaduertendum* 2.
22. *q.* 2. *n.* 2. eſt illa quæ verſatur cir-
ca obiectum opinatum, quod non pe-
netrat, vt ita dicam; ſed circa illud
excogitat tales rationes, vt per eas
opinionem ſibi probabilem facere
poſſit, & ex quo illud penetrare, hoc
eſt, ſcire apertè non poteſt, quia vt ait
Gloſ. ordin. *ad c.* 3. *Geneſ. V. Maledicta*,
illis verbis: *Hoc enim ipſum, quod quiſ-
que in hac terra natus difficultatem pati-
tur inueniendæ veritatis, ex corruptibili
corpore habet*, ad quod D. Auguſt. *tom.* 1.
11 *lib.* 12. *Confeſſ. initio*, dicit quod diffi-
cilis eſt inuentio veri; quia plus loqui-
tur inquiſitio, quam inuentio. Ex quo,
inquam, illud apertè ſciri non poteſt,
dicitur illud idē opinari, inquit enim
Ariſt. 3. *Ethic. c.* 2. *Ea opinamur, quæ non* 12
certò ſcimus. Cadit ergo ignorantia in
cognitione opinionis, & ſic ei poteſt 13
eſſe falſitas, non tamen oppoſita ve-
ritati morali, ſeu conſcientiæ; ſed ſo-
lum veritati phyſicæ; & ideo veritas 14
moralis ſolet vocari veriſimilitudo ad
eius differentiam; nam veriſimilitudo
eſt veritas moralis, quæ propius acce-
dit ad veritatem rei, ſeu phyſicam, &
ſic eam appellat Ariſt. 1. *Rethor. c.* 2. dum
dixit, illud eſſe veriſimile, quod ple-
rumq; fit; & coincidit cum probabili
apud Ciceronem *in Nizolio, V. eod.* Ve-
riſimilitudo igitur cum approximetur
veritati phyſicæ, magnam habet po-
tentiam in probationibus quibuſcunq;
vt docet Menoch. *l.* 2. *de Arbitr. caſu* 85.
Vndè ea inſpicienda eſt, Gloſ. *V. Veriſi-
militer, Clem.* 3. *de elect.* Eſt enim cogna- 15
ta naturæ, & inſtar præſumptionis iu-
ris, ex Baldo *vol.* 3. *conſil.* 180. *n.* 3. itavt
quod non eſt veriſimile habeat imagi-
nem falſitatis, ex eodem Baldo *in tit.
C. de ſeruis fugit.* Decius *conſ.* 25. *col.* 4.

Infertur ex his dari veritatem in aſ- 16
ſenſu opinionis probabilis, hoc aſſerūt
omnes cum Ariſt. *lib.* 2. *Poſter. c.* 26. his
verbis: *Atqui omnes habitus, quibus ve-
ra noſcuntur, ſunt intelligentia, ſcientia,
opinio, & quæ ab his cognominata ſunt.*
Opinio ergo ſuam habet veritatem;
ſic enim appellatur etiam *l.* 3. *Ethicor.
cap.* 2. *& lib.* 7. *cap.* 3. *& in l. ciuili, ſupraci-
tato num.* 16. *in primo Fundamento.*

An autem vna opinio ſit alia verior? 17
Negabunt non admittentes magis, &
minus in veritate, cuius eſſentia eſt in-
diuiſibilis; quælibet enim res vel eſt
vera, vel falſa; de quolibet enim ve-
rum eſt dicere, quod eſt, vel non eſt, & 18
cum veritas non poſſit miſceri cum
falſitate, data veritate, augeri nec mi-
nui poteſt, vt videtur colligi ex. D.
Thoma *q.* 1. *de verit. art.* 9. Ferrar. 1. *con-
tra Gentes c.* 13. apud Conimb. *in Logica,
de ſcientia & demonſt. in cap.* 2. *q.* 2. *art.* 2.
verſ. Rogabis.

Dicendum eſt, vnam opinionem 19
eſſe veriorem alia, qualis eſt ea, quæ
appellatur probabilior, quia potiori-
bus, & verioribus rationibus fulcitur,
vnde Legiſlator *in l.* 1 *ff. de cōtrah. empt.
relata præced. Fundam. n.* 35. vnam præ
alia vocat veriorem ſententiam. Con-
firmatur; quia veritas eſt de genere 20
qualitatis, ac proindè intenditur, & re-
mittitur, non ſolum rationibus, ſed etiā

Digitized by Google

auctoritatibus. Et de hoc non eſt dubitandum. Etquod veritas intendatur, & remittatur, docent communiter Philoſophi cum Scoto, Meldul. *diſp* 5. *Metaph à n.* 89. & Conymbr. cit. reſpondentes, veritatem non admittere conſortium falſitatis; ex parte tamen obiecti vnum eſſe verius altero; nam Deus eſt immutabilius qualibet alia re, & ſic Deus inter entia eſt verior aliis.

21 Dices, ex ſupradictis, opinioni poteſt ſubeſſe falſum, ac proinde non habet certam veri rationem in ſe, & ſic fallere, & decipere poteſt, conſequenter non eſt iudicium regulatiuum, ſed deceptiuum humanarum actionum. Confirmatur *ex cap. A nobis,* 28. *de ſent. excom.* ibi: *Iudi-*
22 *cium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpe contingit, & falli, propter quod contingit interdum, & qui ligatus eſt apud Deum, apud Eccleſiam ſit ſolutus, & qui liber eſt apud Deum, Eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus.* Non poteſt ergo quantumcunque probabilis, eſſe regula bona humanarum actionum, cum ſit deceptiua.

23 Reſpondeo falſitatem eſſe in duplici differentia, ſicut dictum eſt de duplici veritate, phyſica, & morali, phyſicam, & moralem; in obiectione ſermo eſt de falſitate phyſica oppoſita veritati phyſicæ, quæ falſitas
24 cum inculpabiliter ignoretur ab opinante, non apponitur, nec nocet veritati morali, cui opponitur falſitas moralis, quæ non reperitur in opinione probabili, quæ fulcitur veritate ex probatis. Allatus textus in confirmatione non obſtat, quia ibi nomen *Opinionis* non ſumitur propriè pro aſſenſu ratione fulcito, ſed pro fide humana, qua creditur dicto, vel facto alterius; ibi enim agitur de re probanda per teſtes.

25 An autem veritas hæc moralis reperiatur in contrariis opinionibus? Ratio dubitandi eſt; quia dicuntur
26 opponi contradictoriè, quod enim vna affirmat, altera negat circa idem obiectum; ſi enim vna affirmat, eſſe actionem honeſtam, licitam, ſeu non eſſe peccatum, altera hoc idem negat; ergo vna eſt vera, & altera falſa; ergo non eſt verum dicere, quod omnis opinio probabilis ſit aſſenſus verus, aliter duæ contradictoriæ in qualibet materia morali erunt ſimul veræ, quod implicat; quia de quolibet non eſt verum ſimul affirmare, vel negare, ſed diſiunctim.

Dico, quod vtraque opinio eſt in 27
ſe vera veritate morali; quia vtraque tali nititur ratione, quæ in vtriſque ſine dubio perſuadet verum aſſenſum, & hoc dicitur 1. *poſter. cap.* 26. his verbis: *De eadem re vtramque opinionem eſſe dicimus, cùm ratio, quid vtrumque ſit oſtendens, ſit diuerſa.* Confirmatur ex dictis *in præced. Fund. num.* 63. quia vtraque eſt probabilis; ergo & vera; non enim probabile caret ſua veritate morali, & veriſimilitudine, cum ſint idem *n.* 36. *præced. Fund.*

Ratio dubitandi non obſtat; quia 28
contradictio non afficit opinionem ratione ſuæ formalitatis; ſed eius materiale obiectum, de cuius veritate phyſica timetur ab opinante; quia naturam obiecti in ſe inculpabiliter ignorat à ſe tantum opinati, & ſic opinans dicitur habere tantum veritatem moralem, non phyſicam de oppoſitis opinionibus formaliter acceptis, ac proinde in illis non datur contradictio; quia veritas phyſica,
quæ eſt rerum ſcitarum, non oppo- 29
nitur veritati morali vtriuſque opinionis; ſed falſitati phyſicæ, quæ cum ſibi oppoſita veritate phyſica ignoretur in negotio opinionis, non conſideratur; ſed ſola veritas moralis, quæ opponitur falſitati morali in opinione improbabili; & ex his patet hinc abeſſe contradictionem; veritas enim moralis licet ſit diuerſa à veri-
tate phyſica, non tamen aduerſa, & 30
contraria; & quod circa idem poſſis verſari veritas phyſica, & moralis
patet ex eo quod circa idem obie- 31
ctum verſari poteſt intellectus ſcientificus, & opinatiuus; quia de eodem ſubiecto poteſt haberi ſcientia, & opinio per diuerſa media, neceſſarium ſcilicet, & probabile excluſa actuali formidine, Alenſis *part.* 3. *q.* 75. *membro* 3. D. Bonauent. *in* 3. *diſt.* 24. *art.* 1. *q.* 3. Baſſolius *q.* 1. *Prologi*, Mayron. *in* 3. *diſtinct.* 24. *q. vn. art.* 6. D. Thom. *part.* 1. *q.* 17. *art.* 4. *ad* 1. *&* 3. *&* 1. 2. *q.* 53. *art.* 1. *& q.* 64. *art.* 3. *ad* 3. ait eſſe contrarias tantum.

Vel dic, quod licet, contradictio 32
appareat in opinionibus oppoſitis circa

Digitized by Google

circa idem, id tamen verum non eſt, niſi per reſpectum ad quæſtionis tenorem, exempli gratia; licet, non licet; eſt peccatum, non eſt peccatum, non autem in re; quia motiua ſunt diuerſimodè poſitiua, ex quibus non poteſt deduci contradictio, quæ non cadit inter poſitiua.

33 Notandum eſt, quod ſicut triplex eſt obiectum intelligibile, nimirum Scibile, Credibile, & Opinabile, vt dixi in definitione opinionis, ita triplex illis correſpondet Veritas, ſcilicet, phyſica, credibilis, ſeu fidei, &
34 moralis agibilium. Phyſica veritas eſt conformitas intellectus cum re ſcita, quam quaſi vidit vt in ſe eſt, vnde hæc veritas habet euidentiam obiecti, quod intellectus vidit, ſicut quiſque ſuam imaginem videt in ſpe-
35 culo. Credibilis veritas eſt fides dependens ab auctoritate dicentis; & hæc veritas ſubdiuiditur in humanam, & diuinam. Humana veritas quandoque ita eſt certa, vt quod ſit Roma, Neapolis, Venetiæ, &c. vt id negare ſit hominis imprudentis, cum id ab omnibus credatur, quod in iure vtroque reperiatur hæc vel illa lex, ſeu Canon, aut Decretalis, quæ ad oculum poſſunt demonſtrari; & huius generis veritas valde aſſimilatur veritati phyſicæ, cum qua dicitur euidens cognitio, qua videri poteſt;
36 differt verò in eo, quod obiectum ſcibile eſt neceſſarium, credibile verò contingens, illud oſtenditur per demonſtrationem intellectualem, hoc per auctoritatem dicentis ei, qui
37 non vidit obiectum viſibile. Diuina veritas conſiſtit in prima veritate Dei dicentis & reuelantis ea, quæ ſpe-
38 ctant ad fidem Catholicam. Et de prædictis non eſt hic ſermo niſi in ordine ad cognoſcendam veritatem in actionibus moralibus hominum circa obiectum opinatum, cuius veritas communiter vocata moralis habetur non ex auctoritate humana, ſed à ratione firma perſuadente rem ita ſe habere ſicut opinatur.

39 Hinc eſt, quod opinio quandoque confunditur cum fide humana, & ſic opinabile cum credibili, & tamen ſunt valde diuerſa, quia fides ſuam veritatem accipit ab auctoritate hominis dicentis, vt quod eſt Roma; quod fides ſubſcripta à Parocho de Baptiſmo, de Matrimonio probet; hæ veritates non conſtituunt opinionem, ſed fidem humanam; Opinio 40
verò conſtituitur in ſuo eſſe probabilitatis per veritatem acceptam à ratione exhibita per medium probabile productiuum opinionis. Et ſecundum hanc diſtinctionem, *ſuprà ſub num.* 21. probaui, *in cap. A nobis de ſent. excom.* nomen opinionis propriè non accipi, ſed eo nomine impropriè ibi accepto venire fidem humanam; quæ fallere, & falli poteſt, 41
non autem opinionem, quæ neminem fallit, nec fallere poteſt, quia eius operatio conſiſtit in actibus prudentiæ, ſecundum quam dirigit, & regulat operationes humanas in bonum.

Expeditâ explicatione veritatis 42
opinioni conuenientis opus eſt exponere certitudinem ad eam conſequentem, & ſicut diſtinguimus triplicis generis veritatem, ita triplicem certitudinis ſpeciem referre oportet, vt ſciamus quænam certitudo pertineat ad opinionem. Certitudo au- 43
tem vt ſic eſt adhæſio intellectus obiecto verè intellecto; ex eo enim, quod intellectus verè obiectum cognouit non poteſt non adhærere illi affirmando de illo, quod intellexit. Triplex autem eſt certitudo, nempè naturalis & phyſica, qua intellectus adhæret obiecto ſcibili, & neceſſario verè cognito. Secunda appella- 44
tur certitudo moralis fidei procedentis à veritate morali ex auctoritate dicentis, qui ſi ſit homo, vocatur humana adhæſio, exempli gratia, certum eſt exiſtere Romam; certum eſt valere fidem, quam Notarius teſtatur de officio ſuo, &c. Si verò fides 45
procedat ex Deo dicente, ſine dubio eſt certiſſima, & omnino infallibilis, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ac proinde eius certitudo eſt firmiſſima, non verò humana, cum ei ſubeſſe poſſit falſum, quod tamen probandum eſt ab aſſerente, quia homo dicens præſumitur dicere verum, & quod certum eſt, quia delinquere nemo præſumitur, *l. Merito*, 51. *ff. pro ſocio*, *cap.* 2. *de Reg. iur.* Tertiò ad rem 46
noſtram certitudo eſt adhæſio intellectus obiecto verè moraliter opinato per rationem inducentem opinionem probabilem. Dico per rationem, & 47

Digitized by Google

non per auctoritatem, vt diſtinguam opinionem à fide, quæ ſola auctoritate nititur, vt dictum eſt ſuperius. Et hanc certitudinem communiter dictam moralem conuenire opinioni dixerunt, & in primis Ariſtot. 1. *Ethic. cap.* 3. vbi docet modum cognoſcendi moralia, non requirens in eis demonſtrationem, ſed rationem illi proportionatam pingui quadam Minerua, his verbis: *Non enim in omnibus diſputationibus limitatum, accuratumque genus ſimiliter requirendum eſt.*
48 Et infrà: *Ergo ſatis erit, eos, qui ex his, & de iis rebus verba faciunt pingui quadam Minerua, & ſubiecta velut rudi forma quid in quaque veri ſit, demonſtrare.* Qualis igitur eſt natura obiecti, talis debet eſſe eius cognitio, & certitudo, vt ſit proportio in modo cognoſcendi, ac proinde moralia ſufficit, quod habeant circa ſe cognitionem veram, & certam non phyſicè, ſed moraliter tantum, ſecundum quod conuenit tali materiæ;
49 hoc idem docet S. Thom. 2. 2. *q.* 60. *art.* 3. *in reſp ad* 1. illis verbis: *In humanis actibus inuenitur aliqua certitudo, non quidem ſicut in demonſtrationibus, ſed ſecundum quod conuenit tali materiæ.* Iulius Mercorus *in ſua Praxi opinionum, part.* 1. *art.* 10. dicit, certitudinem moralem eſſe neceſſariam ad rectitudinem operationis cum aliis ab eo citatis, licet cum Modernis reiiciat vſum opinionis probabilis; Franciſcus Lichetus *ſuper* 3. *ſent. Scoti ad diſt.* 29. *à num.* 71. *tom.* 3. *part.* 2. ex opere Vatingano, & omnes tam an-
50 tiqui, quam recentiores; dum conſtat certitudinem phyſicam non facere ad rem, nec habere proportionem cum obiecto morali, quod de ſua natura eſt non ſolum difficile intellectu, ſed quandoque impoſſibile, vt euidens certitudo haberi poſſit, ideo ſufficit certitudo moralis, id quod dicunt etiam Legiſtæ *in l. Non poſſunt,* 12. *ff. de legibus.*

51 Prædictis videtur obſtare Ariſtoteles 1. *Poſter. cap.* 26. vbi ab opinione excludit quamlibet certitudinem his verbis: *Eſt enim infirma ſemper, & incerta opinio, viſque ac natura ipſius in hac infirma aſſenſione continetur.* Et *l.* 3. *Ethic. cap.* 2. idem dicit: *Ea opinamur,*
52 *quæ non certo ſcimus.* Sed facilis eſt reſponſio; nam præcitatis locis loquitur de certitudine phyſica, naturali, & euidentiæ; comparat enim opinionem cum ſcientia, quæ ab ea in hoc differt, quod certitudo ſcientiæ eſt euidens; opinionis verò incerta ex euidentia, certa nihilominus moraliter ſic perſuadente ratione, quæ intellectum mouet ad ſic opinandum, ita quod ſuæ opinionis certitudinem habet quod ſit probabilis.

Demum aſſenſus in opinione probabili eſt actus prudentiæ, cum & 53
probatis ſit certum quid; omnes enim dicunt, ſi credimus Mercoro *part.* 1. *art.* 7. quod obiectum prudentiæ eſt certum, vbi citat Caietan. 2. 2. *q.* 47. *art.* 3. & alios; cum autem opinio verſetur circa humanas actiones, vt rectè fieri poſſint, debet conſtare ex aſſenſu prudentiali; eſt enim prudentia particularium quæ experientia 54
nobis innoteſcunt, Ariſtoteles 6. *Moral. ad Nicomach. cap.* 8. Prudentia autem ibi eſt, vbi vis eſt opinandi, 6. *Ethic. cap.* 5. *fine.* Et quoniam prudentia hominis non eſt omnino certa, propter variabilitatem ſingularium, ſed vt in pluribus, inquit S. Thomas 2. 2. *q.* 47. *art.* 3. *ad* 2. *& art.* 9. *ad* 2. *q.* 49. *art.* 1. *& art.* 5. *ad* 2. *& alibi.* Intellige non eſſe omnino certam, ſcilicet, certitudine phyſica, eſt tamen certa *vt in pluribus,* ſcilicet certitudine morali proportionata obiecto contingenti, eſt enim circa ea, quæ aliter ſe habere poſſunt, ex eodem Ariſtot. 6. *Ethic. c.* 5. *fine.*

Concludamus ergo, quod opinans 55
probabiliter eſt certus, quia ille eſt certus, qui non eſt dubius, *cap.* 20. *de Prebend. in* 6. *verſ. Certiores,* opinio autem excludit dubium; ergo includit certum. Illud quoque dicitur certum, quod apparet *l. Certum,* 6. *ff. ſi cert. pet.* in opinione autem certitudo apparet per rationem illam demonſtrantem. Scotus *in* 1. *diſt.* 3. *q.* 4. §. 1. *verſ. Secundò apparet,* dicit, quod certitudo habetur excluſis dubitatione, & deceptione, quæ in opinione locum non habent. Certitudo ergo moralis eſt illa, quæ habetur ex variis coniecturis prudentum, ex Soto *in* 4. *diſtinct.* 27. *q.* 1 *art.* 3. *circa medium in prima propoſ.* apud Megal. *conſ.* 7. *n.* 7.

Fagnanus *num.* 68. dicit, vt quis re- 56
ctè operetur, requiri, vt habeat certitudinem ſaltem moralem de recti-

tudine,

Digitized by Google

tudine, & honeſtate operationis, iuxta illud Auguſtinus *in cap. Si quis, diſtinct.7. de Pœnit.* in fine: *Tene certum, & dimitte incertum.* Et ſic in re videtur ſentire, quod diximus, ad rectam operationem requiri certitudinem moralem.

57 Nihilominus ſequenti *num. 99.* ait defenſores probabilitatum contendere, in moralibus ſufficere certitudinem ex probabilibus, ex Ariſtot. 1.*Ethic. cap.3.* Et hoc impugnat tanquam continens fallaciam, ſeu æquiuocationem, dicendo, quod aliud eſt in moralibus ſufficere certitudinem ex probabilibus; & aliud ſufficere certitudinem probabilem: Differunt enim vt cauſa, & effectus; nam primum denotat cauſam, per quam certitudo moralis in nobis generatur. Secundum verò notat effectum, qui eſt ipſa moralis certitudo in nobis iam genita. Itaque cum dicimus in moralibus ſufficere certitudinem, quæ oritur in intellectu ex argumentis, & rationibus probabilibus, propoſitio vera eſt, quia plures rationes probabiles natæ ſunt generare in noſtro intellectu moralem certitudinem de honeſtate operationis abſque vlla formidine partis oppoſitæ, ſi rationes illæ ſint tanti ponderis, vt efficaciter moueant intellectum ad iudicandum rem ita ſe habere, vt probatur *in cap. Ego ſolis,*
58 §. *Alios autem, diſtinct.9.* Si ergo dicamus, ſufficit certitudo ex probabilibus, id eſt, in moralibus ſufficit certitudo probabilis, eſt falſum, quia hæc non datur, imò explicat contradictionem, vt ſit certitudo, & ſit probabilis; quia certitudo eſt præci-
59 ſa determinatio ad vnum: probabilitas autem eſt indifferens ad rectum, & obliquum; certitudo ergo & probabilitas ſe inuicem deſtruunt, nec aliud ſenſit Ariſtoteles *loco præcitato:*
60 ſed ſolum quod in materia morum non requiruntur probationes per rei euidentiam, ſeu demonſtrationem, ſed ſatis eſt verum oſtendere per coniecturas probabiles, arguendo etiam à communiter accidentibus, & à ſimilibus. Debet ergo ex his oſtendi verum, & non ſufficit oſtendere probabile, quod longè diſtat à vero.

61 Veruntamen ipſe Fagnanus potius æquiuocat, & vnum in duo diſtinguit, cum certitudo moralis in nullo differat à certitudine probabili, ſunt enim diuerſæ voces, & vna tantum res per eas ſignificata; nam omnis certitudo poteſt procedere ab vno ex tribus principiis probatiuis. *Primò,* per 62
euidentiam, quæ appellatur demonſtratio, quia concluſionem demonſtrat veram, ac proinde certam phyſicè, & ex euidentia rei, & de hac non eſt ſermo hic, nec pertinet ad mores. *Secundò,* per auctoritatem dicentis rem ita eſſe, & hinc oritur certitudo nuncupata moralis à dicente in auribus audientis, & ſub hac ratione neque hic eſt ſermo de certitudine in ordine ad opinionem, quæ non à fide dicentis, ſed ab argumentis recipit ſuam certitudinem moralem. *Tertiò,* per argumenta probabilia generatur certitudo in intellectu opinantis; dico *Probabilia,* quia non aliter generari poteſt certitudo moralis in opinante, cùm præter has tres non ſit dabilis alia certitudo. Ex his infertur idem eſſe certitudo moralis, & certitudo probabilis, formato ex illis hoc argumento: *Quale eſt principium probatiuum, talis eſt concluſio inde ſequens, ſed principium probatiuum in opinione eſt probabile, non auctoritatiuum, nec demonſtratiuum ex hactenus dictis; ergo talis eſt eius concluſio,* nempè probabilis certitudine probabili, cum certitudo ſit ex probabilibus, vt dicit in ſua prima propoſitione. Confirmatur; quia principium probatiuum non habet certitudinem demonſtratiuam, alias generaret ſcientiam, non opinionem. Deinde 63
allata ab eo differentia, quod prima propoſitio eſt cauſa, & ſecunda effectus, eſt manifeſtè falſum, quia idem eſt certitudo ex probabilibus, & certitudo probabilis; nam illa præpoſitio *ex* importat cauſalitatem, denotat enim cauſam, & quidem proximam. Decius *in Rubr. de conſtitut. in* 64
lect.1. num.34. Rota *part.5. deciſ.107. num.6. & deciſ.178. num.3.* ac proinde eius effectus eſt ipſa certitudo à probabilitate orta; vnde ex neceſſitate certitudo hæc probabilis eſt, ac proinde idem eſt certitudo moralis honeſtans humanam operationem, ac probabilis certitudo, cum hæc aliunde prouenire non poſſit, niſi ab eadem

dem cauſa, à qua procedit ipſa moralis Fagnani certitudo. Dico ergo cum D. Auguſtino *in moralibus*, tene certum morale, non demonſtratiuum, non auctoritatiuum, ſed probabile. Et idem cum D. Hieronymo relato *præcitato cap. Ego ſolis*, 5. *diſt*.9. dico; nam hæc: *Non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt; ſed quia mihi per alios Auctores, vel Canonicas, vel probabiles rationes, quod à verò non abhorreat, perſuadere poterunt*. Verba probant manifeſtè veritatem in opinione procedere à probabilibus rationibus; vbi ergo eſt argumentum probabile, ibi eſt veritas, & certitudo moralis. Patet quoque auctoritatem Ariſtotelis etiam ſecundum intellectum eiuſdem Fagnani pro nobis facere.

65 Demum, quod ait, eam propoſitionem ſecundam in moralibus ſufficere certitudinem probabilem, eſſe falſam; & quia non datur, & quia implicat contradictionem, vt ſit certitudo, & ſit probabilis; quia certitudo eſt præciſa determinatio ad vnum; probabilitas autem indifferenter ſe habet ad rectum, & obliquum.

66 Dico ad hæc, omnia eſſe falſa, vera ſiquidem eſt eà propoſitio, quod in moralibus ſufficit certitudo probabilis, tùm quia alia certitudo non reperitur in opinionibus, quæ tamen etiam ab aduerſariis conceduntur non inutiliter; tùm quia data cauſa vera, datur effectus verus, ſed in ſententia Fagnani datur illa prima propoſitio vera apud ipſum; ergo & ſecunda cum eadem veritate, quæ
67 prioris eſt effectus. Non implicat præterea; quia probabilitas vnius, non eſt probabilitas alterius; ſed vnaquæque ſuam propriam habet probabilitatem; quot enim ſunt opiniones, tot diuerſa argumenta probantia in ſingulis probabilitatem, & ſic certitudo quælibet determinatur ad ſuam quamque opinionem, ac proinde probabilitas non eſt indifferens ad rectum, & obliquum, ſed ad rectum determinatur.

68 Pluralitas autem argumentorum non eſt neceſſaria, ſed vnica ratio ſufficit, quæ perſuadeat efficaciter certitudinem moralem, vt probaui *ſub Fundam*.1. *num*.13. Nec obſtat quod *ſub num*.100. ſubiungit, quod ex probabilibus ſimul iunctis poſſit iudex ita illuminatus formare certum iudicium, & infallibile de rei veritate; quia ſimilia argumenta ſeorſim conſiderata non concludunt niſi probabiliter. Id enim falſum eſt, quod ſcilicet vnicum argumentum non ſufficiat; quia argumentum ex argumento non conficitur ad probandam concluſionem, ſed vnumquodque ſuam vim habet ad inferendam concluſionem talem, quale eſt eius principium, iuxta ſuperius dicta; certitudo ergo moralis ex vno tantum medio inferri poteſt.

FUNDAMENTUM III.

De formidine, & ignorantia in Opinione.

1 Conſcientia eſt dictamen rationis iudicantis aliquid eſſe ſequendum, vel fugiendum; illud amplectitur tanquam bonum, hoc fugitur tanquam malum. Conſcientia ſolet diuidi ab omnibus in quinque ſpecies, quæ ſunt, Recta, Opinatiua, Errans, Dubia, & Scrupuloſa. De ſingulis aliquid dicendum in ordine ad intelligendum præſcriptum titulum.

2 Recta conſcientia eſt iudicium certum ſaltem certitudine morali, de quo prudenter dubitari non poteſt. De certitudine tùm phyſica, tùm morali dixi *in præcedenti*.

3 Opinatiua verò eſt iudicium pariter certum certitudine morali fundatum in ſolida ratione perſuadente veritatem, & certitudinem morales in opinante; dum certo agnoſcit, ſe prudenter opinari; habet ergo certum iudicium de eo, quod opinatur, ac proinde conſcientiam rectam. Differt autem à præcedenti in eo, quod opinio preſſe accepta, de qua agimus, nititur ratione, illa autem auctoritate dicentis, vel diuina, cuius fides eſt certiſſima, vel humana, cui poteſt ſubeſſe falſum, iuxta dicta *præcedenti Fundament*.

4 Errans verò conſcientia eſt illa, quæ proponit ſequendum, vel fugiendum, quod non eſt tale. Exempli gratia

Digitized by Google

gratia, ſi dictet eſſe peccatum expue-
re in Eccleſia ; Id enim facere non
eſt peccatum. Conſcientia autem
errare poteſt vel vincibiliter, vel in-
uincibiliter. Qui autem errat inuin-
cibiliter tenetur id facere, vel abſti-
nere ſe ab eo, quod talis conſcientia
dictat, aliter peccat, vt colligitur *ex*
5 *cap.14. Roman. fine: Omne autem, quod
non eſt ex fide*, id eſt, contra conſcien-
tiam, *peccatum eſt*. Peccat ergo, qui ex-
puit in Eccleſia credens eſſe pecca-
tum. Nullus contradicit.

6 Dubia conſcientia eſt, quando du-
bitans ad neutram partem ſe flectit,
ſed ſuſpenſus manet in æquilibrio. Si
aliquantiſper ſe flectit, dubium tran-
ſit in ſuſpicionem. Dubium ergo eſt,
quando intellectus pendet in æqui-
librio, & in neutram partem incli-
nat. Ita omnes cum D.Thoma *in 3.
diſt. ncl.17.q.1 art.4.* Scoto *ibid.diſt. 39.
verſ.Vniuerſaliter,n.7.*

7 Scrupuloſa demum conſcientia eſt
illa, quæ oritur ex leuibus rationibus,
per quas aliquis inducitur ad creden-
dum, vel dubitandum, quod aliquid
ſit peccatum, quod reuera non eſt,
vel ad faciendum, quod non tene-
tur. Ita Caſtropal. *de conſcient.diſpu-
tatione* 4. vbi *num.*2. cum Nauar. *Præ-
lud.9 num.*1. *& cap.27. n.*283. ait, non
eſſe ſequendum, ſed eſſe laudabile
contra illum.

8 Notandum eſt, quod conſcientia
dubia, & ſcrupuloſa propriè tales
non ſunt, quia nihil iudicant, patet
in dubitante, qui nihil affirmat, nihil
negat, dum anceps manet; ſcrupulo-
ſus verò licet in alteram partem al-
liciatur ex coniecturis, tamen cum
illæ ſint leues, & parui momenti non
inducunt ad firmandum iudicium,
vnde ſcrupuli paruifaciendi ſunt.

9 Conſcientia iudicatiua in opinione
duplex ſpeculatiua, & practica; illa
eſt, quæ in communi dictat aliquid
eſſe faciendum, vel non faciendum.
Hæc verò in particulari iudicat, quid
hic, & nunc ſit faciendum, vel non
faciendum. Practicum autem debet
ſe conformare cum ſpeculatiuo; quia
illud ab hoc recipit ſuam probabili-
tatem, in tantum enim opinans co-
gnoſcit ſuam actionem futuram eſſe
bonam, & honeſtam, in quantum
prius ſpeculatur, & inuenit probabi-
litatem in opinione ſpeculatiua, vt
deinde rectè, & honeſtè poſſit ope-
rari; vnde practicum ſpeculatiuo de-
bet ſe conformare, aliter benè non
agit; non debet ergo vnum eſſe dif-
forme alteri. Vnde omnis opinio
ſpeculatiuè probabilis, etiam practicè.
Paſqual. *deciſ.*362.

Dubium quoque aliud ſpecula- 10
tiuum, aliud practicum, & per hoc
regulanda eſt conſcientia, quæ ex
dubia tranſit in opinatiuam, ſi ex di-
ligenti inueſtigatione inueniatur fir-
ma ratio, quæ moueat intellectum
ad credendum licere talem operatio-
nem, depoſito dubio, cum quo non
licet operari, vt dictum fuit. Vide
Sanchez *lib.2.diſput.41.num 6. & lib.1.
cap.9. num.3. & cap.10. num.7.& 8.*Ca-
ſtropal *diſput.3. num.3. & 4.* Dubium 11
quoque aliud eſt poſitiuum conſtans
aliquibus leuiſſimis coniecturis; aliud
negatiuum carens illis, & iudicio,
alias dubium propriè non eſſet. Diſ-
plicet mihi, quia videtur hæc diſtin-
ctio deſtruere naturam dubij, quod
intellectum facit ancipitem, & ſuſ-
penſum manere; rationes autem, ſi
ſunt firmæ, faciunt intellectum iudi-
care, & ſic dubium tranſit in opinio-
nem; ſi ſunt leues mutant naturam
dubij in ſcrupulum; & qui aliter ſen-
tit, confundit prædictas conſcien-
tias, & non rectè diſcurrit. His
ſuppoſitis.

Quærendum eſt quid importet 12
formido, quam antiqui potiſſimum
expreſſerunt in definitione opinio-
nis, volentes ſignificare dubitatio-
nem cum D.Thoma 2. 2. *q* 1. *artic* 4.
Scoto *in* 3 *diſt.*23.*num.*5. *verſ. Ex iſtis*,
part. 5. *tom.* 5. & ſectatoribus. Gloſſ.
V. Opinio, Inſtitut. de iure natur. §. *Reſ-
ponſa*, inquit: *Opinio eſt cum dubitatio-
ne reſponſio.* Bartolus *tom.6. in l. Qui Ro-
ma*, §. *Duo fratres, ff. de verbor. obligat.
num* 9. dicit, quod opiniones contra-
riæ rem faciunt dubiam. Quare ex 13
his infertur, formidinem in opinione
nihil aliud eſſe, quam in ea dubita-
tionem, ac proinde opinantem,
quamuis probabiliter, nec pruden-
ter, nec rectè operari poſſe, imò pec-
care cum agat contra conſcientiam,
docent Moderni cum Vincentio Ba-
ronio Sancti Dominici Toloſano *in
ſua Theologia Morali, diſputat.2.ſect.2.*
§. 1.

Dico, dubitationem illatam ex 14
formidine

formidine, in nullo præiudicare pro-
babilitati opinionis, neque enim
afficit illam faciendo eam dubiam,
cum opinans cognoſcat, ſe verè, &
certè ſaltem moraliter iudicare, mo-
tus ex ratione ſolida, in quo iudicio
non poteſt habere partem dubitatio.
15 Tùm quia ea, vt dictum eſt, caret iu-
dicio, dubitatio enim non habet ele-
ctionem ex S. Thoma *part. 3. q. 18.*
16 *art. 4. ad 1. & 2.* Tùm quia dubitans
ab ignorante non diſtat, *l. Manifeſtiſ-
ſimi, 22. §. Sin autem neſcius, Cod. de*
17 *furtis*, Surdus *deciſ. 26. num. 17.* Et du-
bitans pro ignorante habetur, Gloſſ.
V. Pro dubietate, l. fin. Cod. de cond. indeb.
Et dubietas eſt filia ignorantiæ, ex
18 S. Bernardo *ſerm. 28. in Cantica.* Ergo
cum ſolum arguat ignorantiam in
dubitante, & ex alia parte opinans
dicatur iudicare, quod verum agnoſ-
cit moraliter, non poteſt dici dubitans
in eo quod ſcit. Quare formido &
dubitatio huiuſmodi aliud reſpicit,
quam ipſam opinionem in ſua verita-
te, & certitudine moralibus, de qui-
bus conſtat apud opinantem, ac pro-
inde de eiſdem non eſt dubius, ne-
19 que ignorans; referenda ergo eſt ad
aliud, nimirum ad veritatem, & cer-
titudinem phyſicam, & demonſtra-
tiuam, quæ ſtare poteſt cum verita-
te, & certitudine morali, cui non
opponitur, cum notum ſit, vtram-
que moralem ſemper inueniri in op-
poſitis opinionibus probabilibus de
eodem obiecto, vt patet *ex Fundam.*
20 2. *num.* 27. Cùm ergo opinans certus
ſit de ſuo aſſenſu, qui verus, & certus
eſt moraliter, iuxta exigentiam na-
turæ opinionis, circa illum formidare
non poteſt, nec dubitare, ſed ſolum
circa certitudinem phyſicam, & de-
monſtratiuam obiecti ex parte rei; ſo-
lum enim illud ignoratur.
21 Confirmantur; quia minùs forte
non poteſt infirmare fortius, iuxta
illud Lucæ 11. 22. *Si autem fortior eo
ſuperueniens vicerit eum, &c.* Certum
autem eſt, quod aſſenſus opinionis
eſt fortior, quam ſit perplexitas du-
bitationis, aut ſuſpicio, aut ſcrupu-
lus, vel leuis credulitas, in quibus ali-
qui volunt conſiſtere formidinem
opinionis, cum in his aut nullus da-
tur aſſenſus, vel ſaltem debilis, vt in
ſuſpicione, & ſcrupulo; his nihilomi-
nus adhæret Fagnan. *num.* 39. referen-
do Ariſtotelem 1. *Magnor. Moral. c.* 33.
his verbis: *Exiſtimatio, ſeu opinio, qua
in omnibus ferimur ancipites, ea ne ita
ſit, an ſecus.* Explicans, quod formi-
do, quæ ineſt opinioni, eſt paſſio,
quæ nos facit ancipites, ambiguos,
& titubantes iuxta textum *in l. fin. Cod.
de condit. indeb.* citans etiam Sylueſtr.
V. Opinio, ſub initium, quod formido di-
cat ſuſpicionem, & leuem credulita-
tem, quod pars oppoſita ſit vera.
Adhærentia Fagnani nullius eſt 22
momenti, quia formido vti quid de-
bilius non poteſt labefactare opinio-
nem, & remouere eam à ſuo aſſen-
ſu probabili. Vnde dico, allata ab
eo non facere ad rem; nam Ariſtote-
les *in eo cap.* 33. nihil omnino dicit
*in meo Codice impreſſionis Heruagianæ
Baſileæ.* Et textus legis ne verbum
quidem de opinione, ſed tantum
verba facit de dubitatione ſine vllo
ordine ad opinionem. Sylueſter ibi ea
dicit de opinione in communi, de
probabili verò dicit eam eſſe fir-
mam.
Ad Baronium dico, illum ſuppo- 23
nere, quod debuiſſet probare, nem-
pè formidinem, & dubitationem de-
primere opinionêm in ratione proba-
bilitatis, & moralis veritatis, & certi-
tudinis, quod non fecit, & ſic eius ar-
gumentum nihil probat.
Ex his deducitur, quod quamuis 24
formido ſit quid eſſentiale, ſeu in-
trinſeca paſſio opinionis, nihil tamen
ei nocere, ſicut nec alia neceſſaria
cuique, nihilominus intellectus noſter
dum opinatur, vt plurimum non for-
midare actu ſuper aſſenſu, & iudicio
facto ſuper obiectum ſuæ opinionis,
vt docent plerique cum S. Bonauen-
tura *in 3. diſtinct. 24. q. 2. in reſol.* Mel-
dul. *in 3. Scoti, diſput. 5. num.* 40. Vnde
Cardinalis de Lugo *diſput. 14. de Iuſt.
ſect.* 2. & ex eo Mercorus Dominica-
nus, docent, actualem formidinem
non eſſe neceſſariam ad fundandam
opinionem, ſed ſufficere aptitudina-
lem, habitualem, ſeu radicalem, cum
ea ſit eſſentialis opinioni, quæ per
eam diſtinguitur à ſcientia, quæ om-
nimoda caret formidine, cum ſit de
obiecto neceſſario, quod aliter ſe ha-
bere non poteſt; opinio verò de ob- 25
iecto contingenti, quod aliter ſe ha-
bere poteſt, ac proinde poteſt illi
ſubeſſe falſum, oppoſitum, ſcilicet
veritati,

Digitized by Google

veritati, & certitudini rei,non tamen eiſdem moraliter conſideratis,vt colligitur ex Ariſtotele 6. *Ethic. c.* 9. vbi ſcribit : *Et opinionis , quod rectum eſt, appellatur veritas. Præterea iam definitum eſt,& certum id omne,de quo eſt opinio.* Non caret ergo ſuis veritate , & certitudine moralibus , quas ex ſua natura exigit.

26 Ignorantia autem , quæ ex formidine ineſt opinanti , propter difficultatem percipiendi moralia , cum verſentur circa ſingularia , de quibus non eſt ſcientia, ſed tantum probabilitas,ex dictis *Fund.*2.*n.*11.*&* 50. non eſt culpabilis, ſed inculpabilis, & in-
27 uincibilis,quæ per adhibitam diligentiam iuxta exigentiam rei moralis vinci non poteſt,ſi adhuc veritas phyſica rei latet , talis remanet in opinante, qui proinde non peccat agendo iuxta quod ſibi dictat opinio, cum rectè, & prudenter operetur , & ſic excuſatur à peccato in ſententia omnium apud D. Thomam 1.2.*q* 76. *artic.*3. Scotum *in* 4. *diſt.*6. *q.*8.*verſ.Et ſi dicas* , Ariſtotelem 1. *Magnor. Moral. c.*32.D.Auguſt *tom.*1.*lib.*3.*de libero arbitrio,cap* 21. In iure Canonico, *cap. Si vir,*2.*de cognat.ſpirit.* iuncta Gloſſ.*V.Si ex ignorantia, cap. Apoſtolicæ,* 9. *de Cler. excom.min.*

28 Modo explicandum reſtat illud commune axioma.*In dubiis tutior pars eſt eligenda.*quod habetur multis in locis expreſſum *in cap. Ad audientiam* ,
29 12.*cap.Significaſti,*18.*& cap Petitio tua,* 24.*de homicid* In quibus locis refertur occaſione irregularitatis ex homicidio procedentis, quam dubitans tenetur credere ſe incurriſſe. Item habetur *cap.Iuuenis,*3.*de ſponſal. cap.Illud Dominus* , *de Cler. excommun. miniſtr.* Procedit in vero dubio , non autem in opinione, quæ dubium non eſt, vt probatum fuit *ſuprà* , & ita docent D. Anton. *part.*2. *titul.*3. *cap.*10. §.10. *col.*7. *verſ. Pro cuius enodatione*, Angel. *V.Opinio,num.*2.cum aliis Sanchez *l.*2. *diſputat.* 41. *num* 9. *verſ. Dixi* , Beia *part.*1. *caſu* 15.*verſ.Tùm quia tranſgreditur* , *& part.* 2. *caſu* 6. *verſ. Vel du-*
30 *bius* , Bonacina *p.*9. *de peccatis*, *num.*5. Qui reſpectu opinionis dicunt eſſe conſilium , & ſic non obligare, reſpectu verò dubij eſſe præceptum,quia contra conſcientiam dubiam nemo poteſt agere, niſi dubium prius prudenter deponatur , per acquiſitionem opinionis probabilis ; prædictis addo Suarez *in* 3. *part. de Euchariſt. diſputat.*77. *ſect.*4. *verſ. Difficultas.*
Quando quis dubitat poſt factum , 31
reſolui poteſt , non peccaſſe , non autem ſi dubitet ; an liceat facere, Sanchez *lib.* 1. *cap.*9. *num.* 14. Ianuarius *reſolut.* 49. *num.* 6. Procedit tam in dubio facti , quam iuris, Vaſquez
1.2.*diſputat.*66.*cap.*1. Fallit , quando 32
agitur de amiſſione alicuius rei , ſeu iuris , non ſolum in materia iuſtitiæ ; ſed etiam aliarum virtutum ; nam ſi dubitans poſt adhibitam diligentiam debitam adhuc eſt dubius , poteſt dubium deponere nixus huic regulæ : *Melior eſt conditio poſſidentis*; ex Reg. 65. *in* 6. *&* 170.*ff. eodem* , citat Doctores Sanchez *lib.* 2. *diſputatione* 41. *num.* 12. *& lib.*1. *cap.*10. *numero* 9. Sayrum *in Claui* , *lib.* 1. *capite* 13. *num.* 13. Caſtropal. *de conſcientia* , *diſputat.* 3. *p.*2. *num.*4. Megal.*parte prima* , *lib.* 5. *cap.* 11. *numero* 12. *& conſil.*7. *num.* 6. Bonacina
*de controu. q.*2. *p.*3. In dubiis conuen- 33
tionibus contra dantem fit interpretatio, *leg. Veteribus* , 20. *ff. de verbor. obligat.* cum aliis Barboſa *Axiomat.*78. *num.*3.

Pro prædictis faciunt ſequentes 34
Regulæ. In dubiis ſemper benigniora præferenda ſunt, *l.*57.*ff. de reg.iur.*
In re dubia benigniorem interpre- 35
tationem ſequi non minus iuſtius, quam tutius *l.* 153. *eodem.* Cùm par- 36
tium iura ſunt obſcura , fauendum eſt reo potius, quam actori. *Reg.* 11. *in* 6. In obſcuris minimum eſt ſe- 37
quendum. *Reg.* 50. *in* 6. *leg. Semper,* 9. *ff. eodem.* In obſcuris inſpicimus, quod eſt veriſimilius , vel quod plerumque fieri conſueuit. *Reg.*45. *in* 6.
Hæc Regula ſeruanda eſt contra 38
præcedentem , quando adeſt veriſimilitudo , alias priori ſtandum eſt, quod inſinuat Nauar. *tom.* 2. *Comment. primò de Regul. num.* 20. Obſcu- 39
rè dictum habetur pro non dicto, Gloſſ.*V. Dubium, cap.In præſentia,*8.*de probat. & in cap.* 2.4. *q.* 3. *V. Simpliciter.* Obſcurè ſcriptum pro non ſcri- 40
pto habetur, *ibid. per l.*2. *ff. de iis, quæ pro nobis ſcript.* Obſcurè reſpondere, 41
& nihil reſpondere paria ſunt, *l. De ætate* , 12. §. *Nihil intereſt* , *ff. de inter. act.* Pactio obſcura interpretatur con- 42

Digitized by Google

tra proferentem, *leg. Si arborem*, 16. §. *Hac lex*, *ff. de ſeruit. vrb. prædiorum.*

43 Verba generalia pariunt ambiguitatem, *leg. In tradendis*, 8. *communia prædior.* Oldradus *conſil.*81. *num.*5. Signorol. *conſil.* 209. *num.* 9. Aymon.
44 *conſil.*70. *num.*20. In ambiguo ſermone non vtrumque dicimus, ſed id dumtaxat, quod volumus, *leg. In am-*
45 *biguo*, 3. *ff. de rebus dub.* In ambiguis aſſumimus interpretationem, quæ vitio caret, *leg. Quoties*, 80. *ff. de verb. obligat.*

46 Celebris eſt illa regula: *In dubio melior eſt conditio poſſidentis, ſi par ſit cauſa. Reg.*171. *ff. de Reg iur.* Sanchez *lib.*2. *diſput.*41. *num.* 12. *lib.* 1. *cap.*10. *n.*7. Couar. *in Reg. Poſſeſſor, part.*2. §.9. *num.*4. *& in Reg. Peccatum, part.*3. *initio, num.* 4. Caſtropal. *de conſcientia, opinante, diſput.*3. *p.*2. *num.*4. Qui ergo bona fide rem aliquam poſſidet, & deinde incipit dubitare; an ſua ſit, vel alterius, ſi poſt adhibitam diligentiam ad inueſtigandum verum Dominum, & non inuenit, poteſt eam ſibi retinere, quia hæc regula dat illi iuſtum titulum talem rem ſibi retinendi, vt docent præfati Doctores. Res eſt clara.

47 Dubitant; an locum habeat non ſolum in materia iuſtitiæ, ſed etiam in aliis virtutibus? Reſpondeo habet; quia non ſolum res corporales poſſidentur ſed etiam incorporales, vt colligitur *ex Reg.* 65. *in* 6. *In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.* De cauſa *l.* 181. de delicto *l.* 197. *ff. eod.* Et ita docent Sanchez *l.*2. *diſp.*41. *n.*32. *& lib.*1. *cap.*10. *n.*11. Suarez *de cenſ. diſp.*40. *ſect.*5. *n.*15. *& tom.*2. *de Relig. tract.*4. *l.*2. *cap.*33. *num.*2. *& tract.*6. *de voto, l.*4. *cap.*5. *n.*7. Garcias *de benefic. p.*7. *cap.*2. *n.*14. Villalobos *de conſcientia difficult.*21. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.*4. *dub.*4. *n.*165. ex illis Caſtropal. *de conſcientia dubia, p.*6. *num.*1. aliis citatis Diana *parte quarta, tractatu* 3. *reſolutione* 2. Coronius *lib.* 1. *controu.* 5. *cap.*5. *num.* 129. Fagnanus *à num.* 173. *&* 191. *vſque ad* 211. rem hanc impugnat, & citando auctores pro ſe, & confundendo opinionem cum mero dubio; conſtat enim ex probatis, non eſſe confundendam vnam conſcientiam cum altera; & hoc axioma in omni materia veriſſimum eſt, ſi benè concipiatur, & adhibeatur diligentia requiſita, vt dubium euaneſcat per tranſitum in opinionem fundatam in illo.

Demum non licet operari cum conſcientia dubia, quia ſic operans peccat, iuxta illud ad Romanum 14. *Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Id eſt, ſecundum conſcientiam, ſed contra conſcientiam eſt peccatum; euidenti enim periculo peccandi ſe exponit, qui facit, quod putat eſſe peccatum, iuxta illud: *Qui amat periculum, in illo peribit.* Eccli. 3. 27. Eſt communis apud Sanchez *lib.* 2. *diſputat.*41. *num.*6. 48

FVNDAMENTVM IV.

De locis Topicis pro Opinione.

CVm in opinionibus, vt earum vſus liceat, inueniendis procedatur per probabilia, & non per demonſtrationem, quia alias probaretur ſcientia, neque per auctoritatem, quia probatum eſſet fides, ideo ex his patet ratio tituli; Topica enim ſic appellatur, quia continet principia probabilia, quibus probatur opinionum probabilitas, quæ ratione firma ſolidatur. 1

Finis autem opinantis eſt inueſtigare quales actiones humanæ ſint licitæ, vel illicitæ, vt homo agere poſſit, cum ſunt licitæ, vel ab illis abſtinere, cum ſunt illicitæ, & contra legem; vnde quantum ad præſens inſtitutum nonnulla de legibus dicenda ſunt in ordine ad conſtituendam opinionis probabilitatem per principia *infrà* ſtabilienda ad inferendam opinionem probabilem, ſecundum quam rectè, & prudenter quiſque operari poſſit. 2

Primò, lex debet eſſe clara, iuſta, poſſibilis, communitati vtilis, & conueniens loco, & tempori, *c.*2. *diſt.*4. Intelligitur ex tempore, loco, perſona, & cauſa, *c.*1.2. *&* 3. *diſt.*29. Proprium autem eſt legis, quod ſit clara, *Auth. de teſtam. imperf.* §. 1. 3

Secundò, obligat ſubditos, Paul. 1. *ad Tim. c.*1. *n.*8. Ariſt. 10. *Eth. c. fin.* D. Th. 1. 2. *q.*90. *art.*1. Nullus ſanæ mentis contradicit, alias vana eſſet, & nullius momenti. Hæc obligatio duo requirit, 4
5 primum,

primum, quod ſit promulgata; eſt enim hoc de eius eſſentia, *leg. Leges ſacratiſſimæ, Cod. de legibus, cap.1. de poſtulat. Prælat.* S.Thomas 1.2. *q.*90. *art.*4. Felin. *in cap. fin. de Tregua, verſ. Eſt verùm*, Baldus *in Authent. Omnes*
6 *peregrini, C. communia de ſucceſſ.* Nullus contradicit: Alterum eſt receptio, & acceptatio legis, cum ſcilicet ſubditi ei iam promulgatæ obediunt, ſecundùm eam viuentes. Ita colligo *ex cap.*24. *Exodi num.*7. *Aſſumenſque volumen fœderis legit audiente populo, qui dixerunt: Omnia, quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes.* Ioſuë *cap. fin.* propoſuit populo legem Dei, & eam acceptauit, vt legitur num.24.*Domino Deo noſtro ſeruiemus, & obedientes erimus præceptis eius.* Ex his probatur ad obligationem legis neceſſario requiri promulgationem, & acceptationem legis, ſi Deus hoc ſuis legibus præſcripſit, eo magis humanis legibus, de quarum acceptatione, *leg. De quibus*, 32. *ff. de legibus.* Ita docent etiam de lege Canonica, Azor. *part.*1. *lib.*5. *cap.*4. *q.*1. Ioannes Major *in* 4.*diſtinct.*14. *q.*4. & ita tenere Panormitanum, Felinum, Innocentium, & alios antiquos refert Becanus *q.* 8. *de lege humana*,
7 *num.* 3. Et id videtur colligi ex propoſitione vltima ab Alexandro VII. damnata, quæ eſt hæc: *Populus non peccat, etiamſi abſque vlla cauſa non recipiat legem à Principe promulgatam.* Ergo ſi adeſt legitima cauſa eam non recipiendi non peccat; ergo omne vt obliget, neceſſaria eſt acceptatio, quæ cogit, niſi ſubſit legitima cauſa non acceptandi eam. Et in ea ſermo eſt de vtraque lege humana, ciuili, & pontificia.

8 Tertiò: Lex habens plures ſenſus, lex non eſt, cum non ſit clara, vt colligitur ex dictis *ſub num.* 3. ſed dubia, ac proinde non obligans, vnde nec allegatur, Bartolus *in l. In ambiguo, ff. de rebus dub. num.*2. Feli-
9 nus *in cap.*1. *de conſt. fine.* Quia quod multipliciter intelligitur, ignoratur. Bald. *in l. Data opera, C. qui accuſar. non poſſunt.* Nauarrus *conſil.* 12. *de ſimon.*
10 *num.* 3. Si tamen poteſt recipere duos ſenſus ſine hæſitatione, benignior, & mitior eligi poteſt, *leg. Benignius*, 18. *ff. de legibus.* Nauar. *conſilio* 22. *de hæretic. num.* 2. Megalius *parte tertia, lib.*3. *cap.*1. *num.*64. *verſ. Sed tu.*

Quartò: Lex ad ea potius adapta- 11
ri debet, quæ frequenter, & facilè, quam ad ea, quæ rarò eueniunt, *leg. Nam ad ea*, 5. *Digeſt. de legibus.* Nam Legiſlatores prætereunt ea, quæ ſemel, aut bis accidunt, *l.* 6. *ibid.*

Quintò: Leges, & ſtatuta omnes 12
caſus, qui accidere poſſunt, comprehendere non valent, ſufficit enim, vt contineant, quæ plerumque accidunt, *leg. Neque*, 10. *ff. de legibus.* Ideo non poſſunt omnes articuli, & caſus comprehendi ſigillatim, vnde ad ſimilia proceditur, *leg. Non poſſunt*, 12. *Digeſt. de legibus.*

Sextò: Habens pro ſe veriſimilitu- 13
dinem habet legis deciſionem. Tiraquellus *in l. Si vnquam, Cod. de reuoc. donat. num.* 37. Megal. *part.* 1. *lib.*1. *cap.*14. *num.*4.

Septimò: Lex admittit exceptio- 14
nem cauſæ rationabilis; *cap. Si quando*, 5. *de reſcr.* inſinuanda autem eſt ſuperiori præcipienti, vt dicitur ibi, quatenus ſcilicet reſcribit, vt exequatur. Nam ſi ſermo ſit de lege, non eſt opus recurrere ad Legiſlatorem, cum non ſemper ad eum
facilis ſit aditus, imò difficilis. Ex- 15
cuſat autem à peccato legem non ſeruantem, Nauar. *Prælud.* 9. *numero* 16. *cap.*23. *num.*43. Graff. *parte ſecunda, lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 1. & 14.
Qui enim habet rationabilem cau- 16
ſam non ſeruandi legem, bona fide dicitur agere, & ſic excuſatur à peccato, Innocent. *in cap. Per tuas, de ſimon.* Felinus *in cap.* 1. *de re vid. fallit.* 7. Rodriquez *tom.* 1. *q.* 30. *articul.* 27. plures citans, etiam Diuum Thomam.

Octauò: Ignorantia inuincibilis 17
legis excuſat à peccato. Geneſ. *capite* 20. *num.* 4. vbi Abimelech Rex Geraræ excuſatur à peccato ducens in vxorem Saram, quæ dixerat ei eſſe ſororem Abraham. D. Thomas 1. 2. *q.*74. *art.*1. *ad ſecundum*, alios
citaui *Fundament.* 3. *num.*27. Inad- 18
uertentia quoque ad malitiam excuſat à peccato, cùm ſit ſpecies ignorantiæ, & ſine aduertentia non committitur peccatum, inaduertentia ergo comparatur, & æquiparatur

ignorantiæ, Suarez *de cenſ. diſput.* 4. *ſect.*8.*num.*5.*&* 11.Sanchez *l* 1.*cap.*16. *num.*8. Bonacina *q.*2. *de cenſ. p.*1.*n.*5. *verſ. Notandum.*

19 Nonò, lex fundata in præſumptione non ligat in conſcientia, quando adeſt veritas in contrarium. Ita Homob. *de exam. Eccleſ. part.* 1. *tractat.*5. *cap.*8. *q.*52. alios citat Diana *part.*1. *tract.*10. *reſolut.* 27. Procedit potiſſimum in contractibus, & in ſolutione legatorum,&c. ſi enim abſit fraus, & dolus non peccauit, qui legi non obediuit, exempla refert idem Diana, & auctores contrarium ſentientes.

20 Decimò, ceſſante fine legis ceſſat ipſa lex, *l. Quod.* 33.*ff. de legibus, c. Et ſi Chriſtus,*26 *de iureiur.*vbi Gloſſ. *V. Ceſſat effectus,* ſi eſt cauſa impulſiua, non autem,ſi eſt finalis.Debet autem tota cauſa finalis ceſſare in vtroque foro, inquit Nau. *tom.*4. *de iudic.n.*74.*&* 75. intellige hoc non ſolum in genere, ſed etiam in particulari ſecundum comparationem; nam ſicut ceſſat lex in communi,cum ceſſat eius adæquata ratio finalis, ita & ceſſat in caſu particulari reſpectu illius particularis perſonæ; valet enim argumentum à toto ad partem,ſic docens Diana *p.*1. *tract.*10.*reſolut.*28.aliis citatis. Id non placet aliis cum Carena *de S. Officio,*
21 *part.*2. *tit.*12.*n.*56. vbi quod licet quis ſe teneat conſtantem nullum timens periculum ſubuerſionis à fide, nihilominus non poſſe legere libros prohibitos, quia ſemper adeſt morale periculum, & nemo debet in hoc ſibi fidere.

22 Vndecimò, conſuetudo eſt optima legum interpres, *l. Si de interpretatione,*37.*ff.de legibus.*Eſt altera natura,ex Ariſtotele Surdus *de Aliment. titul.* 1.
23 *num.*7. & quando illa eſt rationabilis, & legitima præſcripta derogat legi, contra quam fuit inducta, & ſufficit decennium; quia ad eam requiritur longum tempus, *cap. fin. de conſuetud.* longum autem tempus eſt decennium, *l. fin. C. de præſcript. longi temp. Inſtitut. de vſucap.* §.1. Et ita docent Maſcardus *concluſ.*424. *num.*14. cum aliis Suarez *lib.*7. *de legibus,cap.*8.*n.*7. *& cap.*15.*num.*5.*& cap.*18. *num.*12. ex illis Caſtropal. *part.*1. *tractat.*3. *diſpu-*
24 *tatione* 3.*p.*2. §.2. *num.*5. Quod verò Canones requirant quadragenariam, referuntur ad præſcriptionem rerum, non contra leges Canonicas abrogandas, ex eodem Caſtropal. *num.*5. Non requiritur conſenſus Legiſlatoris, ſed ſufficit legalis, Gloſſ.*fin.cap.*3. *diſtinct.*4.

Duodecimò, conſuetudo nulla in- 25
duci poteſt contra legem naturalem, nec diuinam, *c. Eccleſia,*10.*de conſtit.& c.*2.*de foro compet.* Puteus *l.*1.*deciſ.*365. Marc.Anton. *l.*2.*reſol.*30.*n.*7.Azor.*p.*1. *l.*5.*c.*17 *q.*3.*&* 4.Poteſt tamen addere, minuere, aut diſtinguere. Innoc. *in cap.fin.de conſuet.* Sanch. *lib.*7.*diſput.*4. *num.*11.

Decimotertiò, conſuetum fieri di- 26
citur neceſſarium, Bald. *in l. Quicumque,ff.de ſeru.fugit.*Tamb.*tom.*1.*diſp.*12. *q.*2.*num.*4.

Decimoquartò, allegans conſuetu- 27
dinem contra opinionem, eam probare tenetur.Puteus *l.*3.*deciſ.*306. Eſt enim conſuetudo quid facti, *c.*1. *de conſtitut. in* 6. Sigiſm.*de elect. dub.*20. *num.*13.

Decimoquintò, conſuetudo facit 28
licitum, quod alias erat illicitum, Gloſſ. *in c. Mala,* 3.*diſt.*8. Roland. *l.*4. *conſ.*58.*num.*19.Seraphinus *de priuileg. iuram.* 83. *n.*56. Guttierrez *lib.*3. *Practic.q.*29.*n.*22.

Decimoſextò, conſuetudo ratio- 29
nabilis, & præſcripta excuſat à peccato legis tranſgreſſorem,*cap.*6.*diſt.*4. iuncta Gloſſ. *V.Conſuetudine, cap.*7.32. *q.*4. *& cap.*2. *de temp. ordin.* vbi Gloſſ. *V. Antiqua.* Quare conſuetum com- 30
muniter fieri agens non eſt in culpa, Pariſ.de Puteo *in tract. de Synod.* §. *Si an plures carcerati, num.*15. Rolandus à Valle *conſ.*75.*n.*45.Megalius 2.2.*l.*2. *cap.*6.*n.*114.

Iulius Mercorus *part.*1.*art.*14. *verſ.* 31
Reſpondetur, docet, non poſſe haberi demonſtrationes directè, & ab intrinſeco oſtendentes, quodcumque opus, quod occurrit, eſſe honeſtum, tamen facile poſſunt haberi per media extrinſeca, vt ex auctoritate Doctorum, vſu, conſuetudine, præſcriptione, præſumptione, poſſeſſione, tolerantia, exemplo, & multis ſimilibus; quod idem fungit Fagnanus *num.* 100. Hæc ego appello lo- 32
ca, & argumenta topica, non demonſtrationes, quæ ex proprietate vocis non ſunt extrinſeca, ſed intrinſeca, & ſcientiam generant, non

ita

ita ſunt prædicta, quæ ſolum generant concluſionem probabilem, & moraliter certam ſufficientem ad benè operandum. Sunt autem ſequentia.

33 Ab auctoritate legis non ſolum affirmatiuè valet argumentum, & ſic ſeruanda eſt à ſubditis, & non ab aliis, Euerardus ab hoc loco *num.* 3. de ſubditis dixi hic *ſub num.* 4. ſed etiam negatiuè, *ex cap.* 2. §. *Sed neque de tranſlat. Epiſcop.* & Gloſſ. *V. Statutum, extr. Ioannis XXII. de voto.* Procedit in legibus, & ſtatutis, & in pœnis à lege inflictis; ſi enim extant, ſeruanda ſunt, ſi non inueniuntur, nihil ſeruandum, quia ſi Legiſlator hoc voluiſſet, expreſſiſſet, *ex cap.* 2. *cit.* colligit Layman *de legibus*, *tract.* 4. *cap.* 18. *n.* 9.

34 Ab auctoritate Doctorum ſecundum leges, & ſacros Canones loquentes valet argumentum, *ex cap. Cùm haberet, de eo, qui duxit in matr. cap. Omnes*, 4. *de maior.* Euerardus *loco* 48. Barboſa *loco* 12. Alicuius magni viri auctoritas æſtimatur, *l. Si pater, ff. de ſolut. l. Septimò, ff. de ſtatu hominum.* Auctoritas Doctorum, vbi deficit lex, pro lege habenda eſt, ſi placet, *l. Si idem cum eodem, ff. de iuriſdict. omn. iud.* vbi Angelus hoc notat, & Hoſt. *in cap. Inquirendam, de pecul. Cler.* Dixi, *ſi placet*, quia non neceſſariò ſequenda, Curt. Iun. *conſil.* 160.
35 *num.* 4. & *conſil.* 136. *num.* 8. Siquidem Doctor opinionem concipiens eam non facit legem, quæ obliget.

36 A communiter accidentibus valet, *leg. Certi conditio*, §. *ſi nummos, ff. ſi cert. pet.* Gloſſ. *fin. in l. Neque natales, C. de probat.* Decianus *lib.* 2. *conſ.* 1. *num.* 182. Rota *part.* 7. *deciſ.* 142. *numero* 7. Surdus *conſil.* 23. *num.* 14. Non tamen procedit, ſi contingens allegatum ſit valde rarum, Cagnol. *in l. Emancipali, Cod. de collat. num.* 18. cum aliis Barboſa *loco* 20. vbi plura de hoc topico.

37 A caſu expreſſo ad non expreſſum non valet, Becanus *de Sacrament. cap.* 38. *q.* 8. Caſtr. *lib.* 3. *conſ.* 97. *fine, n.* 3. Guidop. *deciſ.* 473. ex eis Rota *part.* 3. *deciſ.* 316. *n.* 45.

38 A contrario ſenſu valet, *cap. Qualis, diſtinct.* 25. *cap. Cùm Apoſtolica*, 7. *de his, quæ fiunt à Prælat. c. Quamquam, de cenſibus*, Barboſa latè *loc.* 27. debet ſumi à contrarietate cauſæ finalis; *l. Tale pactum*, §. *fin. ff. de pactis.* Baldus *lib.* 4. *conſ.* 477. Barboſa *n.* 2. Accipitur ſtrictè, & ad limites verborum, Surd. *conſ.* 124. *num.* 2. Gregorius *deciſ.* 197. *num.* 8. Barboſa *num.* 3. A tota oratione cum ſuis qualitatibus, Seraphinus *de iuramento priuil.* 1. *num.* 10. Peregrinus *vol.* 1. *conſ.* 52. *num.* 21. Barboſa *num.* 4. In multis tamen fallit, vt videri poteſt apud Barboſam *à num.* 33. *vſque ad finem.*

Ab exemplis valet. Gloſſ. *V. Si enim*, 39
c. 1. *diſt.* 1. *de conſecr.* vbi alia referuntur iura. Vide Cordubam *l.* 4. *de poteſt. Papæ, q.* 5. *verſ. ad cap. Tranſlato.*

A foro externo ad internum, & è 40
contra, ſi ille non fundatur in præſumptione. Sanchez *l.* 1. *diſp.* 5. *n.* 20. Bonacina *q.* 2. *de reſtit. p.* 2. *n.* 6. §. *Verùm*, Gloſ. *V. Permittimus, c. fin. de Pœnit. & remiſſ.* Sotus *in* 4. *diſt.* 20. *art.* 2. & *lib.* 4. *de Iuſt. q.* 5. *art.* 3. *verſ. Quintò arguitur*, Rota *p.* 5. *dec.* 1. *n.* 13. Barb. *loc.* 50. vbi latè.

Ab identitate rationis valet in fa- 41
uorabilibus, non in odioſis. Dicam *infrà* ab argumento à pari, vel à ſimili.

A maiori ad minus valet, *cap. Si* 42
ergo, 15. 8. *q.* 1. *cap. Si Paulus*, 11. 32. *q.* 5. *l. In ſuis, fine, ff. de liber. & poſthum.* Fundatur in dicto Ariſtotelis *lib.* 2. *Topic. cap.* 4. Si enim id, de quo magis videtur ineſſe, non ineſt; ergo nec id, de quo minus, ac proinde procedit tantum negatiuè, Thomaſetus *Regul.* 53. Tenet etiam affirmatiuè apud Tuſchum *lit. A. concluſ.* 601. *num.* 10. Barboſa *loco* 67. *num.* 3. & 4. Non valet in diſpenſationibus, & priuilegiis, *cap. Cui non de præbend. in* 6. Barboſa *num.* 6. Nec in mandatis, Nauar. *tom.* 2. *de reddit. q.* 3. *monit.* 10. Tiraquellus *in l. Si vnquam, V. liberis, C. de reuoc. donat. num.* 59. Barboſa *num.* 7. Nec in iuriſdictionibus, Archid. *in cap. Nullus, diſtinct.* 59. cum aliis Lauor. *titul.* 3. *de concluſ. cap.* 3. *num.* 12. Si minus ſit connexum, vel quaſi incluſum in maiori, tenet argumentum, Sigiſm. aliis citatis *de elect. dub.* 80.

A minori ad maius valet, *Authent.* 43
Multò magis, Cod de Sacroſ. Eccleſ. conceptum affirmatiuè, Gloſſ. *in caſu Clement. de Relig.* & *V. Profecto*, Farinacius *q.* 24. *n.* 10. Thomaſet. *Reg.* 52. Barboſa *loc.* 73. *num.* 2. Fallit primò in mandatis, Tiraq. *in l. Si vnquam, V. Liberis, C. de reuoc. donat. n.* 59. Secundò, quando eſt diuerſa

Digitized by Google

diuerſa ratio, Thomaſet. cit. *Tertio in priuilegiis*, Curt. Iun. *p.2. conſ.*134. *num.*4. Paulus 2.*Corinth.* 3. vſus fuit hoc loco argumentandi.

44 A maioritate rationis valet argumentum. Decianus *volum.* 1. *conſ.* 6. *n.*20. Surdus *conſ.*383. *n* 14. Peregrinus *vol.*1. *conſ.*103. *n.*17. Barboſa *loco* 68. Non valet in odioſis, & pœnalibus, Laderchia *conſ.*199. *n.*1. cum aliis Barboſa *n.*4. Floronus *cap.*1. *de caſib. reſeru.*

45 *n.*45. vbi dicit, quod leges pœnales quoad pœnas potius pendent à voluntate, quam a ratione, & ideo non valet argumentum à pari, à ſimili, ab identitate, vel maioritate rationis. Nec valet in priuilegiis, nec in feudis, neque in ſubſtitutionibus, Barboſa *num.*5. *& 6.*

46 A paritate rationis valet argumentum. Cephalus *tom.*4. *conſ.* 358. *n.*45. Barboſa *loco* 68. Vnde caſus, quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis, non ſunt ſeparandi quoad diſpoſitionem iuris, *leg. Illud*, 32. *ff. ad leg. Aquil.* Vbi enim ſunt æquales rationes ibi etiam debet eſſe idem ius, Barboſa Vaz *litera R. num.* 6. dicens, quod vbi eſt eadem ratio, ibi dicitur eſſe eadem lex non extenſiuè, ſed comprehenſiuè, Gonzal. *ad Reg.*8. *Cancell. Gloſſ.*7. *Proœm. num.* 105. Vide Caſtropal. *de legibus*, *diſputat.* 5. *p.*3. §.4. *num.*2. Suarez *lib.*6. *de legibus*, *cap.*3. *num.*4. ex eis Peyrin. *in Formul. lit.Z cap.*3. *Append.*1. *n.*2. Sanchez *l.*8. *d ſp.*1. *à n.*31.

47 Ab ordine literæ, ſeu à verbis legis tenet argumentum. Gloſſ. *V. Præmiſit, c.*1. *diſt.*43. Gloſſ. *V. Prædicatorum*, *cap. Quorundam*, 24. *de elect. in* 6. *cap. Veritatis*, *de dolo, & contum.* Barboſ. *loco* 80. Et facit pro cognoſcendo præcedentiam vnius ſupra alium.

48 A rubro ad nigrum valet, quando rubrica eſt perfecta, & per ſe nota; Maſcardus *de gener. ſtatut. interpretat. concluſ.*2. *n.*202. Antonius Monachus Florent. *deciſ.*46. *n.*78. Barboſa *loco* 98. Fachineus *l.*1. *conſ.*51. *num.*14. limitat, quãdo nigrum eſt generalius rubrica. Quando verba nigra ſunt clara, non recipiunt declarationem à rubrica, Ruinus, Oſaſch. & Surdus *conſil.*81. *num.*1. apud Rotam *part.*5. *deciſ.* 497.

49 *n.*148. Rubeus. Rubrica Eccleſiaſtica directiua non obligat ad mortale. Gauant. *in Rubr. Miſſal. part.*3. *tit.*11. Paſqualig. ad Franchum *parte prima, num.*398.

50 A ſimili valet, *cap. Cùm ſecundum*, 16. *de præbend. cap. Per venerabilem*, 13. *Qui filij ſint legit.* Quando eſt omnimoda ſimilitudo, Abbas *in cap. Inter corporalia, de tranſl. Epiſc. num.*18. apud Thomaſet. *Regul.*43. Barboſa *loco* 101. *n.* 5. *& 6.* Aſſignata diuerſitate nihil probat, Surdus *tit.*9. *de Alim. q.*1. *n.*7. Seraphinus *priuileg.*74. *num.*103. Fallit 2. in diſpenſationibus, Gemin. *in cap. fin. de filiis presbit.* Beca *part.*1. *caſu* 45. Fallit 3. in pœnalibus, Barboſa ex Perez de Lara *num.*11. Floronus *de caſibus reſeru. cap.*1. *num.*45. vbi refert limitationes, Barboſa *num.* 11. Vide Moditium *lib.*1. §. *Lex eſt*, *dubitat.*56. de ea ex profeſſo tractat. Dictum de aliquo ſpecialiter, non extenditur ad ſimilia, Gloſſ. *V. Similia*, *cap. Multi*, 18.2.*q.*1.

51 A ſolitis argumentum valet, *l. Titianus*, *ff. quod cum eo*, *l. Certè*, *in fine*, *ff. de precar.* Barboſa *loco* 102. Floronus *cap.*4. §.111. *num.*35. Procedit in honeſtis, Thomaſet. *Reg.*40. Non admittitur, quando aliquid adiicitur obligationi tertij, Gloſſa cum Bartolo *in leg. Cùm venditor*, §. *in Commiſſarium*, *ff. de leg. commiſſ.* Mantica *de tacit. l.*3. *tit.*9. *n.*78. apud Rotam *part.*6. *deciſ.*190 *n.*9.

52 A veriſimili valet argumentum, *leg. Non eſt veriſimile*, *ff. de eo quod metus*, *cap. Quia veriſimile*, *de præſumpt.* Surdus *de Aliment. titul.*9. *q.*12. *num.* 25. Farinacius *in praxi crim. deciſ.*47. *n.*2 *fine.* Barboſa *loco* 121. vbi, quod tenet in omni materia. Fallit in materia exorbitanti, Alexand. *libro* 7. *conſil.* 32. Tuſchus *concluſ.* 494. *num.*25. Barboſa *num.* 9. Fallit ſecundo in diuerſitate rationis, Anchar. *conſil.*36. Barboſa *num.* 10. Fallit tertio in conditionibus voluntariis, Socinus *lib.*3. *conſil.*116. *num.*6. cum aliis Barboſa *num.*13. Valet ad conuincendum aliquem de delicto, Euerardus *hoc loco num.* 5. Fallit quarto ad condemnandum in criminalibus, Surdus *conſ.*132. *num.*51.

FVNDA-

Digitized by Google

FVNDAMENTVM V.

De electione, & mutatione Opinionis.

1 QVamuis pro eodem hi termini accipi poſſint, tamen differre etiam poſſunt in hoc reſpectu ſubiecti opinantis; ille enim dicitur vnam ex duabus opinionibus eligere, quarum neutram antecedenter amplexus fuerat, licèt vtriuſque cognitionem habeat, quod ſint probabiles; id enim de probabilitate ſemper ſupponitur in opinione eligenda, vel mutanda. De huiuſmodi electione agitur *in Clement. de Summa Trinitat. §. fin.* Nauar. *cap.*27. *numero* 285. Petrus Antonius Lazarius Papienſis *poſt tractat. de blaſphem.* Paſqualigus *in ſuis deciſ. Moralibus à* 1. *vſque ad* 34.

2 Ille verò dicitur mutare opinionem, qui iam electam, & amplexatam relinquit, vtendo alia illi oppoſita, & in hoc ſenſu loquitur D. Auguſtinus relatus *cap. Vides*, 3. 23. *q.*6. vbi Gloſſ. *V. Opinio*, *l. Diui*, 17.*ff.de inrepatronat.* Sayrus *lib.*1.*clauis*, *cap.*6.*propoſ.*3.*&* 4. Sanchez *lib.*1.*cap.*9. *num.*19. *& ſeq.*

3 Procedit vtrumque electio, & mutatio non ſolum de minus probabili, in probabiliorem, ſed etiam è contra de probabiliori in minus probabilem. Ita præcitati, & cum illis Paſqualig. *deciſ.* 13. 14. *&* 15. vbi quamplures citat Doctores. Ratio eſt, quia electio, & mutatio non alterant probabilitatem poſitiuam, à qua ſumitur certitudo moralis ad benè, & rectè operandum, ex probatis *Fundament.* 1. *num.* 56. *& ſequenti.* Confirmatur, quia electio, & mutatio fiunt à voluntate, manente intellectu in ſuis probabilitatibus conceptis. Nec obſtat in eis contrarietas, ſeu contradictio; quia ea tollitur ex diuerſitate motiuorum, vt probaui *Fundament.* 2. *num.* 28. Prædicta ſupponunt licere vſum opinionis minus probabilis, quod latiùs probabo *infrà* ſuo loco.

4 Mutatio quoque intrinſeca, & extrinſeca contingit in opinionibus. *Primò*, corruptiuè, cum ſcilicet reprobatur auctoritate publica, iuxta quod dicam in ſequenti fundamento. *Secundò*, acquiſitiuè, cùm de minus probabili fit magis probabilis intenſiuè à rationibus, vel extenſiuè ab auctoritate Doctorum. *Tertiò*, cum è contra de magis probabili fit minus probabilis, & ſic deperditiua mutatio appellari poteſt; dum perdit de ſua probabilitate. Demum quandoque opiniones diſpares fiunt pares, & æquales in probabilitate. Res eſt clara; quia multiplicari poſſunt argumenta, & Doctorum auctoritates, quibus augentur opiniones, & interdum minui; qua ratione opiniones in minus deprimuntur.

Vnicum affero exemplum ſuper 5
myſterio Conceptionis Glorioſæ Virginis Mariæ, cuius opinio de Maculata antiquis temporibus vigebat in ſua graui probabilitate, quam auxit Caietanus *in ſuis Opuſculis*, *tomo* 2. *cap.*4. referendo pro ſe tredecim ſanctos viros docentes eam fuiſſe conceptam in peccato originali, quorum auctoritates Maracius vt vel falſas, vel alteratas à Caietano probat *in libello*, *Fides Caietana*, *inſcripto.* Noſtris verò temporibus opi- 6
nio de Immaculata ita inualuit, vt deinceps hæc defendi, & de ea honorificè loqui omnes poſſint, & de oppoſita prohibitum eſt loqui, vt patet ex Bullis diuerſorum Pontificum; quare Alexander VII. de ea ſuam Bullam incipientem: *Solicitudo.* Sub Datum 8. Decembris, 7
& publicatum 11. eiuſdem 1661. intitulauit his verbis: *Innouatio Conſtitutionum, & Decretorum ſententiæ aſſerentis, animam Beatæ Mariæ Virginis in ſui creatione, & in corpus infuſione à peccato originali præſeruatam fuiſſe*, *editorum.* Vbi obſerua, quod 8
Pontifex non appellauit opinionem, ſicut facit oppoſitam, ſed nuncupauit ſententiam, quæ cum à nullo fuerit prouocata, meritò tranſiuit in rem iudicatam vlterius non retractabilem, factam certam apud populum Chriſtianum certitudine morali, nondum tamen de fide, cui paulatim accedit.

FVNDAMENTVM VI.

De prohibitione, & condemnatione Opinionum.

1 IN Opinione duo ſpectantur, doctrina, & vſus; ſic enim exigit natura rerum moralium, quarum cognitio ordinatur ad opus rectè, & honeſtè faciendum; doctrina enim conſiſtit in illius ſpeculatione; vſus vero in operatione, ſi doctrina eſt bona, non ſolum in ſe, ſed etiam reſpectu vſus, & exercitij, non eget prohibitione; neque condemnatione; ſi vero in ſe ſit bona, & incidenter, & reſpectu vſus ſit mala, propter hoc prohibe-
2 tur, & non propter doctrinam. Sic exemplum in ſacra Biblia vulgari, quæ prohibetur non propter doctrinam, quæ vera, & ſancta eſt, ſed propter eius abuſum; nam perſonæ idiotæ, & ignorantes ſcandalizantur, dum in ea leguntur nonnulla hiſtorica malè ſonantia eorum auribus, qui non capiunt varios ſenſus Sacræ Scripturæ, ita Caramuël *in ſua Theologia fundamentali Romæ aucta, & explicata ſub num.* 115.

3 Sed nunquid prohibito vſu in opinionibus, ſeu condemnata aliqua opinione probabili, per condemnationem, & reprobationem remaneat condemnatus non ſolum vſus, ſed etiam probabilitas ipſius opinionis, itavt reprobata ſit quoad vtrumque, ac proindè ſpeculatiuè, & non tantum practicè? Pono exemplum *in Decretis de celebrat. Miſſar.* prohibitum fuit, nè quis vnica miſſa pluribus obligationibus ſatisfaceret; ſed tot celebrentur miſſæ, quot elemoſynæ receptæ? Dubitatur hic, an prohibitus ſit tantum vſus, an etiam ipſius opinionis probabilitas, per quam plerique tenent; vnica miſſa pluribus ſatisfieri ob infinitum valorem miſſæ?
4 Quod ex D. Thoma dicebat Caietanus *in art.* 5. *q.* 79. *part.* 3. illis verbis: *Vnde arguendi, inſtruendique ſimul ſunt homines ignoranter petentes, vel exigentes pro ſua eleemoſyna totam ſibi miſſam dari, aut ſuo defuncto, nihil enim minus ipſo habebit, ſi mille alij petant eandem miſſam pro ſeipſis, & aliis defuncti, quam ſi pro ipſo ſolo celebrari dicatur. Imò ex huiuſmodi in deuotione ſic petentis damnum videtur incurrere, quod minus ſibi proderit.*

5 Rem hanc tractaui problematicè *reſol.* 25. *num.* 13. Nunc autem abſolutè dico, propoſitione aliqua probabili reprobata, & condemnata à ſuperiore, hoc eſt, à Papa, cuius proprium eſt id munus damnandi propoſitiones, & opiniones probabiles habitas, eam eſſe condemnatam non ſolum practicè, ſed etiam ſpeculatiuè. Probatur, quia opinio in tantum damnatur, in quantum eius probabilitas non cognoſcitur talis, qualis apprehenſa fuit à Doctoribus; Papa enim in reprobandis opinionibus deuenit in cognitionem, quod illæ non ſunt probabiles, quamvis pro talibus inuincibiliter habitæ ſint; ergo damnando earum vſum ſimul etiam condemnat eaſdem in ratione probabilitatis, & ſpeculatiuè ſpectatas. Con-
6 firmatur, quia opinio practica ſuam probabilitatem accipit à ſpeculatiua, tanquam effectus à ſua cauſa; ſed non damnatur practica ratione ſui tantum, ſed potiſſimum propter inſufficientiam probabilitatis; ergo & reprobatur opinio ſpeculatiua, cuius virtus refunditur in practica.

7 Quare non placet quod ait Caramuël *in ſuo Fundam. Theol. num.* 316. dicens opiniones verè probabiles condemnari, ſcilicet practicè, & remanere ſpeculatiuè tales, quia poſſibile eſt, opinionem probabilem ſpeculatiuè, habere practicè aliquam circunſtantiam adnexam, quæ probabiliter excuſari non poſſit. Hoc ſenſu aliqui dicunt, hanc propoſitionem: *In re venerea datur paruitas materiæ*, eſſe ſpeculatiuè probabilem, ſed practicè improbabilem.

8 Reſpondeo condemnari etiam ſpeculatiuè, quia ea circunſtantia examinatur in opinione ſpeculatiua ad eum effectum, vt poſitis omnibus circunſtantiis, certò moraliter cognoſcat ſe poſſe, vel non poſſe rectè operari.

9 An autem Papa eligendo vnam opinionem, ſeu aliter ſentiendo, reprobet aliorum opiniones? Reſpondeo non reprobat, neque damnat, niſi id exprimat, non enim reprobatio præſumitur, ſed de ea conſtare debet; Papa enim prius caſum diſcutit per

per Doctores, vt patet ex Bulla Clem. VIII. reprobantis eam opinionem, quæ volebat, abſolui poſſe ſacramentaliter abſentem. Colligitur etiam *ex cap. Literas, de reſtit. Spoliat.* & dixi *reſol.* 25. *num.* 13. & ex nouiſſima Bulla Alexandri VII. dum prohibet diſputationem ſuper propoſitiones à ſe condemnatas, ſignum euidens, quod eas totaliter damnauit quoad ſpeculationem, & praxim. Placet eas referre, quæ ſunt quadraginta quinque cum ſuis auctoribus.

10 Prima eſt hæc: *Homo nullo vnquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei, & charitatis ex vi præceptorum diuinorum ad eas virtutes pertinentium.* Eſt expreſsè falſa, cum ſit quo ad fidem contra illud Apoſtoli ad Hebr. 11. 6. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Quod intelligitur non ſolum reſpectu accipientis baptiſmum, quod dicitur per hoc ſacramentum fidei, *cap.* 7. *ſeſſ.* 6. ſed etiam reſpectu iam baptizatorum; cum enim explicitè credendum ſit Deum eſſe creatorem, iuſtificatorem, & remuneratorem, & cum Chriſto redemptorem, ex D. Thoma 2. 2. *q.* 2. Scoto *in* 3. *diſt.* 25. *q.* 1. quod ſine actu eſſe non poteſt; ergo præceptum eſt de ſe de fide credenda ſecundum ſe, & non per accidens. Idem dicendum de ſpe, & charitate, quæ per ſe obligant ad actus eliciendos, & non tantum per accidens occaſione alterius obligationis. Quidquid dicat de charitate Ioannes Sanchez, *diſp.* 1. *num.* 21. & tribuitur etiam Tamburino, qui tamen conatur ſe defendere *in opuſculo ad hoc edito.*

Neque enim Deus fruſtra has virtutes fidelibus ſuis donauit, vt apud illos eſſent otioſæ in ſeipſis, ſed vt illis tenerentur vti etiam propter ſe ipſas; & non ſolum in ordine ad aliud.

11 Secunda damnata eſt hæc: *Vir equeſtris ad duellum prouocatus poteſt illud acceptare, nè timiditatis notam apud alios incurrat.* Eſt Hurtadi, quam cum eo tuetur Caraſa *tr.* 4. *de duello ſect.* 6. *à num.* 23. Layman. *lib* 3. *tract.* 3. *c.* 3. *num.* 3. *apud* Guimericum *inſtit. de charitate propoſ.* 8. Eſt ergo improbabilis, quia apud viros prudentes non notatur, dum credere ſit prudentis, quod duellum non acceptauit, nè offenderet Deum, & animam ſuam, quod anteponere eſt temerarium iudicium cuiuſcunque ambitioſi, qui rationem habet læſam; ideo imprudenter arguit proximum de timiditate, ignorans id eſſe finem non acceptandi duellum, cum prudentis ſit dicere non acceptaſſe, nè Deum offenderet.

Tertia eſt. *Sententia aſſerens Bullam Cænæ ſolùm prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno* 1629. 18. *Iulij in Conſiſtorio S. Congr. Emin. Cardin. viſa, & tolerata eſt.* 12 Talis ſententia nec viſa, nec tolerata fuit ab illis, ſed conficta, ideo hic tanquam falſa damnatur. Et conſequenter omnino reprobata in eo, quod dicit non fuiſſe derogatum per Bullam cœnæ facultati Concilij, cum reuera ſit reuocatum, & ſic nullus poteſt abſoluere à reſeruatis in ea, ſiue crimina ſint publica, ſiue occulta. Vide Doctores apud Dianam *part.* 1. *tract.* 5. *reſol.* 2. & *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 239. Paſſerin. Domin. *de elect. cap.* 26. *num.* 54.

Quarta: *Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſoluere quemcunque ſecularem ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.* 13 Hanc docuerunt Baunius *tract.* 4. *Theolog. moralis q.* 4. cum aliis apud Paſſerinum *tom.* 2. *de ſtatu homin. q.* 187. *art.* 1. *num.* 425 vbi probat, eam eſſe omnino falſam; & Vrbanus VIII. in alio Decreto id expreſsè prohibuit extenſo ab eodem *ſub num.* 376.

Quinta: *Quamvis euidenter tibi conſtet, Petrum eſſe hæreticum, non teneris denuntiare, ſi probare non poſſis.* 14 Falſa omnino eſt, quia denuntians non tenetur probare, in hoc enim differt ab accuſatore, qui debet eſſe paratus ad probandum per teſtes; aliter calumniatur accuſatum, quam tenuerunt plerique quos contra ſe refert 15 Diana *part.* 1. *tract.* 4. *reſol.* 1. referens alios oppoſitum tenentes, & *in part.* 7. *tract.* 12. *reſol.* 21. inuehitur contra Baunium qui docuit eandem propoſitionem condemnatam.

Sexta: *Confeſſarius, qui in ſacramentali confeſſione tribuit pœnitenti cartam poſtea legendam, in qua ad venerem* 16 *incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in confeſſione, ac proindè non eſt denuntiandus.* Eſt Caſtropalai apud Dianam, *part.* 4. *tract.* 5.

tract. 5. *reſol.* 2. quam dicit improbabilem, & ego *de ſolicitat. cap.* 23. *q.* 5. *num.* 56. *in ſacro Tribunali.* Quia ex traditione cartæ iam cæpta eſt ſolicitatio in loco ſancto. Eam vocat probabilem Trullench. apud Guimenium Propoſ. 9. *de fide.*

17 Septima: *Modus euadendi obligationem denuntiandæ ſolicitationis eſt, ſi ſollicitatus confiteatur cum ſolicitante, hic poteſt ipſum abſoluere abſque onere denuntiandi.* Hæc viſa fuit probabilis Trimarcho *diſput.* 14. *num.* 59. qui tandem dicit, confeſſarium comparere coram Inquiſitore, monendo interim ſolicitatam de obligatione denuntiandi. Ego dixi *q* 21. *eiuſdem c.* 23. teneri monere eam de denuntiatione. *ſub num.* 85.

18 Octaua: *Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem miſſa licitè accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet celebranti correſpondentem, idque poſt Decretum Vrbani VIII.* Hanc opinationem, quam tenui *reſolut.* 25. *de celebr. Miſſar.* reuocaui *deciſ. Miſcell.* 104. *tomo* 4. *impreſſionis Lugdun.* Sub illis verbis tribuitur magis Filliu. apud Guimenium, *propoſ.* 2. *de Horis Canon.* vbi aſſignantur alij Defenſores huius opinionis. De qua etiam Diana *part.* 1. *tract.* 14. *reſol.* 14. *part.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 45. *part.* 11. *tract.* 7. *reſol.* 27.

19 Nona: *Poſt Decretum Vrbani, poteſt Sacerdos, cui miſſæ celebrandæ traduntur, per alium ſatisfacere, collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendij ſibi retenta.* Hanc opinionem mihi tribuunt apud Guimenium, ſed non eſt id verum, quia *num.* 28. dixi, id prohiberi *in Decreto de celebr. Miſſar.* & ſolum ibi ſubiungo, eſſe non mortale peccatum, ſed tantum veniale, & non teneri ad reſtitutionem, ac proindè non dico, quod Sacerdos poteſt diuidere eleemoſynam, vt in his terminis damnatur; errauit ergo relator meæ concluſionis, & in eo quoque quod me appellauit Ieſuitam; mirum ergo eſt ſi errauit etiam in propoſitione, non enim apud me inueniuntur illa verba, *poteſt Sacerdos.*

20 Decima: *Non eſt contra iuſtitiam pro pluribus ſacrificiis ſtipendium accipere, & ſacrificium vnum offerre. Neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam, promiſſione etiam iuramento firmata danti ſtipendium, quod pro nullo alio offeram.* Eſt Thomæ Hurtadi Clerici Minoris, *tom.* 1. *Reſolut. Moral. tract.* 2. *c.* 4. *n.* 188. Probat, quia obligatio ex fidelitate eſt obligatio ex virtute, quæ neceſſario eſt circa honeſtum, atqui honeſtum non eſt, quod ſuppoſito, quod alius indigeat pane, quod ego promittam Petro, me non porrecturum panem indigenti; cumque omnes indigeamus fructu ſacrificij incruenti, non poſſum obligari ex fidelitate ita offerre ſacrificium pro Petro, quod non offeram pro Ioanne, ſi quidem ex eo, quod applicetur iſti, nullum ſequitur detrimentum illi: Et propter eandem rationem exiſtimo, quod etiamſi apponatur ſacramentum de non applicando alteri, non teneat, quia eſt iuramentum de re illicita, & contra charitatem fraternam. Hæc ille, cui fauent aliqualiter verba Caietani relata hic *ſub num.* 14. Sed facilis eſt reſponſio contra Hurtadum, qui ſcripſit poſt promulgationem Decreti *de celebrat. Miſſar.* vbi ita decernitur: *Præcipit, vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, itavt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quinimo grauiter peccent, & & ad reſtitutionem teneantur.* Argumentum ergo Hurtadi cum ſua concluſione ruit; nam illud ſolum probat, promittere non poſſe Sacerdotem petenti pro ſe ſacrificium, vt non offerat pro alio priuando ſcilicet eum fructu generali, quem Eccleſia ſolet omnibus indifferenter offerre exiſtentibus in gratia, iuxta illud Pſalmi 118. *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.* Et colligitur *ex cap.* 2. *ſeſſ.* 22. *& can.* 3. *ibidem.* Quem fructum Scotus *quolibeto* 20. appellat generaliſſimum, & 21 ſubdit: *Et ſic valet toti Eccleſiæ, nec enim debet orans aliquem de Eccleſia excludere, ſed ex intentione habituali omnes includere.* Et de hoc fructu procedit argumentum Hurtadi, non de fructu medio, quod ſcilicet, vt ſubdit Scotus valet illi, cui per orantem ſpecialiter applicatur, ſupple illi valet, qui dedit ſtipendium, cui ſoli, & non aliis applicandus eſt fructus medius, vnde dans eleemoſynã, licitè obligat Sacerdotem, vt Miſſam non offerat pro aliis, quod non eſt illis auferre proprium

prium

Digitized by Google

prium ſuffragium generaliſſimum, quod Eccleſia offert omnibus; negatur ergo oblatio ſacrificij quoad fructum medium, qui ſolius eſt dantis eleemoſynam; Sacerdos enim acceptando ſtipem remanet ex iuſtitia obligatus offerre pro eo medium fructum, nullatenus aliis non applicandum;
22 quod hæc obligatio ſit ex iuſtitia docent Nauar. *cap.* 25. *num.* 22. Corduba *lib.* 1. *q.* 3. *cond.* 5. cum aliis Fraxinel. *de Sacerd. obligat. ſect.* 3. *Pranot.* 5. *n.* 5. quem immerito carpit dictus Hurtadus; exemplum de indigente pane allatum ab eo non facit ad rem, quia non eget pane alij datum, ſed eo tantum, quod datur à communitate, quæ nulli illum negat exiſtenti in gratia.

23 Vndecima: *Peccata in confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam, non tenemur in ſequenti confeſſione exprimere.* Non habeo auctorem huius opinationis, eſt nihilominus certa omnium ſententia, quod peccata etiam inculpabiliter oblita ſunt confitenda ſuis nominibus propriis, cum occurrunt memoriæ in ſequenti confeſſione, quæ primo facienda, cum occurrit præceptum confitendi, de qua re Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 124. cum aliis Baſſeus Capucinus *V. Confeſſio ſacram.*
24 1. *num.* 17. Etſi enim in Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. dicatur, quod reliqua peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt in vniuerſum eadem confeſſione incluſa eſſe intelliguntur. Nulla tamen mentio de illis, cum memoriæ occurrunt, ſit, vt confiteantur. Non ideo ſequitur, vt ea oblita excluſerit à confeſſione, cum memoriæ occurrunt, argumentum enim ab auctoritate negatiua ſolum valet quando agitur de odioſis, vt dixi *Fund.* 4. *n.* 33. hic autem agitur de re fauorabili, & nullo modo odioſa.

25 Duodecima: *Mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.* Hæc fuit ſententia Quintanaduenas *in Theolog. Morali tract.* 3. *ſingul.* 14. Brunonis Caſſaing Ordinis Minorum de Obſeruantia inſer. *Priuilegia Regul. tract.* 5. *cap.* 2. *Propoſ.* 2. cuius opus fuit prohibitum 4. Iulij 1661. nimis partialis pro defenſione Priuilegiorum Regularium, poſtremo Virginij Aluites Biſontini Caſſinenſis *de Priuileg. Regul. ſect.* 3. §. 2. vbi refert Decreta prohibentia abſolutionem à reſeruatis Epiſcopis, quibus reſpondere conatur, ſed falſis rationibus; cum quibus eſt etiam Marcus Vidal Theatinus *in ſua Arca Vitali Inquiſit.* 1. *de caſibus reſeruatis, à num.* 40. cuius opus fuit prohibitum 10. Iunij 1654. Ego autem Quintanad. & Vidal impugnaui *reſol.* 6. *illum à num.* 47. *hunc à num.* 51. *tomo* 2. *Impreſſionis Lugdunenſis.*

Decimatertia: *Satisfacit præcepto annuæ confeſſionis qui confitetur regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo iniuſtè reprobato.* Fuit opinio quamplurium quos ego impugno *Reſol.* 36. *num.* 4. & 5. de quibus etiam Diana *de dubiis Regular. reſol.* 24. *part.* 5. *tract.* 7. *reſ.* 60. Approbatio enim eſt de valore abſolutionis, qua caret cum iuriſdictione pariter eſſentiali reprobatus licet iniuſtè, & in Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. ſunt reuocata omnia priuilegia alias fauorabilia regularibus Confeſſariis. 26

Decimaquarta. *Qui facit confeſſionem voluntariè nullam ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.* Fuit Sylu. *V. Confeſſio* 4. *num.* 3. *fine*, Palud. *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 7. Alenſis *part.* 5. *q.* 77. *num.* 5. *art.* 7. cum aliis, quam etiam tenuit Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 120. vbi citat alios in contrarium; & deducitur veritas eius ex *cap. Omnis* 12. *de Pœnit.* ibi: *Omnia peccata fideliter confiteantur*, non eſt autem confeſſio, quæ nulliter voluntariè fit, fidelis, ſed infidelis, & vitioſa, in eo ſiquidem textu præcipitur exercitium huius ſacramenti, quod Deus mandat fideliter, & ſine vitio fieri ab homine pœnitente; qualis non eſt, qui ſe Deo non reconciliat per talem confeſſionem; ſed magis ſe retrahit à reconciliatione. 27

Decimaquinta: *Pænitens propria auctoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pænitentiam adimpleat.* Aliqui hanc tribuunt S. Thomæ quod inſinuatur à S. Anton. *part.* 3. *tit.* 14. *cap.* 20. §. 1. & alios refert Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 241. *verſ. Notà quartò.* Eſt nihilominus falſa, quia eſt obligatio perſonalis, & pars ſacramentalis, quam auctoritate propria transferre non poteſt ad propriam vtilitatem, cum ſit perſona priuata. 28

Decimaſexta: *Qui beneficium curatum habent, poſſunt ſibi eligere in confeſſarium* 29

ſeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab ordinario. Eſt Hurtadi Ieſuitæ *diſput.* 12. *diffic.* 12. Paſqualig. *deciſ.* 104. cum his ſentit etiam Dominicus Soto *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 2. *verſ. Cardinales*, extendens etiam ad ſimplices Sacerdotes priuilegium hoc, *cap. fin. de pœnit.* Angelica quoque idem ſentit, qui ſcripſerunt ante Concilium Tridentinum, nihilominus non ſunt audiendi, quia *cap fin.* id concedit ſolum Epiſcopis, Superioribus, & Prælatis minoribus, inter quos non ſunt Parochi, qui nec ſuperiores, nec Prælati ſunt, cum nullam habeant iuriſdictionem fori externi, multo minus ſimplices Sacerdotes. Standum ergo eſt Tridentino, *cap.* 15. *ſeſſ.* 23.

30 Decimaſeptima: *Eſt licitum Religioſo, vel Clerico calumniatorem grauia crimina de ſe, vel ſua religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit; vti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi religioſo, vel eius religioni publicè, & coram grauiſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.* Eſt Franciſci Amici *tom.* 5. *de Iuſt. diſp.* 36. *ſect.* 7. *num.* 118. eam propoſitionem fusè tractat Caramuël in editione Romana, & impugnat *à num.* 1566. *vſque ad* 1603. *excluſiuè*, & in his terminis eam reprobat *ſub num.* 1594. *verſ. Meam concluſionem*, non poſſe religioſos armis honorem ſuum defendere, quamvis ante cenſuram S. Congregationis vtrique licere, Clerico, & Religioſo probauerit *ſub num.* 1575.

31 Decimaoctaua: *Licet interficere falſum accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam iudicem, à quo iniqua certo imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum euitare.* Eſt Caratæ *tract.* 3. *ſect.* 7. *num.* 16. De Lugo *diſp.* 10. *de Iuſt. num.* 165. Bannes 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. *dub.* 4. Marci Serræ 2. 2. *de Iuſt. q.* 64. *dub.* 5. *verſ. Ex hoc ſequitur.* Reiicitur à Soto *lib.* 5. *de Iuſt. q.* 1. *art.* 8. *dub. vlt.* Corduba *lib.* 1. *q.* 38. *dub.* 1. & aliis apud Dianam *par.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 7.

32 Decimanona: *Non peccat maritus occidens propria auctoritate vxorem in adulterio deprehenſam* Eſt plurium Legiſlatorum, qui fundantur *in L. Marito ff. de adulter.* ante præſentem cenſuram iudicata improbabilis. à Pontio *lib.* 9. *de matrim. cap.* 15. quia expreſsè id prohibetur *cap. Inter hæc* 6. 33. *q.* 2. vbi Barboſa pro ſe citat 48. Doctores, vt dicit Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 223. aliter ſæpè mariti occiderent vxores innocentes ab adulterio ex aliis motiuis, ſilet ergo ius ciuile, cum Canonicum loquitur. Vel dic, quod ius ciuile non punit vxoricidium quoad corpus, vtique quoad animam.

Vigeſima: *Reſtitutio à Pio V. impoſita* 33 *beneficiatis non recitantibus non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam iudicis, eo quod ſit pœna.* Tribuitur à Guimenio, Soto & Bartholomeo Medina *de Horis Canon. propoſ.* 1. *n.* 3. Certè Pius V. in ſua incip. *Ex proximo* 135. & ante ipſum Leo X. *Bulla* 7. §. 38. ſatis apertè obligant ad reſtitutionem ſine vlla præcedente declaratione beneficiatum omittentem recitare Horas Canonicas poſt ſemeſtre, dum dicunt: *Fructus ſuos non faciat, ſed eos tanquam iniuſtè perceptos*, &c. Iniuſtitia enim per ſe ſatis condemnat ad reſtitutionem, & ſic non eſt pœna, ſed obligatio iuſtitiæ inducens ad reſtituendum alienum.

Vigeſimaprima: *Habens Capellaniam* 34 *collatiuam, aut quodvis aliud beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet, ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet.* Eſt Thomæ Hurtadi *tom.* 1. *de reſol. Canon. Reſol.* 19. *ſubreſol.* 22. *num.* 2. Cypriani Crouſers *in Regulam S. Franciſci, cap.* 3. *lect.* 7. impugnata ab omnibus cum Diana *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 22. eſt enim obligatio perſonalis.

Vigeſimaſecunda: *Non eſt contra* 35 *iuſtitiam beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Eccleſiaſtica pecunia interueniente, non exigit illam pro collatione beneficij, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.* Tribuitur à Guimenio *de Iuſt. propoſ.* 11. *num.* 2. Candido Magiſtro Sacri Palatij *tom.* 1. *de Benefic. diſquiſ.* 18. *art.* 39. *in fine dubiis* 3. iiſdem verbis. Vide Dianam *part.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 39. *& part.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 42. *& part.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 5. vbi ſe citat in aliis locis.

Vigeſimatertia: *Frangens ieiunium* 36 *Eccleſiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, & inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult ſe ſubiicere præcepto.* Eſt Cardin. *in Clem.* 1. *de obſeruat. Ieiunij*, in his terminis,

vt

Digitized by Google

vt refert Guimen. *de ieiunio propoſ. 6. num.* 3. Sed puto adulterinam eſſe hanc citationem; quia talis titulus non inuenitur in Clementinis, ſed ſolum in Decretalibus, & ſub hoc titulo Clementinæ eum citat Syluester V. *Ieiunium num.* 21. *ex Angelica num.* 14. vbi Cardinalem id dicentem citat *in cap.2. de Obſeruat. Ieiun.* Errarunt ergo Syluester, & ex eo Guimenius. Condemnatio eſt certiſſima; quia ea propoſitio deſtruit præceptum ieiunij, cuius tranſgreſſio ſine cauſa eſt peccatum mortale, ex D. Thoma 2.2.q. 147. *art.3. iuncta reſp. ad* 2. apud Paſqualig. *deciſ.* 30. *de Ieiunio num.* 3.

37 Vigeſimaquarta: *Mollities, ſodomia, & beſtialitas ſunt peccata eiuſdem ſpeciei infimæ, ideoq; ſufficit dicere in confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.* Guimenius *de Pœnit. propoſ.* 8. *n.* 4. tribuit Caramuëli *in Theologia Morali lib.*4.*n.*1607. Lego tamen oppoſitum in eius Theolog. Fundam. *numero* 1664. *in tit. Auctoris ſententia* his verbis: *Peccata contra naturam ſpecie differant, aut non, debent in confeſſione explicari.* Et infrà *ſub n.*1678. *verſ. Videntur,* refert plures docentes, D.Thomam 2.2.*q.*154.*art.*11. tenuiſſe peccata contra naturam ſpecie non diſtingui, ſed ego legi Caietanũ in dubij primi reſponſ. tenere diſtingui ſpecie.

38 Vigeſimaquinta: *Qui habuit copulam cum ſoluta ſatisfacit confeſſionis præcepto, dicens commiſi cum ſoluta graue peccatũ contra caſtitatem, non explicando copulã.* Hęc à Guimenio *fol.*152. tribuitur Turriano *de Pœnit.q.9.art.2.diſp.*29. *dub.*2. *arg.*5. Qui tamen ibi defenditur, dum dicitur, oppoſitum ab eo fateri probabilius; ergo docuit eſſe eam propoſitionem iam damnatam eſſe probabilem, nunc tamen eſt improbabilis; nam ex ea confeſſione non poteſt confeſſarius venire in cognitionem, an fuerit copula, an ſimplex pollutio.

39 Vigeſimaſexta: *Quando litigantes habẽt pro ſe opiniones æquè probabiles, poteſt Iudex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in fauorem vnius pro alio.* Citatur pro hac opinione in his terminis apud Guimen. *fol.*78. *propoſ.*11. Fragoſus Ieſuita, & alij apud Dianam *part.* 3. *tr.*5. *reſ.*55. *qui diſſentit part.*6.*tr.*6.*reſ.*59. Et reuera falſa eſt, quia iuſtum iudicium nemo vendere poteſt, *c. Non licet* 71. 11.*q.*3. Nec valet dicere accipi pecuniam pro commodo alteri parti collato; quia id enim palliare vitium auaritiæ, aliàs liceret ſemper aliquid recipere, quia omnis ſententia vni affert commodum, & alteri incommodum.

40 Vigeſimaſeptima: *Si liber ſit alicuius iunioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet, reiectam eſſe à ſede Apoſtolica tanquam improbabilem.* Eſt Ioſeph Rocafull. *in praxi Theolog. moral. tom.*2.*part.*3.*lib.*3.*c.*2.*n.*20. apud Dianam *part.*9.*tract.*7.*reſol.*60. De qua latius dixi *c.*2.*n.*148.*&* 169. in manuſcripto, ſub Cenſura Veneta, & hic *c.*1. *n.*15.*ad* 23. quod intelligitur cenſurata quoad extrinſecã tantũ probabilitatẽ.

41 Vigeſimaoctaua: *Populus non peccat, etiamſi abſque vlla cauſa non recipiat legem à Principe promulgatam.* Eſt opinio Megalis 2. 2. *lib.* 2.*c.* 6. *q.* 3. *n.* 115. *&* 117. quem pro ſe citat Diana *part.*1. *tract.* 10. *de legib. reſol.* 2. quia Legiſlator ſemper promulgat leges dependenter ab acceptatione populi, ſi habet iuſtam cauſam non acceptandi.

42 Vigeſimanona: *In die ieiunij, qui ſæpius modicum quid comedit, & ſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit ieiunium.* Videtur eſſe contra Salas apud Paſqualig. *deciſ.* 140. *de ieiun.* vbi de communi docet contrarium multis citatis, & cum eo Diana *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 43.

43 Trigeſima: *Omnes officiales, qui in republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione ieiunij, nec debent ſe certificare, an labor ſit compaſſibilis cum ieiunio.* Diana *part.* 8. *tr.*7. *reſ.* 55. refert Machadum, qui in his ferè terminis tenet hanc aliàs opinionem; & alios citat *part.*1.*tr.*9.*reſ.* 8. Hæc opinio nitebatur oraculo, non Bulla aliqua, Eugenij IV. relato à Rodriq. in fine Bullarum eius *Oraculo* 6. Nũc autẽ ſunt reuocata à Gregorio XV. & Vrbano VIII.

44 Trigeſimaprima: *Excuſantur abſolutè à præcepto ieiunij omnes illi, qui iter agunt equitando, vtrunq; iter agant, etiã ſi iter neceſſarium non ſit, & etiam ſi iter vnius diei conficiant.* Eſt Opinio Ortiz & Machadi apud Dianam *part.*1.*tr.* 9. *n.*46. *& part.* 8.*tr.* 7.*reſ.*40. ſe citans in priori loco. Sed ibi non inueni Ortiz id dicentẽ, reiicit illos Paſqual. *deciſ.*316.

45 Trigeſimaſecunda: *Non eſt euidens, quod conſuetudo non comedendi oua, & lacticinia in Quadrageſima obliget.* Tribuitur Fagundez apud Paſqualig. *deciſ.*71. qui impugnat illum, & conſtat eius obligatio *ex cap. Denique diſt.*4.

46 Trigeſima tertia: *Reſtitutio fructuum*

ob omiſſionem Horarum ſuppleri poteſt per quaſcunque eleemoſynas, quas antea beneficiarius de fructibus ſui beneficij fecerit. Falſa eſt, quia reſtitutio non debet præcedere culpam; nam omiſſio culpabilis eſt cauſa reſtitutionis, eſt enim contra naturam rei, quod effectus pręcedat cauſam.

47 Trigeſimaquarta: *In die Palmarum recitans officium Paſchale, ſatisfacit præcepto.* Vide Caramuëlem *à num.* 1470. *Theolog. Fund.* vbi pluribus rem cōfutat.

48 Trigeſimaquinta: *Vnico officio poteſt quis ſatisfacere duplici præcepto pro die præſenti, & craſtino.* Non ſatisfacit, quia obligatio ſingulis diebus annexa eſt.

49 Trigeſimaſexta: *Regulares in foro conſcientiæ poſſunt vti priuilegiis ſuis, quæ ſunt expreſsè reuocata per Concilium Tridentinum.* Hæc omnino falſa, Pontifices enim priuilegia noſtris temporibus concedunt cum hac clauſ. *Dummodo non aduerſentur Tridentino*, non diſtinguendo de foro, ac proindè nec nos diſtinguere poſſumus. Facit cenſura 3. & 4. Propoſitionis *ſub n.* 12. *&* 13.

50 Trigeſimaſeptima: *Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & reuocatæ à Paulo V. hodie ſunt reualidatæ.* Eſt opinio Hieronymi Rodriquez *in Compend. quæſt. Regul. Reſol.* 77. *n.* 45. apud Dianam *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 20. improbantem illum cum Poſtello *V. Indulgentia num.* 11. *verſ. ſecundum principale.*

51 Trigeſimaoctaua: *Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali confitendi quamprimum, eſt conſilium, non præceptum.* Eſt opinio Villalobos, & Petri de Ledeſma apud Dianam *part.* 2. *tr.* 14. *reſol.* 60. contra communem, eſſe propriè præceptum, non conſilium.

52 Trigeſimanona: *Illa particula* quamprimum *intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.* Refert Doctores Diana *part.* 2 *tract.* 14. *reſol.* 60. vbi bene dicit, *verſ. Ego olim*, intra triduum, alij *ibid. & part.* 5. *tr.* 13. *reſol.* 64. cum opus erit celebrandi, quod hic reiicitur, quia illud *quāprimum* in Trident *ſeſſ.* 13. *c.* 7. inducit per ſe nouam obligationem.

53 Quadrageſima: *Et probabilis opinio, quæ dicit, eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus vlterioris, & pollutionis.* Tribuitur Comitolo referente Guimenio *de peccatis propoſ.* 10 *fol.* 14. *&* 15. Diana *part.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 136. alios refert.

54 Quadrageſimaprima: *Non eſt obligandus concubinarius ad eiiciendam concubinam, ſi hæc nimis vtilis eſſet ad oblectamentum concubinarij vulgo* regalo, *dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inueniretur.* Eſt Ioan. Sanch. *diſp.* 10. *n.* 21. Sed non ſequendus, quia ſtupa facilè incenditur apud ignem.

55 Quadrageſimaſecunda: *Licitum eſt mutuāti aliquid vltra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem vſque ad certū tempus.* Dicit enim Chriſtus, mutuū date nihil indè ſperantes.

56 Quadrageſimatertia: *Annuum legatum pro anima relictum non durat pluſquam per decem annos.* Colligo hanc ex Dominico Soto *in* 4. *ſentent. diſt.* 19. *q.* 3. *art.* 2. *fine*, vbi inquit: *Quapropter crediderim nunquam aliquem in Purgatorio viginti annis extitiſſe, imò vt mea fert opinio, nec decem.* Ergo Legatum non durat vltra decem. Vide de eius perpetuitate etiam vltra Centenariam Doctores apud Paſqualig. *de ſacrificio Miſſæ q.* 1059. Ciarlinium *c.* 143. *à n.* 12.

57 Quadrageſimaquarta: *Quo ad forum conſcientiæ reo correcto, eiuſque contumacia ceſſante, ceſſant cenſuræ.* Id omnino falſum eſt, quia Chriſtus dixit Apoſtolis: Quodcunque ligaueritis ſuper terram, & ſolueritis, &c. ligatus enim non liberatur niſi per ſolutionem; & quod abſolutio ſit neceſſaria, docent omnes apud Caſtropal. *diſp.* 1. *de cenſur. p.* 11. §. 1. contra vnicum Gaſparem Hurtadum, *num.* 4.

58 Quadrageſimaquinta, & vltima: *Libri prohibiti donec expurgentur, poſſunt retineri, vſque dum adhibita diligentia corrigantur.* Vide Auctores apud Dianam *part.* 11. *tract.* 8. *reſol.* 62.

CONCLVSIO

De licito vſu Opinionis verè probabilis.

1 Eſt communiſſima ſententia non ſolum Recentiorum paucis demptis, ſed etiam Antiquorum, quod liceat ſequi opinionem minus probabilem verè talem, relicta probabiliore. Doctores 49. refert Paſqualigus, *dec.* 5. *n.* 3. quibus addo Bartholomæum Maſtrium Meldulenſem *in* 2. *ſent. Scoti diſp.* 5. *à num.* 46. impugnantem Antonium Merendam Foroliuienſem. Probatur

Digitized by Google

batur decem argumentis, quæ contra ſe refert Fagnanus *à num. 46. ad 59.*

2 Primum. In actionibus humanis qui eligit, quod probabile eſt, non agit temerè, ſed prudenter, *c. Ego ſolis, verſ. vel probabiles rationes diſt. 9. & c. 1. de homic. in 6.* ibi: *Probabilibus conſtiterit argumentis*, *l. Nam de ætate ff. de probat. l. ob carmen* §. *fin. ff. de teſtibus*, *l. Milites C. de q.* & probatur apertius *in l. 4. C. Mandati, l. Eum quẽ temerè, ff. de iudiciis.*

3 Negat *ſub n.* 111. aſſumptum, neſcio an ſit argumentum, vel ſimplex propoſitio, quæ tamen vera eſt; nam aliter probabilitas in rerum natura eſſet chimera, vel inuentum otioſum ad nihil deſeruiens, niſi ad decipiendum, quod tamen falſum eſt. Dicit ergo, quod eligens probabile agit imprudenter, quia eligendum eſt verum, quod eſt obiectum prudentiæ, probabile vero eſt ad verum, & falſum. Probaui *Fund. 2. n. 16.* reperiri veritatem moralem in opinione probabili, cum qua falſitas non miſcetur, *n.* 18. & quod hæc veritas habetur à probabilitate in gradu poſitiuo, *Fund. 1. n.* 56. imò opinio ſtat cum prudentia, *ex 6. Ethic. cap. 5. fine*, vt dixi, *Fund. 2. n.* 54. Multa alia ibi dicit, ſed non probat, ideò vti falſa reiiciun-
4 tur in ſupradictis Fundamentis. Neſcio à quo allegata iura acceperit, cum non ſint ad rem, in illis enim non eſt ſermo de opinione, ſed de fide humana, ſolum prodeſt *cap. Ego ſolus*, vbi gloſ. fin. opinionem æquiparat canoni, ſed canon eſt regula certa ad rectè operandum, *c. 2. diſt. 3.* ergo & probabilis ratio, & ſic opinio probabilis.

5 Secundum. Ad hoc, vt quis licitè operetur, & honeſtè, ſatis eſt, vt moralem certitudinem habeat de rectitudine, & honeſtate operationis; ſed qui ſequitur operationem probabilem habet hanc certitudinem; ergo licitè, & honeſtè operatur.

6 Negat *ſub eodem n.* 111. minorem ab eo reprobatam in ſuis Fund. de quibus ego *infrà*. Ponit diſcrimen inter iudicium certum moraliter, & opinionem; quia illud nullam formidinem habet de falſo, vndè ſi errat, hoc eſt omnino per accidens, & præter intentionem; at opinans ratione formidinis, quam habet, quod res aliter ſe habere poſſit, aliquo modo præuidet errorem, qui etiamſi rarò accidat, non poteſt dici per accidens. & præter intentionẽ euenire, citans pro ſe Mercorũ *part. 1. art. 14. verſ. verum.* Ego dico, non poſſe negari certitudinem moralẽ opinioni probabili, niſi deſtruendo in ea probabilitatẽ, quod repugnat opinioni, quam etiam aduerſarij dicunt eam eſſe capacem probabilitatis, ac proindè certitudinis moralis ei eſſentialis, vt probaui *Fund. 2. n* 41. *ad* 63. vbi rem latè explicaui, & formidinem non nocere, cum referatur non ad falſitatẽ moralem, ſed realem rei, quæ à nobis opinãtibus inuincibiliter ignoratur, *Fund. 3. à n. 19. ad* 24. Non ergo præuidet errorem, quem ignorat. Præterea à pe- 7
titionibus opinio definitur ſine formidine, dum dicitur eam fulciri ſolidis rationibus, & ſic ſine formidine quis opinari poteſt, *ibid. n.* 24. Et quod rarò 8
accidit, non dicatur per accidens, falſum eſt, vt ex Nauarro, Caietano, & D. Thoma docet Megalius 2. 2. *lib. 2. c. 7. n.* 49. Et facit Lex: *Nam ad ea ff. de legib.* Non eſt ergo ponendum diſcrimen inter iudicium certum moraliter, & opinionẽ, ratione formidinis, quia ſolũ iudicium phyſicè certum caret formidine, quia non eſt morale humanum, quod habet adnexam formidinem radicalem ex ignorantia certitudinis phyſicæ, & demonſtratiuæ, quæ omnem formidinẽ reſpuit, *Fund. 2. n. 62.*

Tertium. Certitudo nihil aliud eſt, 9
quam determinatio intellectus ad vnũ ex D. Thoma *in 3. ſent. diſt. 23. q. 2. art. 2. q. 3.* Solus autem ille, qui dubius eſt manet ſuſpenſus, & ad neutrum ſe determinat. Formido autẽ, quæ ineſt iudicio probabili, non eſt tantę potentię, vt excludat aſſenſum determinatũ ad partem oppoſitam, ſed hoc tantũ operatur, vt intellectus per actum reflexũ iudicet rationes illius partis, cuius aſſenſum habet, non eſſe euidentes, ſeu infallibiles, ſed tantum probabiles.

Negat minorem; nam qui opinatur 10
probabiliter vnam partem contradictionis, ad illã non ſe determinat ſimpliciter, & abſolutè, provt requiritur, ad hoc vt eius operatio ſit recta; ſed illi ſolum aſſentitur cum formidine, quæ tollit certitudinem moralem. Id totum falſum eſt; quia formido non tollit certitudinem moralem, vt probaui *Fund. 3. num. 19. & 20.* ſed tantum arguit non eſſe poſitam certitudinem phyſicam, & demonſtratiuam, quæ pertinet ad ſcientiam, ſicut

Digitized by Google

moralis ad opinionem in gradu poſitiuo. *Fund.* 1. *num.*56.*&* *Fund.*2.*n.*61.
11 *ad* 63. Quæro ab eo, an præter tres certitudines, rei, fidei, & opinionis, detur aliqua alia opinio pro aduerſariis? Certè non datur ex probatis *ibidem num.* 62. Cum ergo in ſuis moralibus non ſint ſcientifici, neceſſe eſt, quod ſint opinatores ſicut nos, ac proindè quod ſicut pro ipſis valet certitudo moralis, proſit etiam nobis idem genus certitudinis, cum ſit omnino falſum opinionem probabilem carere certitudine morali, cum tollatur à rebus probabilitas, quæ illi ineſt ex natura rei, & ſecundum noſtrum modum rectè intelligendi opinionem, prout à ſcientia diſtinguitur. Itaque opinans non formidat de certitudine probabilitatis, cum euidenter cognoſcat, vtramque opinionem ſibi oppoſitam eſſe probabilem; ſed ſolum timet de certitudine rei, & demonſtratiua, quæ non officit probabilitati in ſua certitudine morali, cum ignoret opinans inuincibiliter veritatem rei, non vero certitudinem moralem oppoſitarum opinionum.

12 Quartum: Iudicium probabile in actibus humanis ad mores non pertinentibus reputatur ſufficiens ad prudenter agendum, alias enim vix quicquam ageretur propter incertitudinem rerum practicarum, vt patet ex dictis in primo argumento. Ergo debet etiam in moralibus reputari ſufficiens ad honeſtè operandum, cum nulla afferri poſſit ſufficiens ratio diuerſitatis, ex vulgata *l. Illud ff. ad leg. Aquil.* Ergo ſicut iudicium probabile ſufficit in aliis, ita & in iis, quæ ſpectant ad mores conſcientiæ.

13 Negat antecedens; quia etiam in his, quæ ad mores non ſpectant, incautè, & imprudenter agit, qui pro regula ſuorum actuum vtitur iudicio probabili, quod ſæpè fallit, & fallitur. Errat, quia in moralibus etiam cognitionem non habemus, niſi iudicium probabile, non enim cognoſcuntur per ſcientiam, nec per fidem humanam *ex Fundam.* 2. *n.* 62. Quare non fallit, nec fallitur, dum procedit ex ratione, eſto ex parte rei, nobis ignotæ poſſit ſubeſſe falſum phyſicum non morale.

14 Præterea ex eius reſponſo ſequitur Doctores, & Magiſtros eſſe valdè imprudentes, & diſcipulos fallere, dum in ſuis operibus, vt plurimum opinantur; rara enim eſt cognitio ſcientifica non ſolum in naturalibus, ſed etiam in Theologicis, vt viri docti de hac re certam habent cognitionem, non eſt ergo dubium. Negat ſecundo conſequentiam, quia ab aliis actibus humanis non rectè infertur ad actus morales, in quibus vertitur periculum ſalutis æternæ; ad quod adducit *cap. Significaſti, il* 2. *de homic.* ibi: *Pro eo, quod in altero nullum, in reliquo vero periculum timeatur.* Nullum autem in- 15
currit periculum ſalutis, qui vtitur opinione probabili, cum prudenter agat, illud enim periculum ab Aduerſariis aſſertum eſt imaginarium, & non ex parte rei, dum inuincibiliter ignoratur futurum ex eo peccatum; non enim certum infertur ex incerto. Adductum *c.*18. *de Homic.* non facit ad rem; quia ibi ne verbum quidem de opinione; ſed de dubio homicidij ſermo eſt in ordine ad irregularitatem, cum dubio autem nihil agendum, vt dixi *Fund.* 3. *num.* 48.

Quintum. Prudentia eſt de non 16
neceſſariis, 6. *Ethic. c.* 5. & eſt in opinatiua parte animæ circa obiectum contingens, quod aliter ſe habere poteſt ex D. Thoma 1.2.*q.*57.*art.*4.*ad* 2. & conſiderat non ſolum vniuerſalia, ſed etiam ſingularia, *ex* 2.2.*q.*47.*art.*3. Ideoque prudentia hominis non eſt certa omnino propter variabilitatem ſingularium, *ex eodem art.*3.*ad* 2. Ergo habere certum, & infallibile iudicium de omnibus eligibilibus eſt ſupra humanam facultatem, ac proindè dicendum eſt ſufficere iudicium probabile de rectitudine operationum.

Sextum. Deus, & lex non obligant 17
nos ad impoſſibile *c. Erit autē lex. diſt.*4. *l. Titius,*§ *fin. de excuſat. tutor. l. Quæ ſub conditione,*§. *quoties ff. de cond. inſt.* Sed in moralibus non poſſumus eligere certo ſcita; cum ſufficiat in actibus humanis inuenire aliquam certitudinem, non quidem ſicut in demonſtrationibus, ſed ſecundum quod conuenit tali materiæ, vt dicit D. Thomas 2. 2. *q.* 60. *art.* 3. *ad* 1. & ante ipſum Ariſt. 2. *Metaph. tex.*16.*&* 1. *Ethic. c.* 3. Coniunxi vtrumque argumentum, quia illis Fagn. reſpondet *ſub. n.* 112. hoc modo.

Negando eſſe ſupra humanam fa- 18
cultatem habere moralem certitudinem

nem de omnibus eligibilibus, ſubdens *primò* id eſſe contra diuinam ſcripturam. *Eccli.* 32. requirentis, vt *ante omnia opera verbum verax præcedat nos ; & ante omnes actus conſilium ſtabile ;* quod autem præcipit impoſſibile non
19 eſt. Sed contra, illud Eccli. habetur 37.20. his verbis: *Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile.* Loquitur Deus de verbo verace, ne quis, ſcilicet, ſit mendax, nec proximum decipiat, conſilium quoque ſit ſtabile ; ideſt, bonum det conſilium non malum proximo ſuo, vt apertè colligitur ex præcedentibus, & ſequentibus verbis illius capituli. Deindè admittamus ibi ſermonem eſſe de veritate, & certitudine moralibus, nihil contra argumenta allata, quæ ſolum probant eſſe ſupra humanam facultatem habere certum, & infallibile iudicium de huiuſmodi agibilibus ; tale enim iudicium ſpectat ad ſcientiam, & demonſtrationem, non ad opinionem, cui ſufficit iudicium verax, & certum, morale, quod habetur ex probabilitate, vt probaui *Fund.* 1. *num.* 56. & *Fund.* 2. *num.* 61. *ad* 63.

20 Refert 2. dictum S. Cypriani in Serm. de Baptiſmo : *Neque lex tua ſcripta à lege naturali in aliquo diſcrepat ; ſed reprobatio mali, & electio boni ſic animæ rationali infixæ ſunt diuinitus, vt de hoc nemo rectè cauſetur, quia nulli ad harum rerum proſecutionem deeſt ſcientia, ſiue patientia; quia & quod agendum eſt, ſcimus, & quod ſcimus, facere poſſumus.* Ego quæro, quid ſanctus iſte per ſcientiam intelligit, aſſenſumne demonſtratiuum, an opinatiuum ? Certè non illud, dum ait ad proſecutionem legis naturalis & ſcriptæ non deeſſe ſcientiam, vel patientiam, per quam non excludit opinionem ; potius ergo per ſcientiam intelligit cognitionem moralem, quam phyſicam, ea enim pertinet ad notitiam legum.

21 Quod ſubiungit ex D. Thoma *in Opuſc.* 73. *de Vſuris*, de veritate inquirenda in dubiis, ſanctus Doctor non differt à ſeipſo, dum dixit loco ſuperius citato ſufficere certitudinem, & veritatem moralem, *ex Fund.* 2. *à n.* 33. *ad* 40.

22 Dicit, id eſſe contra Philoſophos definientes prudentiam eſſe habitum cum ratione vera circa bona humana actiuum, & illius obiectum eſſe verum, ergo non eſt ſupra vires humanas verum attingere, *ſub num.* 14. referendo Alex. & D. Thomam aſſerentes non eſſe impoſſibile, aſſequi veritatem, quam omnes ſcire deſiderant ; adducens loca Sapient. 6. *Præ-* 23
occupat eos, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat ; & Eccli. 1. *Fili concupiſcens ſapientiam, accede ad illam, & Dominus præbebit illam tibi*, ex S. Thoma *Opuſc.* 73. *citato.* Reſpondeo, Philo- 24
ſophos bene locutos fuiſſe cum Ariſt. qui in obiecto prudentiæ aliam non agnouerunt veritatem niſi moralem, & probabilem, quæ propriè ſpectat ad prudentiam ex probatis cum Philoſopho, & S. Thoma, *Fund.* 2. *n.* 53. & 54. & allegata Sacræ Scripturæ loca non faciunt ad rem, cum in illis ſermo ſit de Sapientia diuina, quæ eſt Dei filius.

Tandem concludit *ſub n.* 116. quod 25
prudentia habet aliquod iudicium certum, & infallibile, quo etiam in obiecta fallibilia infallibiliter tendat, obiectum ergo prudentiæ eſt certum, ex Alex. de Alex. *part.* 1. *q.* 16. Caiet. 2. 2. *q.* 47. *art.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 3. *c.* 25. *q.* 2. Non inueni hanc certitudinem in Azorio, in Caietano ſic exſcribo: *Certitudo prudentiæ duplex eſt, quædam* 26
in ſola cognitione conſiſtens, & hæc in vniuerſali quidem eſt eadem cum certitudine ſcientiæ moralis, cuius vniuerſale eſt verum vt in pluribus, in particulari autem non excedit certitudinem opinionis, cum de futuris concludit, aut abſentibus. Patet ergo ex his opinionem habere ſuam certitudinem. Vnde *ſuper art.* 3. *quæſt.* 60. *verſ. in eodem*, extremis verbis, inquit: *In humanis ſiquidem oportet vti pro certo eo, quod communiter creditur, quamvis verè certum non ſit.* Opinio ergo non caret ſua certitudine, ac proindè operari debet ſuũ effectum, & ſic operationem eſſe rectam ſecundùm ſe faciendam. De hac autem certitudine opinionis mentionem facit Scotus *in* 4. *diſt.* 1. *q.* 3. *verſ.*
Nec tamen, vbi dicit, aliam eſſe certitu- 27
dinem demonſtratiuam, aliam vt in pluribus; hęc enim conuenit opinioni, quæ explicatur *vt in pluribus* ab Ariſt. citato. *Fund.* 1. *num.* 37. *ad* 40. Vndè Comment. Scoti *in* 4. *diſt.* 28. *ſub numero* 27. dicit, quod in actibus humanis non requiritur certitudo

omnimoda, vel determinata, ſed tantum apparens foris per ſigna euidentia, qualis poteſt eſſe in actibus
28 humanis. Turrecremat. *in cap. Nemo diſt. 7. de Pœnit.* ſecundum Albertum Magnum, S. Thomam, & S. Bonauenturam diſtinguit duplicem certitudinem, ſcientiæ, & coniecturæ; hæc ſpectat ad cognitionem rerum moralium, quæ per opinionem cognoſcuntur. Demum in modo argumentandi vtitur fallacia à ſecundum quid ad ſimpliciter; dicit enim, quod prudentia habet aliquod iudicium certum, & infallibile, & poſtea infert; ergo obiectum prudentiæ eſt certum, quod eſt illatio à ſecundum quid ad ſimpliciter, intellige tu, certitudinem prudentiæ non eſſe infallibilem, ſed talem, qualem exigunt humani actus, qui contingentes ſunt, & faciunt dicta. *Fund. 2. num. 54.* ex Ariſtotele, qui non agnoſcit omnimodam certitudinem in actibus humanis.

29 Septimum argumentum pro opinione probabili *ſub num. 55.* eſt hoc. In ſpeculatiuis licet abſque periculo erroris, & deceptionis opinari, & defendere quaſcunque opiniones, modo illæ ſint probabiles, *cap. In quibus 22. q. 2.* ex S. Thoma *Quolib. 3. art. 10.* dicente, in hoc locum habere, quod dicit Apoſtolus Rom. 14.
30 *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.* Et affert id Fagn. *ſub num. 15.* cum multis exemplis, ſolùm adduco illud de Incarnatione ſub illis verbis: *Si Adam non peccaſſet, vtrùm Chriſtus incarnatus fuiſſet?* Ergo & in moralibus idem licet abſque periculo peccati, cum de ſimilibus idem iudicium ſit habendũ.

31 Diſtinguit Fagn. *ſub num. 117.* antecedens, Magiſtros, & Lectores in Scholis docentes opiniones probabiles, quæ ſe habent ad verum, & falſum, & multoties falluntur, & fallunt, vix poſſent à deceptionis periculo ex-
32 cuſari, ex S. Bonauentura *in 2. ſent. diſt. 7. art. 3. q. 1. num. 52.* quem ipſe citat *ſub num. 81.* Aut quæritur de aliis non habentibus onus docendi, & hi poſſunt opinari in ſpeculatiuis, vbi de nullius periculo agitur, licet enim eligere opiniones etiam falſas *ex cit. cap. In quibus 22. q. 2.* dicens, ſe plenius *in cap. Firmiter à n. 53. de ſumma Trinit.* egiſſe; & hanc diſtinctionem, dicit eſſe D. Thomæ. *Quolibet 3. art. 10.* Demum dicit non poſſe à ſpeculatiuis inferri ad moralia, in quibus agitur de periculo peccati, vt dixit *in reſp. ad 4.*

Dicta diſtinctio ab eo deſumitur ex 33
S. Bonauentura, & non facit ad rem, quia in meo Codice Venetiis impreſſo anno 1573. ſub ſigno ſeminantis eadem verba relata à Fagnano *ſub n. 81.* ſunt quidem *ſub diſt. 7.* ſed *in art. 1. q. 1. in reſol.* ſub his verbis: *Dicendum, quod deceptio, & error venit ex deordinatione, ſeu deuiatione iudicij: Iudicium autem duplex eſt in quolibet ratiocinante, vnum, quod eſt cognoſcendorum, quod eſt veri, ſub ratione veri; aliud agendorum, quod eſt boni ſub ratione boni.* S. autem Doctor ibi agit ſolum de dæmonibus, de quibus ita reſoluit: *Dæmones in multis ſpeculabilibus, & maximè in contingentibus decipi poſſunt, cum eorum intellectus per culpam obnubilatus fuerit; at vero in agibilibus, cum habeant intellectum practicum omninò ſubuerſum dicuntur facti tenebra.* Neſcio qua ratione hæc velit applicare Magiſtris, & Lectoribus, qui intellectum non habent obnubilatum in ſpeculatiuis, neque ſubuerſum in practicis. Et irrationa- 34
bilius eſt quod ſubiungit, non licere Magiſtris ſequi opiniones probabiles in ſpeculatiuis, vtique verò aliis, quod dicere abſurdum eſt, cum priuati non debeant eſſe melioris conditionis Lectoribus. Imò experientia docet libros Magiſtrorum eſſe plenos opinionibus probabilibus, & eas non reprobari, ſed imò defendi in Scholis à Magiſtris, & Scholaribus, vt patet in Scholis celeberrimis Thomiſtarum, & Scotiſtarum. Falſa ergo eſt data diſtinctio.

Quod *ſub n. 15.* affert exemplum. An 35
ſi Adam non peccaſſet, Chriſtus incarnatus fuiſſet? Reprehẽditur Fagnanus, quod errauerit ignorãs quid importet verbum *Chriſtus*, qui iam ſupponit in ſe incarnationem, non futuram; debebat enim verbo S. Thomæ vti, *qui part. 3. q. 1. art. 3.* ſic proponit quæſtionem: *Vtrùm ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet?* Sed reuera Fagnanus malè locutus non fuit, cum S. Hieron. relatus *lect. 4. Feſti S. Ioannis Euangeliſtæ* loquens de verbo venturo, quod nonnulli hæretici dixerant, non fuiſſe ante Mariam, vtitur his verbis: *Et maximè tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerũt, Chriſtum ante Mariam non fuiſſe.*

Certum

Certum enim eſt, Chriſtum accepiſſe non pro Incarnato, ſed pro Verbo tantum ante incarnationem. Et Scotus *in 3. diſt. 7. q. 3. verſ. Sine præiudicio*, inquit: *Omnes autem auctoritates poſſunt exponi ſic, ſcilicet, quod Chriſtus non veniſſet vt redemptor, niſi homo cecidiſſet.* Si Sanctus Ambroſius, & Scotus vocarunt cum multis aliis Verbum ante Incarnationem Chriſtum, quare idem non potuit facere D. Fagnanus, quem in hoc increpauit Caramuel *in Apologemate antiquiſſ. doctrin. de probabilit.*

36 Octauum: Cùm obiectum prudentiæ ſit variabile, & contingens aliter ſe habere, ex quinto argumento neceſſe eſt, vt intellectus, qui à tali obiecto mouetur, ſit cum formidine, quod aliter ſe habere poſſit; & conſequenter qui eligit, quod eſt probabile, prudenter agit, quamuis ſit cum formidine partis oppoſitæ.

37 Fagnanus ad octauum dicit ſe reſpondiſſe *ſub num. 116.* Eſto obiectum prudentiæ non ſit de neceſſariis, ſed contingens, & circa ſingularia, quæ non ſunt ſcibilia, quia ſecundum D. Thomam *2. 2. q. 47. art. 5. ad 3.* agibilia ſunt materia prudentiæ ſecundum quod ſunt obiectum rationis, ſcilicet ſub ratione veri. Præterea & ſi agibilia ſint contingentia; virtus tamen intellectus practici in eo ſita eſt, vt res, ſeu actiones ex ſe contingentes adæquentur formæ infallibili, per quam intellectus practicus in eas influit.

38 Per hæc nihil probat contra octauum argumentum; eſt enim certum ſingularium non eſſe ſcientiam, tamen vt ipſe ait ex D. Thoma agibilia ſunt obiectum rationis ſub ratione veri; ergo ſibi contradicit, ſi verum refert ad demonſtrationem; ſin verò ad veritatem moralem, ne ſibi aduerſetur, non deſtruit hoc noſtrum argumentum octauum, quia ſecundum D. Thomas in lib. 1. Ethic.
39 cap. 1. *Oportet veritatem figuraliter oſtendere, id eſt, veriſimiliter, & probabiliter, quia probabile eſt, quod eſt ſimile vero.* Referente Mercoro *part. 1. art. 15. verſ. Primò*, qui dicit, certum eſſe ſcientiam moralem eſſe veram ſcientiam, conſequenter procedere ex certis, & per ſe ſuo modo; ergo certum in moralibus eſt idem, quod veriſimile, ſeu probabile. Hæc ille, qui ſubiicit alias rationes, & auctoritates de veritate, & certitudine morali in probabilibus. Et quod ſubiungit videtur potius ſibi contradicere dum agibilium intellectum adæquat formæ infallibili, ex Salmaticenſibus.

Nonum: Ex Canonum præſcripto 40
ille ſolum tenetur ſequi partem tutiorem, qui verſatur in dubio, *ex cap. 12. 18. & 24. de homicid.* Sed opinans probabiliter non dubitat, ex dictis *Fundament. 1. num. 10. & 59. Fundament. 2. num. 3. & 4.* ergo non tenetur ſequi partem tutiorem, ſed poteſt adhærere opinioni probabili, quamuis habeat formidinem partis oppoſitæ.

Negat *ſub num. 118.* maiorem, quia 41
ex præcepto ſacrorum Canonum tenetur eligere partem tutiorem non ſolum dubitans, ſed etiam opinans, ex iuribus allegatis in eo argumento. Sed reuera errat, cum tale præceptum nequaquam in illis locis legatur reſpectu opinionis probabilis.
Probat autem ſuum reſponſum, *ex* 42
cap. Per ſuas, 35. de ſimon. & cap. Inquiſitioni, 44. de ſent. excom. Ratio eſt, quia formidans ſe exponit diſcrimini. Sed prædicta iura nihil contra nos; nam *in cap. 35.* non agitur de opinione, ſed de conſcientia errante, vt colligitur ex textu, & Gloſſa, ibidem Abbas *num. 3. & 4. In cap. verò 44.* reſpondetur primò ibi agi potius de dubio, quam opinione, vt colligitur ex auctoribus ibi citatis à Barboſa *num. 5.* Secundò, ibi non eſſe ſermonem de opinione propriè dicta procedente à ſolido argumento, ſed *de credulitate probabili, & diſcreta*,
hæc enim ſunt verba illius textus. Ad 43
rationem eius dico, formidinem in opinione non reſpicere veritatem, nec certitudinem morales opinans ſcit, ſe opinari, ac proinde ſe habere certitudinem, & veritatem ſuæ opinionis, hæc enim non formidat, ſed veritatem phyſicam quam ignorat; ſi enim hanc ſciret, de ea nihil formidaret; formido ergo non nocet opinioni, *Fund. 3. num. 19. & 20.*

Decimum, & vltimum argumen- 44
tum, quod contra ſe refert Fagnanus.

*ſub num.*58. *verſ. Vltimò*, & hoc: Niſi liceret quamcunque opinionem probabilem eligere, peccarent docentes opiniones probabiles pro parte minus tuta, præberent enim occaſionem errandi vtentibus illis.

45 Reſpondet *ſub num.* 119. & 120. doctrinam de libera electione opinionis eſſe in Eccleſia nouam, & noſtro ſæculo introductam; nam antiqui oppoſitum docuerunt, ſubdens eſſe conſultius à Modernis recedere, & veteribus numero pluribus adhærere, ſecundum illud Iob 12. & 13. *In antiquis eſt ſapientia.* Et quod à pluribus quæritur ſapientibus, facilius inuenitur.

46 Reſpondeo primò, doctrinam de opinione non eſſe nouam, ſed valde antiquam innatam ipſi potentiæ intellectiuæ cuius obiectum cognoſcibile triplex eſt, ſcibile, credibile, & opinabile, *ex Fundamento* 2. *numero* 33. Ratio huius obiecti opinabilis quoad eius antiquitatem ſic pro nnnc probatur, quia procedit à peccato Adami, cuius mens fuit obtenebrata, ſiquidem vt dicitur *in ca-*
47 *non.*1. *ſect.*5. Adam ſecundum corpus, & animam per illam præuaricationis offenſam in deterius commutatus fuit. *Secundò*, omnino falſum eſt, antiquiores in hac materia opinionis fuiſſe multò plures, quàm modo ſint Moderni, *infrà* enim ſuis locis, antiquos cum Modernis ſtare; vnde Paſqual. *deciſ.* 364. dicit, quod cæteris paribus probabilior eſt opinio recentiorum, quam veterum; quod ego ſuadeo cum funda-
48 mento eiuſdem Fagnani; dum hic dicit, quod à pluribus ſapientibus quæritur faciliùs inuenitur; ſed exquiſitior, & diligentior eſt inquiſitio recentiorum; ergo & eorum opinio, quæ cum maiori diligentia inueſtigatur, & roboratur, maximè ſub hac centuria, id ſuadente contrarietate, oppoſita enim iuxta ſe poſita
49 magis eluceſcunt. *Tertiò*, Iob auctoritas non facit ad rem, quia loquitur de ſapientia, & prudentia, quæ in nobis non naſcuntur, ſed experientia longi temporis nobis acquiruntur, ex D. Thoma 2. 2. *q.*47. *articul.*15. *ad ſecundum.* Nos autem loquimur de opinione, quæ non experimento, ſed rationibus, & argu-
mentis acquiritur. Adde, quod San- 50
chez cum aliis nunc inter antiquos eſt numerandus, antiquus enim & ſenex reſpectu cuiuſcumque actus dicitur, qui excedit annum quinquageſimum ex Fagnano citato *Fundamento* 1.*num.*24.

Vſus Opinionis probabilis eſt antiquiſſimus.

Impugnatores opinionis probabi- 51
lis auſi ſunt aſſerere, ante centum annos, nullum ex Magiſtris tradidiſſe doctrinam de libera electione opinionis probabilis in moralibus, quia cognouerunt iudicium probabile non poſſe aſſumi pro regula rectè operandi. Sic docet Fagnanus *numero* 23. Vincentius verò Baronius Toloſanus Ordinis Prædicatorum, *diſputatione* 1. *ſect.* 2. *artic.*1. *in Theologia Morali potius Hiſtorica, quam doctrinali*, §. 2. profert hæc verba: *Quis credat adeo tutum, & neceſſarium probabilitatis vſum altiſſimo ſilentio compreſſum, vt ne verbum quidem hac de re extet ex Scripturis Canonicis, aut Summorum Pontificum Decretis, nullum ſanctis Patribus exciderit, quod eius patroni poſſint ad ſuam defenſionem arripere; & hodie, & à triginta annis totus orbis ea controuerſia perſtrepit?* Vtriuſque iudicium in graui errore verſatur, cum luce meridiana vſus opinionis probabilis ſit clarius, vt
infrà mox patebit. Interim id probo 52
vniuerſaliter, ignorantia, quæ eſt defectus intellectus ab initio mundi læſi ex peccato primorum Parentum, vt dixi hîc *num.* 47. eſt cauſa opinionis, vt probatur ex definitione, in qua exprimitur formido relata ad ignorantiam rei, cuius notitia haberi non poteſt, ex probatis *Fundamento* 3. *num.*12. 13. & 19. *ad* 22. formido enim & metus habent in ſe ignorantiam, *leg. Si cum exceptione*, 14. §. *In hac actione*, *Digeſt. de eo*,
quod metus cauſa. Sed hæc ignoran- 53
tia fuit ab initio mundi in intellectu hominis cauſata per peccatum, vt dixi; ergo & opinio cum eo, dum non potuit eſſe ſcientia rei, ſicut in ſe eſt, de omnibus, reliquum eſt; vt loco ſcientiæ, quæ in Adamo fuit perfectiſſima omnium ferè rerum, ſuccederet in poſteris opinio eorum,

reſpectu

Digitized by Google

reſpectu quorum intellectus eſt obtenebratus in multis maximè in moralibus, imò & in multis naturali-
54 bus; homines enim in opinionibus abundant, in ſcientiis deficientes ſunt, & inopes. Ex his deducitur, vſum opinionis probabilis eſſe antiquiſſimum, & quaſi innatum homini in natura lapſa ex defectu ſcientiæ, & poſitione ignorantiæ explicatæ in expoſitione formidinis radicatæ in opinione, iuxta dicta *in præcitato Fundamento*. Et quia hæc ignorantia eſt inuincibilis, & excuſabilis à peccato ex probatis *in eodem Fundamento* 3. *num* 26. *&* 27. idcirco opinionis probabilis vſus ſemper fuit licitus, cùm probabilitas in opinione regulet actiones humanas, nè ſint peccaminoſæ.

Vſus iſte antiquiſſimus probatur ex Veteri Teſtamento.

55 Quamuis id probare poſſem pluribus exemplis, nihilominus ne ſim prolixus in re tam clara, duobus hoc ſuadeo, quia in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum, hoc eſt probatur veritas eorum, quæ aſſeruntur.

56 Exemplum primum ſumo ex Hiſtoria Daniel. *cap.* 10. vbi fit mentio de quatuor Angelis, quorum vnus erat princeps Perſarum, alter Græcorum, tertius nomine Gabriel, qui erat princeps captiuorum in Perſide, quartus nomine Michaël erat princeps populi Dei. Erat magna contentio inter primum Angelum Cuſtodem Perſarum, & Gabrielem principem, & Cuſtodem Captiuorum in Perſide; an Iudæi eſſent liberandi ex Perſide? Princeps Perſarum eius erat opinionis ne liberarentur, fundans probabilitatem ſuæ opinionis in his duabus rationibus; tùm quia Perſæ diſcerent à Iudæis Cultum, & Religionem veri Dei; Tùm quia Iudæi meliores fierent rebus aduerſis, quam proſperis, & ſic antiqua peccata nouis afflictionibus expiarent. Gabriel verò ſuam opinionem, quod Iudæi non deberent remanere in Perſide, reddebat probabilem, hac vnica ratione; quia ſi diutius ibi remanſiſſent, paulatim imbibiſſent mores Perſarum, & relicto vero Deo, ad cultum idolorum ſe conuertiſſent. Ita refert Becanus *in ſuis Opuſculis Theologicis Opuſcul.* 14 *cap.* 5. *num.* 3. *de Officiis Angelorum*: Vide Lyranum *hîc verſ. Princeps autem.* Et ſi enim commentatores non faciant mentionem opinionis, tamen in re ambo opinabantur, cum earum rationes vti dependentes à futuro euentu ex parte rei eſſent quidem ignotæ; probabiles verò certitudine veriſimili, quod accidere poterat vtrumque & quod Iudæi remanentes conuerterentur ad idola; & quod ſi tam citò liberarentur, id eſſet præiudiciale Perſis, qui potuiſſent à Iudæis inſtrui in cultum Dei. Videtur probabilior opinio Gabrielis, quam principis Angeli Perſarum, quia fortior eſt ratio timendi ſubuerſionem Iudæorum, quam ſperandi conuerſionem Perſarum, ſiquidem Iudæi erant procliues ad idololatriam deſerentes ſæpè diuinum cultum; ac proide minus probabilis erat opinio alterius Angeli. 57

58 Hinc colligitur, eam controuerſiam opinionum inter Angelos non fuiſſe peccaminoſam, non ſolum quia Angeli boni non poſſunt peccare, ſed etiam quia ſi Angelus Perſarum opinatus fuiſſet probabiliorem eſſe opinionem Gabrielis, & Danielis orantis, vt populus liberaretur citius, cui reſiſtit Princeps Angelus Perſarum per vigeſimum primum diem, ſuſtinens opinionem minus probabilem, quam pro tali cognouit, non poteſt inferri aliquod abſurdum ex opinione probabili, cum regatur ex ratione probabili; licet ergo homini ſequi opinionem minus probabilem, cum ab ea non deficiat rectitudo inducta in rem honeſtam.

Exemplum ſecundum fit in Dauid 59
electum ex opinione minus probabili ad pugnandum contra Philiſtheum Goliath bellatorem veteranum, cum ipſe Dauid eſſet inexpertus in pugna, vt colligitur ex hiſtoria 1. *Reg.* 4. *cap.* 17. *à num* 25. *ad* 35. Nam Eliab frater Dauid opinatus fuit, eum non eſſe bonum ad bellum, ſed ex ſuperbia velle procedere contra Goliath. Similiter Saül Rex dixit, Dauid non poſſe reſiſtere Philiſthæo; quia puer eſt, & in armis non expertus; & Philiſthæus vir bellator ab adoleſcentia ſua. Dauid autem

tem arbitratus eſt, ſe fore ſufficientem ad pugnandum Goliath, & ſuæ opinionis rationem reddit, quia ſuffocabat, & interficiebat leonem, & vrſum, in quibus erat maior vis, quam in Goliath; dum illa animalia ferocia rapiendo ex eorum ore arietes occidebat illa. Inter has duas opiniones probabilior eſt Regis, & Eliab, vt patet conſideranti eorum rationes; minus verò probabilis ea Dauidis; & quia vnica fulcitur ratione, & quia vnius eſt, & prior plurium, & tamen Dauid non peccauit ſequendo minorem opinionem, ex qua poterat pendere ruina totius belli in damnum irreparabile populi Iudaïci.

Idem probatur ex Nouo Teſtamento.

60 Petrus, & Paulus, ille Iudæorum, & hic Gentilium concionatores, vt legitur *cap.* 2. *ad Galatas*, in ea communi opinione fuerunt vſque ad annum 51. Chriſti, quod eis liceret ſimulatè iudaizare cum Iudæis, & Gentilibus conuerſis ad fidem Chriſti; nam Paulus circumcidit Timotheum *Act.* 16. *num.* 3. & cum Iudæis purificatus eſt, *ibid.* 21. *&* 26. de ipſo Petro iudaizante expreſsè *eodem capite* 2. *ad Galatas.* Ratio eius opinionis communis vtrique fuit. Tùm quia illis vtilis erat ad conuerſionem, nè ſcandalizarentur Iudæi in ſua lege putantes eam ſperni ab Apoſtolis. Tùm vt Gentiles conuerſi facilius cum illis conuenirent in vna, & eadem lege vtriuſque teſtamenti. Poſtmodum Paulus relicta opinione Petri, putans talem ſimulationem non amplius eſſe neceſſariam, negauit illius vſum tanquam deinceps pernicioſum; quia per eam occultabatur nouæ legis obſeruatio, ita quod ad fidem conuerſi credere potuiſſent, non eſſe nouam legem neceſſariam; ſed ſufficere antiquam, vel vtramque requiri ad ſalutem, quod tamen eſſe falſum Paulus probauit multis in locis ſuarum Epiſtolarum, vnde reprehendit Petrum ſuper ſua opinione, ei dicens, quod cum ſuis non rectè ambularet ad veritatem Euangelij.

61 Vnde ſuper hac re; an obſeruanda eſſet lex Moyſis, Concilium Petrus poſt correctionem à Paulo acceptam congregauit Hieroſolymis, vt legitur *Act.* 15. definiens Gentiles ad fidem conuerſos non eſſe obligandos ad obſeruationem legis, anno 51. apud Baronium; neque ab ipſis Iudæis conuerſis, cum in eo Concilio iugum legis portare prohibuerit, definiens, per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti poſſe Chriſtianos omnes ſaluari ſine legis obſeruatione. Itaque ab eo tempore præfata opinio reprobata fuit; nihilominus videtur obſtare *cap.* 16. *Act.* vbi legitur Paulum poſt Concilium circumcidiſſe Timotheum ex parte Gentili.
62 Sed hoc in textu non dicitur, vnde ea circumciſio facta fuit ante celebrationem Concilij, non enim veriſimile, quod voluerit tranſgredi præſcriptum in eo, nec id facere, quod Petro obiecerat.

63 Infertur ergo ex his opinionem, qua Sanctus Petrus vſus fuit, fuiſſe minus probabilem, eam verò Pauli fuiſſe magis probabilem, ac proinde etiam temporibus Eccleſiæ incipientis vſum probabilitatis viguiſſe; non eſt ergo quid noui paucis abhinc annis inuentum.

64 Dices Petrum peccaſſe ſaltem venialiter, vt ex D. Auguſtino dicit S. Thomas 2. 2. *q.* 43. *art.* 6. *ad ſecundum*, & Becanus *de lege Moſaïca, tractatu* 3. *cap.* 4. *q.* 10. *num.* 4. ergo non opinabatur probabiliter, dum probabilitas ex noſtris principiis excuſat à peccato; dum opinans probabiliter dicitur rectè, & prudenter operari; ergo non poteſt peccare, & ſi peccat, opinio non poteſt eſſe probabilis.

65 Reſpondere opinionem probabilem in Petro ſimulante Iudaiſmum, quia reuera non peccauit, vt docet Sanctus Hieronymus apud Becanum *citat. num.* 2. qui *num.* 10. dicit cum S. Auguſtino non fuiſſe peccatum vſurpationem legalium ad oſtendendum ceremonias legales non fuiſſe malas, ſed à Deo profectas fuiſſe vti bonas, & perfectas pro eo ſtatu. Dixi non peccaſſe *in ſacro Tribun. cap.* 4. *n.* 22. Ob rationes ibi allatas, ac proinde manet confirmata noſtra reſponſio, quod vſus opinionis probabilis fuit in vſu tempore Apoſtolorum.

Apoſtolo

Digitized by Google

Apoſtolorum auctoritas de Opinione probabili.

66 Amadæus Luſitanus Frater Didaci Siluæ Ducis Portalegrij nobili familia Comitum Ville-regiæ ſatus, Ordinis S. Franciſci, cui Congregationem ſub ſuo nomine Amadæorum genuit, Sixti IV. Confeſſarius, multas, & miras reuelationes à Deo habere meruit, quarum liber ſub nomine *Noua Apocalypſis*, intitulatur, quas ex parte reſpectu Apoſtolorum pro honore Virginis Mariæ collegit P. Hyppolitus Maraccius Lucenſis Congregationis Clericorum Matris Dei *in ſuo libro Apoſtoli Mariani*; obiit anno 1482. die 10. Auguſti ſepultus in templo Pacis Mediolani, Lucas Vadingus de Scriptoribus Ordinis Franciſcani, & in ſuis Annalibus *tom 6. & 7.* plura de illo locis citatis, *& in Martyrol. Franciſcano* ad 10. Auguſti. Quantum verò facit ad præſens inſtitutum referam opinionem de Immaculata Conceptione tenta à nonnullis Apoſtolis iuxta Amadæi reuelationes reſcriptas *in prædicto Mariano Apoſtolorum.* Ex ea enim infertur vſum opinionis probabilis viguiſſe etiam tempore Apoſtolorum, illis enim temporibus hæc opinio erat minus probabilis, nunc autem maximè probabilis adeo, quo tranſierit in ſententiam prout eam ſic appellat Alexander VII. prout retuli *Fund.* 5. *num.* 6.

67 Probauimus paulò antè Petrum, & Paulum aliquando vſos fuiſſe opinione minus probabili in iudaizando, quam poſtea aduertentes non amplius expedire reliquerunt. Paulus ad Romanos inter ſe diſputantes circa manducationem, quænam eſſet immunda; & quæ non, ſcribens *cap.* 14. dicit, infirmum in fide, quia Nouitius eſt in Religione, aſſumendum eſſe in ſua opinione, & non in diſceptationibus cogitationum, ne fortè deſerat fidem, quamuis enim, vt Eſtius hic dicit apud Nouarinum *num.* 378. ignoret, & erret ſcilicet materialiter, & non vitiosè, opinione tamen

68 tolerandus eſt; quia, vt dicit *ibidem* Apoſtolus ſub num. 5. *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.* Id eſt, vt notat hic Lyranus, in hoc dimittatur propriæ conſcientiæ vſque ad publicationem Euangelij. Vſus ergo opinionis, ſecundum Apoſtolum, quamuis minus probabilis, vti licitus reiiciendus non eſt, ſed practicari poteſt donec reprobetur opinio vti falſa, & improbabilis.

Andreas Apoſtolus frater Princi- 69
pis Apoſtolorum in ſuo ſermone de laudibus Virginis, apud Maraccium *cap.* 4. *fol.* 133. inquit: *Tu ſola ab omnium vniuerſali damnatione præſeruata fuiſti.* Et *fol.* 135. ſubiungit: *Tibi, & Filio vnico tuo; Domino noſtro, nos commendatos fore velis, vt qua ſine peccato ſemper fuiſti, nos & poſteros peccatores ſua charitate, & dilectione complecti digneris.* Subdit idem Amadæus ex probatis auctoribus, eundem S. Apoſtolum in extremo vitæ ſuæ ita dixiſſe de Immaculata Conceptione: *Sicut primus Adam ex terra immaculata formatus, ita & Chriſtus ex Virgine Immaculata.* Ex Lypomano: *Lect. 6. in Octauâ feſti eiuſdem Conceptionis, apud Franciſcanum Breuiarium.* Abdias Babylonicus *in geſtis eiuſdem Apoſtoli, l. 4.* inquit: *Sicut Adam formatus ex terra, antequam eſſet maledicta, ita & ſecundus Adam ex terra virginea nunquam maledicta.*

Iacobus Apoſtolus in Hiſpania 70
Conceptionem Virginis prædicauit immunem ab originali *fol.* 138. de qua extat Maximi teſtimonium his verſibus. *Oſtendit illi ſe hilarem*, id eſt, Maria Iacobo: *Suoque natalitio Conceptionis aurea templo manent encomia. Conceptionis hinc diem Iacobus Hiſpanos docet: Et prædicat ceu cæteri, Ab omni labe liberam.* Nota illa verba *ceu cæteri*, id eſt, Apoſtoli, qui docent Mariam fuiſſe immunem ab originali, *ibid. fol.* 143. Vnde in Menologio Græcorum, 9. Decembris, dicitur: *Conceptio munda Beata Anna*, ibidem referuntur *fol.* 140.

Thomas Apoſtolus in ſuo ſermone 71
ol. 188. inquit: *O Maria quam felix es! & quam fortunata, qua & initio, & ante ſecula, & in initio viarum Dei ab ipſo electa fuiſti, & Adæ peccato præuiſo non fuiſti cum omnibus aliis condemnata.* Ex his infertur, præſeruatam fuiſſe etiam à debito contrahendi illud.

Iacobus Minor in ſua Liturgia ibi- 72
dem fol. 200. *Dignum eſt, vt te verè beatam dicamus Deiparam ſemper beatam, & omnibus modis irreprehenſam.* Nota ea verba *ſemper beatam*; ergo ſemper ſine

ſine peccato fuit, ac proinde etiam in ſui creatione.

73 Matthæus Apoſtolus *in ſua Orat. fol.*230. ſic Virginem laudat: *O Maria Immaculata ſcirpus es ſine nodo, pœnas carnis ob peccatum primi parentis in poſteritatem deriuatas, pro parte etiam tu tanquam carne corruptibili obtecta ſuſtuliſti; pœnas verò animæ, quæ obſunt, & non proſunt, nec habuiſti.*

74 Matthias Apoſtolus in locum Iudæ proditoris ſuffectus *in ſua Orat. ſub fol.* 244. ſic loquitur: *Quibus meritis præuiſis in peccato non fuit concepta, omni gratia, omnique ſcientia, & omni arte fuit repleta.*

75 Lucas Euangeliſta *in ſuo ſerm. ſub fol.*255. Ita ſcribit pro eo Amadæus: *Hoc tamen non decebat te matrem Dei, Reginam Angelorum, & à peccato originali liberam. In hoc enim dictum eſt Eua in pœnam ſcilicet, ſub poteſtate viri eris, & dominabitur tui; quia ergo illo peccato caruiſti per gratiam Dei, iuſtum erat, vt in viri poteſtatem non transmittereris.*

76 Hæc teſtimonia à præfato Maraccio viro eruditiſſimo, qui ſemper eſt acerrimus propugnator Immaculatæ Conceptionis. Nec quis dicat, me fruſtra reſcripſiſſe præfatas aſſertiones ſub nomine Apoſtolorum, cum ſint inuenta vnius Amadæi. Si quidem is Dei ſeruus & ſi non Canonizatus, ſed ſolus beatus ex communi hominum iudicio, cum multa fecerit miracula, & has reuelationes habuerit à Deo, vt probat Vadingus *tom.* 6. & 7. conſequens eſt dicere, eas eſſe veras quatenus exigit fides humana in his: Cùm autem hæc opinio aliàs fuerit minus probabilis altera, vt notaui *Fundam.* 5. *num.* 6. hinc ſequitur, quod intendo in hoc meo opuſculo, vſum ſcilicet opinionis probabilis eſſe antiquiſſimum.

Teſtimonia ex iure ciuili de vſu Opinionis probabilis.

77 Variis in locis fit mentio de opinione ſecundum comparationem, certum argumentum, quod illis temporibus antiquiſſimis erat in vſu non ſolum opinio probabilior, ſed etiam probabilis, ne ſequatur hoc abſurdum, quod otioſè introducta eſſet in mundum, ſi vſus illius ad nihil vtiliter ſeruire poſſet. Duo tantum adducam exempla.

Primum ſit, *ex l.*1. *verſ. Sed verior, Digeſt. de contrahenda empt.* vbi emptionem confundebant alias cum permutatione rei cum re, non diſtinguentes inter vnum, & alterum contractum, vt verius erat diſtinguendum, vt *ibidem* probat Legiſlator, quod idem docetur *in Inſtitut. eiuſdem tituli* §. *Item pretium.* Cùm autem primo loco dicatur verior opinio diſtinguens eos contractus inter ſe, non reprobando contrariam opinionem, eam habuerunt pro vera, ſed minus probabilem, quæ noſtris temporibus amiſit probabilitatem. 78

Secundum habetur *ex l.* 1. §. *Sed neque, Cod. de veteri iure enucle. Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius, & æquius eſt iudicatote; cum poſſit vnius forſitan, & deterioris ſententia, & multos & maiores aliqua in parte ſuperare.* Retuli etiam *Fundamento* 1. *num.*16. Solent communiter Doctores opinionem communem appellare probabiliorem conſtantem ex pluribus Doctoribus, minus verò probabilem, quæ conſtat ex altero Doctore; ergo Legiſlator hic approbat etiam opinionem probabilem. 79

Teſtimonia ex iure Canonico de vſu Opinionis probabilis.

Quandocumque ius Canonicum non reprobat opinionem probabilem, certum eſt, quod eius vſus licet, neque enim Pontifex permittit vſum illicitum, maximè, quando de eo fit mentio in conſtitutionis editione. Nulla autem opinio cenſetur, nec præſumitur reprobata, aut condemnata, niſi de eius reprobatione conſtet, quia facta vti eſt reprobatio, non præſumuntur, *leg. In bello*, 12. §. *Facta*, *ff. de capt. & poſtlim. cap. Cùm Ioannes*, 10. §. *Verùm, de fide inſtrum.* Maximè cum reuocatio, cuius ſpecies eſt reprobatio, ſit odioſa, & ſtricti iuris, ac proinde de ea expreſsè conſtare debet, *cap.*1. *de conſtitut. in* 6. Gonzalez *Gloſſ.* 36. *ſuper oct. Regulam Cancellar. num.* 7. Pariſienſ. *lib.* 9. *de Reſign. q.*25. *numero* 15. Et dixi *Fundam.*6. *num.*9. Refero teſtimonia. 80 81 82

Primum

83 Primum, *ex cap. Ego ſolis*, 5. *diſt.* 9. vbi dicitur: *Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrinaque polleant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per alios auctores, vel canonicas vel probabiles rationes, quod à vero non ab-*
84 *horreat, perſuadere poterunt.* Vbi noto duo, vnum, quod ſola dicentis auctoritas ſine ratione non probat, ſolus enim Deus ad hoc auctoritatem habet; ei enim creditur, quia dixit; homini nequaquam, cum omnis homo ſit mendax, cui nihil ominus creditur, ſi adducat rationem ſui aſſerit; quia ratio deſtruit mendacij præſumptionem. Quare dicenti opinionem hanc, vel illam eſſe probabilem; quia dixit, eſſe talem, non creditur, quia opinio prius recipit probabilitatem à ratione, poſtea ab auctore, vt dixi *Fundament.* 1. *num.* 14. Alterum, opinionem eam eſſe probabilem, quæ fundatur in rationibus probabilibus; ſi enim ratio non eſſet probabilis non poſſet communicare probabilitatem opinioni; opinio ergo probabilis perſuadet veritatem, ſecundum Diuum Auguſtinum, cuius eſt dictum caput; ergo eius vſus licitus eſt, & cum
85 Gloſſ. *ibidem* opinionem æquiparet Canoni, qui non caret ſua veritate, rectè infertur, vſum probabilis opinionis eſſe licitum, ſicut eſt licitum obedire ſacris Canonibus.

86 Secundum, *ex cap. Vides*, 3. 23. *q.* 6. referuntur duæ opiniones circa hæreticos, vna dicit, neminem eſſe cogendum ad bonum, & ad fidei vnitatem, ſed illi id eſſe perſuadendum; oppoſita aſſerit, illos eſſe per vim ad fidem, & refert *ibidem* Diuus Auguſtinus rationes vtriuſque opinionis. Priorem aliquando tenuit, qua relicta, ſecutus eſt poſteriorem; quia priorem ſuperabat demonſtratione exemplorum, & potioribus rationibus, & *ibidem* prior opinio non dicitur falſa, imò vera; quia talis conſtabat ex verbis, oppoſita verò exemplis; vtraque ergo opinio erat vera; ergo & licita.

87 Tertium, *ex cap. Cùm Martha*, 6. *de celebratione Miſſarum*, referuntur tres opiniones circa conuerſionem aquæ cum vino in ſanguinem Chriſti, & affirmatiua vocatur probabilior, vbi Gloſſ. *V. Probabilior*, ait, alias non fuiſſe reprobatas; ergo erant licitæ licet minus probabiles. Dixi *Fundam.* 1. *num.* 55.

Quartum, *ex cap. Literas*, 13. *de reſtit. ſpoliat.* ex allatis duarum opi- 88
nionum inæqualium neminem reprobat his verbis: *Nos autem ad præſens nullam ex prædictis ſententiis reprobamus, nec cuique earum aliquod praiudicium ex noſtra reſponſione volumus generari.* Ergo opinio probabilis licitè adhiberi poteſt.

Quintum, *ex cap.* 1. *de homicid.* 89
in 6. vbi circa finem determinatur contra facientem per aſſaſſinos, vel mandantem aliquem interfici, ipſum eſſe ab omnibus diffidatum abſque alia declaratione, & incurrere ſententias excommunicationis, & depoſitionis ab officio, & beneficio, his verbis: *Et poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis aliquem ſcelus tam execrabile commiſiſſe, nullatenus alia excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis aduerſus eum ſententia requiratur.* Solum obſeruo, & conſidero illa verba: *Probabilibus argumentis*, quæ faciunt ad præſens inſtitutum, ſi probabilitas in gradu poſitiuo ſufficiens eſt ad pœnam ordinariam mortis in hoc caſu, cur & non in moralibus?

Quod ſi dicas, in ea Decretali 90
agitur de morte naturali, non de ſpirituali animæ, quæ eſt maior pœna, ideo non valet argumentum à minori ad maius. Imò reſpondeo valere, vt dixi *Fundamento* 4. *num.* 43. vbi à minori ad maius valet argumentum affirmatiuè; ſi ergo licet argumentis probabilibus agere ad mortem naturalem, & ad ſpiritualem; ſed iudex non peccat condemnando ad mortem in cauſa aſſaſſinij ex hoc capite; ergo nec vſu argumentorum probabilium in aliis cauſis moralibus peccat operans. Nec quis dicat, per argumenta probabilia intelligere in gradu ſuperlatiuo per magis probabilia, quia textus poſitiuè loquitur, non comparatiuè. Scio textum ab Auctoribus ſumi pro indiciis, ſeu argumentis indubitatis, quos citat Giurba *conſ. crimin.* 22. *n.* 22. ſed pro noſtro inſtituto ſufficit quod diximus de argumentis probabilibus in gradu poſitiuo, in quo ſuam probabilitatem obtinet opinio

Digitized by Google

ſufficientem ad licitè operandum, cum etiam indicia indubitata probabilitatem non perdant.

91 Sextum, *in cap. Capellanus*, 4. *de Feriis*, Pontifex interrogatus quænam ex duabus opinionibus de celebrandis nuptiis eſſet probabilior, & potior, reſpondit, poſteriorem, quia meliori, & ſubtiliori nititur ratione. Non tamen præcipit, hanc eſſe ſequendam, cum ſolum directè reſpondeat ad quæſitum, quænam illa-
92 rum opinionem ſit probabilior. Circa prohibitionem nuptiarum non refero tempus, de quo in illo capitulo, quod nunc non ſeruatur, ſed Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 10.* vbi prohibentur à prima Dominica Aduentus vſque ad diem Epiphaniæ incluſiuè, & ab initio Quadrageſimæ vſq; ad Dominicam in Albis pariter incluſiuè.

93 Septimum, *ex Clement. de ſumma Trinit. §. fin.* inter duas opiniones quarum vna dicit in baptiſmo paruulis remitti ſolam culpam, altera verò aſſerit non ſolum eiſdem, & adultis remitti culpam, ſed etiam conferri gratiam, & virtutes, & hanc duxit Pontifex eſſe eligendam; nam prior opinio eſt potius improbabilis, quam probabilis. Vide Brancatum *diſp. 16. de Sacrament. art. 5.* vbi hanc poſteriorem ſententiam, quam tenet Scotus ab eo citatus, multis probat, & *num. 89. verſ. Petes*, dicit eſſe de fide, de qua re latiùs agit Antonius Hiquæus Hybernus ſuper Scotum *in 4. diſt. 4. q. 2. tom. 8.*

D. Thomas vſus fuit Opinione probabili.

94 Antiquum vſum opinionis probabilis hactenus approbatum corroboramus auctoritate Doctoris Angelici, qui quandoque eam amplexus fuit, & more aliorum virorum peritorum ab vna opinione tranſiuit ad oppoſitam, vt ipſe teſtatur pluribus in locis, vnum adduco *parte tertia, q. 70. articul. 4.* de circumciſione an conferret gratiam iuſtificantem, vbi *in corp.* dicit hæc verba: *Quòd etiam aliquando mihi viſum eſt.* Hoc eſt, *quod in circumciſione conferebatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum poſitiuum, qui eſt facere dignum vita æterna; ſed non quantum ad omnes effectus; quia non ſufficiebat reprimere concupiſcentiam fomitis, nec ad implendum mandata legis.* Mutauit ergo opinionem præſcriptam in ſequentem, ſubdendo: *Sed diligenter conſideranti apparet hoc non eſſe verum, &c. Et ideo dicendum eſt, quod in circumciſione conferebatur gratia quantum ad omnes gratiæ effectus, &c.* Quod autem Doctor Angelicus S. Thomas quandoque complexus ſit opinionem minus probabilem, & hoc eius profero teſtimonia.

Primum colligo *ex 2. 2. q. 88. art. 11.* 95
his verbis: *Et ideo in voto ſolemnizato per profeſſionem Religionis non poteſt per Eccleſiam diſpenſari, & rationem aſſignat Decretalis, quia caſtitas eſt annexa regula Monachali.* Decretalis eſt *in cap. Cùm ad Monaſterium, 6. de ſtatu Monach.* Opinio autem S. Thomæ fundatur in hac Decretali, quæ videtur hoc dicere expreſsè extremis hiſce verbis: *Abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa regula Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Et ſic fundatur in ratione illa, quod caſtitas eſt annexa eſſentialiter regulæ Monachali, & ſtatu Religioſo. Et S. Thomam ſequuntur nonnulli relati à Barboſa *ad dict. c. 6. n. 12.*

Qui *ſeq. num. 13.* refert vltra quadra- 96
ginta Doctores aſſerentes Papam diſpenſare poſſe aliquem religioſum etiã Sacerdotem ad contrahendum matrimonium faciendo illum de Religioſo non Religioſum, quod dicunt diſpenſare in ſenſu diuiſo, vnde in ea Decretali negatiua accipitur in ſenſu compoſito, vt ſcilicet, Religioſus remanens Religioſus ſit indiſpenſabilis, vt Doctores communiter eam Decretalem explicant, quos refert dictus Barboſa *n. 14.* qui *n. 13.* retulerat plura exempla Religioſorum ſic diſpenſatorum ex illus tribus familiis ex legitimis cauſis valde vrgentibus. Et huius opinionis eſt etiam Caietanus *verſ. Ad hoc.*

Vincentius Baronius *in ſua Theolog.* 97
Mor. diſp. 2. ſect. 1. §. 2. inquit hoc teſtimonium excludi à diſputatione probabilitatum, his verbis. *Si aduerſarius,* (inuehitur contra Caramuelem, qui ſcripſerunt contra Fagnanum) *perceepiſſet vim, & dimenſus fuiſſet tertia regulæ ambitum, obſeruaſſet ſine dubio diſpẽſationes Pontificias è voto ſolemni, aliaſq; id*

genus

genus excluſas eſſe à noſtra diſputatione. Nam quaſcumque ſolent concedere Pōtifices non exigunt ad Caramuëlis, aliorúmve laxorum mentem, quaſi è duabus opinionibus, quarum vna ſtet pro lege, pro voto ſolemni, altera pro libertate, etiamſi paris ſint probabilitatis, ſecundam liceat anteponere primæ. Sed id agunt ſapientiſſimi Pontifices ex aliis regulis, maximè ex tertia noſtra, cum è duobus malis, minus eſt eligendum; vel ex quarta, quæ permittit ab opinione pro lege recedere, ſi diſpenſanti videatur eſſe tenuiſſ.ma probabilitatis,quæ nequeat cum aduerſa ſententia æquè iure contendere.

98 Hic nolo defendere Caramuëlem; quia non recordor quid dicat, ſed ſolum contendo contra Baronium, Pontifices in vſu diſpenſationis in voto ſolemni caſtatis præfatas opiniones reſpicere, ſolent enim ante actum diſpenſationis conſulere peritos, & poſteà operari ſecundum opinionem ſibi propoſitam, ac proinde, ſi illis proponitur ratio efficax reſpiciens bonum communitatis ſecundum Caietanum *loco citato*, quæ ſuam actionem reddat licitam, & honeſtam, diſpenſant, aliter non. Sciunt enim Pontifices, data rationabili cauſa quæ ſit proportionata materiæ, ſuper quam debet cadere diſpenſatio, habere facultatem à Deo diſpenſandi etiam ſuper ius di-uinum, vt patet ex illo ipſius Chri-

99 ſto: *Quodcumque ſolueris ſuper terram, &c.* Non dubitatur ergo in ordine ad vſum; an Papa habeat hanc facultatem, quia huius dubitatio ſublata fuit per interpretationem Decretalis ſuperius allatam, quam ſine dubio Pontifices diſpenſando approbarunt, imo vt dicit Caietanus Celeſtinus immediatus anteceſſor Innocentij III. diſpenſauerat Conſtantiam filiam Rogerij monialem profeſſam; non eſt ergo veriſimile, quod Innocentius de hac diſpenſatione certus voluerit denegatam eſſe Pontificibus hanc facultatem legitima extante cauſa, non leui, ſed vigente.

100 Colligitur ergo contra Baronium, Pontifices opinionem poſteriorem, & affirmatiuam præpoſuiſſe priori negatiuè, ſpectatis vtriuſque argumentis reddentibus illas probabiles ſecundum magis,& minus, ac proinde non reſpexiſſe ad illam regulam,*de duobus malis*, quæ non facit ad rem præſentem; quia diſpenſare hic eſt ſimplici- 101
ter bonum, & non malum habens rationem boni reſpectu maioris mali, facultas enim ſupponitur ad comparationem minoris, & maioris mali, quod non dat iuriſdictionem. Imò ipſe Baronius videtur ſentire quod diximus; dum concludit hæc verba: *Vel ex quarta, quæ permittit ab opinione pro lege recedere, ſi diſpenſanti videatur eſſe tenuiſſima probabilitatis.* Nam communiſſima opinio affirmatiua diſpenſandi ſtat pro lege ipſius Decretalis ex data interpretatione, ſecundum quam receſſerunt ab opinione Diui Thomæ; quia erat tenuiſſimæ probabilitatis; in his ergo reſpectus habetur ad opiniones per Pontifices.

Secundum teſtimonium accipio 102
ex 2.2.q.10. articul.10.& part.3.q.68. art.10. apud Dianam *part.2. tract.15. reſol.45.* vbi S.Thomas dicit,non licere infantes baptizare inuitis parentibus infidelibus, contra opinionem aliorum magis probabilem; quia eorum parentes indigni ſunt tali iure quantumuis naturali ſuper ſuos filios, cum ſit illis valdè nociuum;& exinde nullũ poſſit ſequi periculum corporis baptizati, cum poſt baptiſmum educentur apud Catholicos; cum iſtis eſt Scotus *in 4 diſt.41.q.9.* apud Brancatum *diſput.14. de Sacram.art.5.n.60.* & Maſtrium *diſp.2.in 4.Scoti,diſp.2.art.1. n.87.* vbi eam vocat probabiliorem.

Tertium,*ex 4.ſent.diſt.27.q.3.art.3.* 103
aſſerit, Epiſcopum poſſe diſpenſare bigamum ad ordines minores tantum. Contraria autem ſententia eſt multo probabilior, Sanch. *l.7. diſp.86. n.9.* Rem hanc fuſiùs tractat Fagnanus *tom.2. ad cap. Super eo, de bigam. non ordin. à num.19.* referens opinionem D.Thomæ cum aliis, refutando eam à *num.32.verſ. Cæterum,* & ea videtur noſtris temporibus improbabilis,vt infertur ex iis,quibus Fagnanus concludit præfatum caput.

Quartum, *ex eodem 2.2.q 13.* ex 104
Caietano *ibidem articul.2. in reſponſ. ad 2.& 3.* Blaſphemiæ in Deum, & ſanctos ſunt eiuſdem ſpeciei. Oppoſitam ſententiam probabilius docent citati à Diana *parte quinta, tractat.13. reſolut.20.* à Card. de Lugo *diſput.16.*

Digitized by Google

de Pœnitentia, *num.* 278. qui hanc veriorem dicit, ſequitur defendens Quadrius *in ſuo Viridario Reſeruato diſputat.* 1. *q.* 1. *num.* 130. *vſque ad concluſionem* 9.

105 Quintum, D. Thomas apud S. Antoninum *part.* 3. *titul.* 14. *cap.* 20. *verſ. Quantum*, inquit: *Quod etiam ſi ſit potens*, id eſt, pœnitens confeſſus, *poteſt alius ſatiſfacere pro eo; ſed non eſt permittendum*, forſan ſubiungit S. Anton. Hæc eſt iam reprobata ab Alexandro VII. de qua dixi *ſuprà hic propoſ.* 15. *ſub n.* 28. Et hæc ſufficiant.

106 Aduerſarij facilè adducent exempla, per quæ S. Thomas ſequitur opinionem probabiliorem, non inde tamen ſequitur, ipſum reprobare opinionis probabilis vſum, nullibi enim hoc reprobat.

107 Duo loca S. Thomæ contra opinionem probabilem referunt, primum *ex art.* 13. *quodlib.* 8. Sed reuera ibi non impugnat opinionem probabilem, ſed ſolùm conſcientiam dubitantem illis verbis: *Sed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum, & ſic ſi manens cum tali dubitatione plures præbendas habet, periculo ſe committit & ſic procul dubio peccat, vtpote magis amans temporale beneficium, quàm propriam ſalutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem inducitur, & ſic nec committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Probauimus autem *Fund.* 1. *num.* 10. *& ſequenti*, non poſſe ſtare dubitationem cum opinione probabili, ac proinde primo loco Sanctus loquitur de conſcientia dubia cum qua operans peccet; in ſecundo vero loco loquitur de opinionibus verè talibus, in quarum vſu nullum eſt peccatum. Vide aliam reſponſionem apud Meldul. *in* 2. *ſent. Scoti*, *diſputat.* 5. *numero* 116. *de pluralitate Præbend. tom.* 4. *ad cap. Quia in tantum de Præbend.* latè tractat Fagnanus.

108 Secundus locus D. Thomæ habetur *art.* 15. *quodlib.* 9. dicitur ibidem: *Quòd omnis quæſtio in qua de peccato mortali quæritur, niſi expreſsè veritas habeatur, periculosè determinatur.* Non loquitur de veritate phyſica, & demonſtratiua, ſed de morali, quæ ſufficit, iuxta probata *Fundamento* 2. *per totum.* Vide Meldul. *ibidem numero* 117. *&* 119. reſpondentem contra Merendam, qui loca illa citauit, ſed tolerandi ſunt in his Legiſtæ, qui modicum habent vſum ſcholaſtici reſpondendi, & diſtinguendi.

Ioannes Duns Scotus vſus fuit Opinione probabili.

Cùm natura opinionis ex ſua probabilitate det occaſionem eligendi modò vnam partem, modò aliam partem oppoſitam, ex quo ambæ habeant ſuam veritatem moralem, per quam operatio humana iudicatur licitè fieri poſſe, ideo ex eo, quod Doctor tenet hanc, vel illam opinionem probabiliorem, non ſequitur excludere probabiles, & illis nunquam vſum fuiſſe. Et ita egiſſe Doctorem ſubtilem, clarum eſt; nam de probabilioribus hoc docet etiam D. Fagnanus citatus à me *in concl. n.* 27. *& Euerſ. n.* 41. 109

Quod verò quandoque ſecutus ſit opinionem minus probabilem, probo ex variis eius locis; nam *in* 4. *diſtinct.* 6. *q.* 8. *verſ. Et ſi dicas*, loquens de opinione probabili, excuſat à cenſuris; ergo & à peccato. 110

Secundus, *in eodem* 4. *diſtinct.* 13. *q.* 2. *in Comment. num.* 134. dicit, cingulum ſacerdotale non requirere benedictionem, quod tamen minus probabile eſt. 111

Tertius, *in eodem* 4. *diſtinct.* 17. *q. vnic. tom.* 9. *num.* 22. *& ſequenti*, quod negans acceptare pœnitentiam eſt abſoluendus, quod eſt minus probabile. 112

Quartus, *in eodem* 4. *diſtinctione* 9. *quæſt. vnic. in Comment. num.* 34. dicitur ex Scoto, quod bona fide, & præmiſſa ſufficienti diſpoſitione accedens ad ſacram communionem non peccat, licet in re ipſa habeat peccatum graue, quod non occurrit memoriæ, & ei remittitur illud peccatum, & recipit gratiam per accidens, Brancatus *de Euchariſtia*, *diſputat.* 26. *articul.* 2. *num.* 53. Meldul. *diſputat.* 1. *de Sacramento*, *numero* 350. *& diſputatione* 3. *num.* 397. dicunt probabile. D. autem Thomas & Suarez *diſputat.* 63. *de Euchariſtia*, *ſect.* 1. *concluſ.* 3. De Lugo *diſp.* 12. *de Euchariſtia*, *n.* 3. dicunt oppoſitum eſſe probabilius. 113

Quintus, *in* 4. *diſtinct.* 33. *n* 6. *&* 7. dicitur, 114

dicitur, quod bigamus eſt diſpenſabilis ab Epiſcopo quoad minores, vt explicatur *in Commentar. numero* 13. contra probabiliorem apud Caſtrop. *p.8.num.*18.

115 Sextus, *in eodem 4. diſtinct.*11. *q.*6. *num.*3. *verſ. Et ſi arguas*, dicit, coctum panem eſſe materiam conſecrabilem, etiamſi controuertatur in paſtam, contra alios, qui verius dicunt paſtam non eſſe materiam conſecrabilem.

Reliqua pro Scoto in hac cauſa, quod opinionem probabilem non reiecerit, vide apud Meldulenſem *in 2.ſent. diſput.*5. *art.*5.*à num.*100.*& ſeq.* vbi inuehitur contra Merendam, & alios.

EVERSIO

Fundamentorum contrariæ Opinionis.

1 IActis pro opinione probabili certis fundamentis, concluſione eiuſdem ſolidis firmata rationibus, & his impugnatis repugnatis, atque oſtenſo eiuſdem antiquiſſimo vſu licito me conuerto ad euerſionem fundamentorum contrariæ opinionis.

2 Auctor ſupradictus nimirum D. Proſper Fagnanus *ſub num.* 256. ſic concludit: *Minimè licere amplecti opinionem minus probabilem, ac minus tutam, ſed omnino eligendam eſſe probabilem, ac tutiorem.* Hanc probat quadraginta duobus fundamentis, *à prædicto num. ad* 340. conabor illa deſtruere, quantum Dominus dabit, reſtringendo in ſubſtantiam eius argumenta nimis prolixa.

3 Primum *ſub num.*257. eſt hoc: Ariſtoteles 2. *Anima, text.*153. dicit, quod intellectus humanus non habet libertatem opinandi, his verbis: *Non eſt eadem phantaſia, & opinio; imaginari namque poſſumus, cum libet, & fingere quicquid volumus, opinari autem non in nobis eſt; neceſſe enim eſt, aut falſum, aut verum dicere.* Ergo intellectus non habet libertatem partem minus probabilem opinandi, ſed cogitur ſequi plura, & fortiora motiua partis probabilioris. *Confirmat*; nam ſicut ſtatera inclinat in eam partem, in qua grauius eſt pondus: ita intellectus, dum æqua lance librat rationes vtriuſque opinionis, violenter trahitur in partem illam, in qua præponderant grauiora motiua.

Reſpondeo Textum Ariſtotelis 4
non negare abſolutè in nobis opinionem, ſed ſolum diſtinguere imaginationem ab opinione in hoc, quod nobis eſt liberum imaginari, quod volumus, dicit enim Ariſtoteles *ibidem text.* 153. apud Conimbr. *Ante oculos ponere, perinde ac ij faciunt, qui artificioſa memoriâ comparatis, atque diſpoſitis locis imagines fingunt, atque ſimulacra collocant. At opinari in nobis non eſt ſitum*, ſcilicet ſic opinari, vt imaginamur; In imaginatione enim non eſt 5
aſſenſus, ſicut in opinione, & ideo debemus opinari eo modo, quo nos mouet ratio tribuens opinioni probabilitatem veram, qua inclinamur ad aſſenſum verum; neceſſe ergo eſt, quod intellectus opinando dicat verum, vel falſum iuxta illud, quod ratio mouet illum ad aſſenſum; Vnde ex auctoritate Ariſtotelis nihil probatur contra opinionem probabilem. Imò ex ea ſecundum intellectum aduerſarij, nec intellectui liberum eſſet opinari probabilius, cum & id ſit opinari; magis enim & minus non tollunt opinari ſimpliciter.
Ad confirmationem dico, à materia- 6
libus ad intellectùalia non valere argumentum; cum ex illis vti ex diuerſis non fit illatio ex vulgatis iuribus. Vlterius, ſi tu addas pondus 7
mutabis iudicium ex libra mutata, ſic mutatur opinio ex additione rationum, & auctorum. Vel dic, 8
intellectum non eſſe liberum in opinando, quia debet præſtare aſſenſum iuxta exigentiam rationis, ſociam tamen eius, quæ eſt voluntas, ei imperare poteſt, vt eliciat aſſenſum opinionis minus probabilis, ex quo eſt vera veritate morali; libra autem ope- 9
ratur naturaliter, ideo argumentum ab ea ductum non facit ad rem.

Secundum eſt hoc: Vt quis pru- 10
denter, & rectè operetur debet habere ſaltem probabile iudicium, quod licitum ſit illud, quod operatur; ſed qui ſequitur minus probabilem non poteſt formare hoc probabile iudicium practicum, quod actus ſit licitus; quia cum habeat fortiora motiua pro illicito, impoſſibile eſt, vt

habeat iudicium practicum de licito, cum opinari, ſeu iudicare aliquid probabiliter eſſe verum non ſit in nobis, vt dictum fuit; ergo qui minus probabilem ſequitur, non agit rectè, nec prudenter.

11 Reſpondeo negando minorem; quia motiua oppoſitæ opinionis quamuis ſint fortiora, non tamen deſtruunt probabilitatem alterius, ſed ſolum eius motiua exceduntur à fortioribus; cum ergo comparatiuum non deſtruat poſitiuum, ſed ſemper ſuppònat in vtroque comparato ex dictis *Fundament.* 1. *num.* 56. ſequitur opinionem minus probabilem remanere in ſuo gradu ſufficienti ad honeſtatem operationis; non enim rectitudo operationis accipitur à comparatiuo, ſed à poſitiuo, vt *ibid.* hoc probaui.

12 Tertium, vt actus noſtri ſint recti, & boni moraliter non ſufficit ſequi illud, quod iudicamus eſſe probabile, ſed neceſſe eſt ſequi quod opinamur verum, cum opinari nihil aliud ſit, quam iudicare propoſitionem eſſe probabiliter veram; ſed non eſt poſſibile, vt opinemur veram vtramque. Tùm quia non eſt nobis liberum opinari; ſed violenter flectimur in eam partem, in qua ſunt motiua fortiora. Tùm quia ex D. Thoma *quodlib.* 8. *artic.* 13. ex duabus opinionibus oppoſitis oportet vnam eſſe veram, & alteram falſam. Confirmat, quia opinari propoſitionem non eſt iudicare eam eſſe probabilem, ſed eſt iudicare probabiliter eſſe veram; ſed nemo iudicare poteſt duas contradictorias eſſe ſimul veras etiam probabiliter, & cum formidine; neceſſe ergo eſt, vt opinetur illam partem, quæ nititur melioribus rationibus.

13 Reſpondeo negando maiorem; quia opinio cognita probabilis ſimul, & ſemel cognoſcitur etiam eſſe vera veritate ſibi conueniente, iuxta dicta *Fundamento* 2. *num.* 16. vbi eam vocaui moralem veritatem, quæ ſcilicet habetur à probabilitate in gradu poſitiuo, *Fundamento* 1. *num.* 56. Ad minorem dico eam eſſe falſam; quia natura opinionum oppoſitarum ea eſt, vt vtraque ſit vera, ex quo vtraque eſt probabilis, vt probaui *Fundamento* 2. *num.* 27. ad huius minoris primam probationem dico eſſe nobis liberum opinari, & ad id nos allicit obiectum ipſum, quod intellectus opinatur tale quale apprehenditur per rationem probabilem, cuius moralis veritas trahit ad aſſenſum; cum ergo in vtriſque adſit veritas intellectus modo trahi poteſt ad vnam, modo ad aliam voluntate eligente, vnde malè dixit aduerſarius, *violenter flectimur*, quia obiectum intellectui vim non infert, cum in illud naturaliter tendat. Ad ſecundam probationem dico, Sanctum Thomam loqui de veritate, & falſitate ex parte rei, & demonſtratiuis, quæ non pertinent ad veritatem, & falſitatem moralem in opinionibus, quarum natura eſt, vt oppoſitæ opiniones circa idem ſint ambæ veræ, ſicut ſunt ambæ probabiles, vt probaui *Fundamento* 2. *num.* 27. ex probabilitate enim colligitur opinionum veritas, ſtante ergo in vtriſque probabilitate, ſtat etiam veritas, quæ ab ipſa ſpecificatur; incongruum enim eſt dicere, quod ambæ ſint falſæ; ex eis enim nihil rectè, nihil prudenter agi poſſet. Poteſt verò dici, quod reſpectu diuerſorum intellectuum vna eſt, & altera falſa moraliter; dum credit eſſe improbabilem; caret enim tunc veritate ex defectu probabilitatis. 14 15 16 17

18 Ad confirmationem nego primam partem maioris, ſiquidem cum opinor, quæro probabilitatem, & ex ratione inuenta, eam habeo, & cognoſco veram eſſe probabilitatem opinionis meæ; vtrumque ergo aſſecutus ſum percipiendo opinionem. Ad minorem dico non eſſe opiniones oppoſitas contradictorias; quia procedit earum oppoſitio ex diuerſitate motiuorum, non ex eodem motiuo, quod in opinionibus oppoſitis non detur contradictio probaui *Fundam.* 1. *n.* 41. *&* *Fund.* 2. *n.* 28. *ad* 32.

19 Quartum *ſub num.* 258. Ille non agit rectè, qui non ſequitur dictamen rationis; ſed qui ſequitur minus probabilem relicta probabiliore non ſequitur dictamen rationis; ergo non agit rectè, nec licitè. Probat minorem multis; quia dictamen rationis eſt inclinatio intellectus ad aſſenſum ex motiuis rationabilibus; qui autem ſequitur minus probabilem, minimè ſequitur

Digitized by Google

ſequitur inclinationem rationis,quan-
doquidem inclinatio ad aſſenſum fit
neceſſario ex fortioribus motiuis,quia
intellectus non habet libertatem opi-
nandi, ſed cogitur ab intelligibili, vt
ſenſus à ſenſibili; voluntas verò vti
libera vnum eligit, & non alterum,in-
tellectus ergo non poteſt ſequi opi-
nionem minus probabilem; dum co-
gitur à fortioribus motiuis,quæ in mi-
nus probabili non ſunt.
20 Reſpondeo negando minorem, &
eius probationem; quia etiam in mi-
nus probabili inueniuntur motiua ra-
tionabilia, cum opinio ideo proba-
bilis dicatur,quia procedit ex motiuis
rationabilibus,vt colligitur *ex cap.Egò
ſolis*,ab eo citato pro ſe; ſtat enim pro
nobis, vt dixi *concluſ.n.4.& 83*.S.enim
Auguſt.*ibi* loquitur in gradu poſitiuo,
non comparatiuo, & quidem valde
ſapienter, quia opinio fit probabilis
ex gradu tantum poſitiuo,vt probaui
Fund.1.num.56. ex quo poſito deinde
ſequitur diſcrimen inter opiniones
comparatiuas,comparatio enim ſem-
per ſupponit poſitiuum in vtroque
21 extremo,*Fund.1.n.56*.Intellectus opi-
nans non propriè dicitur cogi ab ob-
iecto, ſed moueri ab ipſo ad intelli-
gendum; cum ergo ei primo occur-
rere poſſit motiuum rationabile, ſed
minus forte, certè in illud tendet, &
formabit opinionem probabilem, &
voluntas ab eo directà eliget eam
22 opinionem,quæ ſibi libuerit,cum non
cæco modo, ſed intellectu dirigente
eligat,ac proinde ipſa potentia intel-
lectus aliquo modo poteſt dici libera
dependenter à voluntate,qua ratione
nonnulli ex ſanctis Patribus definiunt,
quod liberum arbitrium ſit facultas
23 rationis, & voluntatis; quia voluntas
cum ſit cæca non poteſt operari be-
nè,niſi ratione illam dirigente ad ope-
rationem; quia voluntas non fertur
24 niſi in præcognitum. Quare non eſt
verum, quod intellectus violentetur,
& cogatur à motiuis fortioribus; ſed
ſolum ab illis mouetur cum quadam
libertate dependenter à voluntate,
Ariſtoteles enim *2.Phyſica,text.65*.di-
ſtinxit intellectum contra naturam,
ſeu agens naturale,quod aliter gerere
non poteſt,cum ſit ad vnum determi-
25 natum;intellectus verò non ſic ſe ha-
bet, ſed eſt potentia ad oppoſita, ex
Scoto *in 2.diſt.25. q.1. n.23.tom.6.p.2.*
Meldul.*diſp.7.de anima,n.10*. Opinans
ergo poteſt intelligere oppoſitas opi-
niones licet inæquales in ſua proba-
bilitate.
Quintum *ex num.160*. Is, qui facit 26
actum ex ſuo genere, ſi conſcientiam
habeat, quod ſit illicitus, abſque du-
bio peccat, ſiue talis conſcientia ſit
dubia, ſiue ſit ex credulitate leui, &
ſcrupuloſa *ex cap.Per ſuas, il.2. de ſim.
c.Inquiſitioni, de ſent.excom.* ſiue ſit ex
credulitate, & opinione probabili, *ex
eodem cap.Inquiſitioni*.Ergo multò ma-
gis peccat, ſi habeat conſcientiam,
quod actus ſit illicitus ex credulitate,
vel opinione minus probabili.Subiun-
git definitionem conſcientiæ quod ſit
credulitas, ſeu iudicium de bonitate,
vel malitia actus.Et dicit ad hanc cre-
dulitatem perueniri per quatuor gra-
dus ex Bartolo *in l. Admonendi,ff.de
iureiur.n.19*. Gradus primus eſt, cum 27
quis incipit dubitare anceps manens.
Secundus eſt cum quis ex leui iudi-
cio, vel argumento inclinatur, quod
actus ſit malus, & vocatur ſcrupulus,
ſeu ſuſpicio,& conſcientia temeraria,
ſeu ſcrupuloſa primus gradus proba-
tionis. Tertius dictus ſecundus proba-
tionis, cum quis ex fortioribus argu-
mentis credit actum eſſe illicitum;
non tamen eſt omninò certus, & hæc
eſt opinio,quæ appellatur conſcientia
ex credulitate probabili,& diſcreta *ex
cit.c. Inquiſitioni.* Quartus gradus di-
ctus tertius probationis eſt cum quis
habet certam credulitatem, quod
actus ſit illicitus,& hæc vocatur fides,
& plena credulitas,*ex eod.c.Inquiſitio-
ni*. Ex his autem infert aduerſarius,
cum gradatim magis peccare,qui ma-
gis accedit ad maiorem credulitatem
rei illicitæ, &c.
Reſpondeo peccare, ſi agat con- 28
tra conſcientiam dubiam, eam non
deponendo, ex communi omnium
ſententia ex dictis *Fund.2.n.48*.ſi verò
conſcientiam ſcrupuloſam actitet,
non peccat,ex allegatis à Caſtropalao
part.1. diſp.4. qui reſpondet præcitatis
duobus capitibus, primò quidem 35.
de ſimon. agi de conſcientia errante,
non ſcrupuloſa,vt ego dixi *concl.n.42*.
Secundò verò, ſi agatur de conſcien-
tia leui, & temeraria explodendam
eſſe; & ego ibidem egi de credulitate
non ex ratione opinatiua, ſed ex opi-
nione probabili, quæ conſtituit con-

Digitized by Google

ſcientiam opinatiuam ab illis diuerſam. Itaque operans contra conſcientiam dubiam peccat, non vero contra conſcientiam ſcrupuloſam, multo minus contra conſcientiam opinatiuam, quando dictat in praxi rem faciendam eſſe licitam, ſi vero dictat eſſe illicitum non poteſt facere; quia tunc non ſequitur dictamen rationis iudicantis non eſſe agendum illicitum. Quare argumentum, ſi quid valet, ſolum probat non eſſe agendum contra conſcientiam opinantem eſſe illicitum quod faciendum eſt, quod vltro concedimus; quia debet eam deponere, & amplecti contra-
29 riam opinionem ſi ſit probabilis. Et ex his patet ad gradus poſitos à Bartolo, qui loquitur in ordine ad teſtificationem, non ad conſtituendam opinionis probabilitatem per rationem; imò magis nobiſcum ſentit his verbis: *Tunc dicitur perfecta credulitas, ſeu perfecta probatio, nec eſt tunc cauſa dubia, iſta duo de credulitate, & opinione probantur infrà.* Et infrà. *Loquitur de ſecundo gradu probationis, qui eſt opinio, qua eſt multum propinqua credulitati, & plena probationi*, quæ eſt quartus gradus; ſi ergo huic quarto gradui opinio approximatur, multum operari debet; ergo rectitudinem in operatione opinantis, quia ad aliud non deſeruit; neque Bartolus loquitur comparatiuè de fortioribus argumentis, ſed ſolum poſitiuè his verbis ſolitariè acceptis *argumentis probationis.* Demum Bartolus ibidem loquitur de gradibus probationis, non de opinione rationis.

30 Sextum *ſub num.* 262. In agibilibus moralis diligentia eſt adhibenda ad cognoſcendum verum, vel falſum, aliter peccatur *ex* 1.2. *q.*76.*art.*2. Sed qui ſequitur opinionem minus probabilem non adhibet moralem diligentiam, quam debet, & poteſt ad cognoſcendum, quid ſit verum, vel falſum; ergo à peccato non excuſatur. Probat minorem; quia ea diligentia non vtitur, qui ſponte vtitur mediis minus probabilibus; hic enim vt plurimum aberrat à fine ad quem non peruenitur niſi per medium. Quis enim dixerit, illum diligentiam adhibere ad cognoſcendum peccatum, qui debita opera ſequitur id, potius, quod apparet peccatum, quam contrarium? Si enim magis probabilis apparet vera magis; oportet vt illius contradictoria minus probabilis appareat magis falſa, quàm vera *ex* 4. *Metaph. cap.* 6.

Reſpondeo, negata minore, ad eius 31
probationem, diligentiam quoque adhiberi non minorem in inueſtigatione medij, quo probatur, & cognoſcitur opinionem ex eo recipere ſuam probabilitatem, per quam opinans ſcit ſe rectè operari; non enim ad id requiritur diligentia in gradu comparatiuo, ſed ſufficit in gradu poſitiuo; nemo enim tenetur eſſe diligentior, nec diligentiſſimus, Gloſ. *V. qui præſtantior, cap. Licet ergo* 15. 8. *q* 1. Petrus Nauar. *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 59. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 6. cum aliis Megalius 1. 2. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 25. 32
Neque apparet peccatum in opinione minus probabili, alias non diceretur tuta, ſed periculoſa, & perniciosa, quod nemo prudens aſſerit. Ad contradictorium iam patet illud non adeſſe in opinionibus comparatiuis.

Septimum: In aliis humanis ne- 33
gotiis nemo ſequitur partem minus probabilem ad conſequendum finem, & ſi quis illam ſequitur, imputatur ad culpam, ſeu negligentiam, iuribus ibi citatis. Ergo multo minus id faciendum eſt in negotio animæ, & ſi hoc fiat maiori negligentiæ, & culpæ erit imputandum, aliis iuribus citatis, & D. Thoma *eo art.* 13. *quolib.* 8. ibi: *Periculo ſe committit, & ſic proculdubio peccat, vtpotè magis amans beneficium temporale, quam propriam ſalutem.*

Reſpondeo Argumentum ſuppo- 34
nit ineſſe negligentiam, & culpam in ſequente opinionem minus probabilem, quod erat probandum, vnde etiam in negotiis humanis ſufficit talis diligentia, quæ reputetur probabilis, licet non ſit maior, quæ adhiberi poterat, cum non ſit in præcepto niſi poſitiua, non enim veriſimile eſt diligentem errare, *l. cum de indebito ff. de Probat.* cum ibi allegatis à Gloſ. *V.* 35
Diligens; ergo ſi non errat, neque culpa, neque negligentia in eo eſt, qui diligens eſt, & faciunt dicta contra præcedens fundamentum. Iura autem ab eo allegata non loquuntur in gradu comparatiuo, ſed in poſitiuo requirentia diligentiam ſimpliciter. D. autem Thomas loquitur de dubitantibus,

Digitized by Google

tantibus, non autem de opinantibus, vt patet ex eius verbis *in concl. n.* 107. Aduerſarius autem tacuit præcedentia verba de dubitatione.

36 Octauum *ſub num.* 263. In morali materia verum, vel falſum ſufficienter oſtenditur ex iis, quæ plerumque eueniunt, *l. Ethic cap.* 3. quod enim communiter, & frequenter accidit; ita exiſtimatur veritas ſe habere, iuribus citatis, ſed frequentiùs, & plerumque euenit, vt opinio minus probabilis ſit falſa. Probat minorem, quia cum ex duabus opinionibus oppoſitis oporteat alteram eſſe falſam *ex* 4. *Metaph. cap.* 6. & D. Thoma, neceſſe eſt fateri falſitatem ineſſe potius opinioni minus probabili, quàm probabiliori; *cap. Capellanus, de feriis*, & iudicium quod innititur opinioni ſæpè fallitur & fallit *cap. A nobis, de ſent. excom.*

37 Reſpondeo primò argumentum ex parte facere pro nobis, quia quandoque non negatur veritas in opinione probabili ſecundum aduerſarium. Secundò, nego abſolutè in opinione probabili eſſe falſitatem moralem, cum ſemper ſit vera vtraque, licet ei ineſſe poſſit falſitas phyſica nobis inuincibiliter ignota; *Fund.* 3. *num.* 26. Patet id etiam *ex reſponſ. ad* 3. *fundamentum*, vbi de hac re fusè. *Ad cap. Capellanus* dixi *Fund.* 1. *num.* 55. *& concluſ. num.* 91. *Ad cap. à nobis*, dixi *Fund.* 2. *num.* 24.

38 Nonum *ſub num.* 264. S. Thomas *quolib.* 9. *art.* 15. inquit, quod omnis quæſtio, in qua de peccato mortali quæritur, niſi expreſsè veritas habeatur, periculosè determinatur. Sed conſulens opinionem minus probabilem, non habet expreſsè veritatem; vt inquit etiam Scotus citatus *ſub numero* 207. *&* 208.

39 Reſpondeo concedo quod dicunt præfati viri docti, nihil enim dicunt de opinione, ac proindè aduerſarius malè colligit, quod non ſeminauit, conſequenter negatur in opinione probabili non exprimi veritatem moralem, cum inſit in ratione producente probabilitatem in opinione, *ex Fund.* 2. *num.* 8. 9. 10. *&* 16. Scotus autem, vt dixi *in concluſ. à num.* 109. approbat opinionem minus probabilem, & eam ſequens non peccat, cuius dictum retuli etiam *Fund.* 3. *num.* 27. vbi etiam citaui S. Thomam admittentem certitudinem moralem in his.

Decimum colligit ex Scoto *in* 4. *diſt.* 17. his verbis: *Vbi via eſt facilior, id eſt, magis in poteſtate hominis, & certior ad gratiam recuperandam, tenetur quilibet ad illam viam, ita quod omiſſa illa, non attentet aliam difficiliorem, & incertiorem, quia tunc ſe exponeret periculo ſalutis ſuæ.* Sed certior via, & facilior ad vitandum peccatum eſt ſequi opinionem probabiliorem, & tutiorem, ergo hæc ſequenda. 40

Reſpondeo auctoritatem Scoti, quæ legitur *ſub verſ. Poteſt etiam, n.* 14. non facere ad propoſitum, agitur enim ibi de ſacramento confeſſionis, quod eſt via facilior, & certior ad recuperandam gratiam per peccatum mortale amiſſam; non autem quod opinio probabilior ſit via certior ad euitandum peccatum; Scotus docet viam recuperandi gratiam per confeſſionem, & aduerſarius vitandi peccatum per opinionem probabiliorem; non concurrunt ergo ambo ad idem. Nota ex eius minori comprobari etiam oppoſitum, ſi enim probabilior eſt certior, & tutior; ergo minus probabilis eſt certa, & tuta; non enim comparatiuum deſtruit poſitiuum in extremis; ergo tutatur à peccato, & operantem reddit certum de rectitudine ſuæ operationis. 41

Vndecimum fundamentum ſatis prolixum ex lancis libratione ſic conſtringo. Ex opinionibus æquè probabilibus tenetur quis ſequi ex præcepto tutiorem. De qua falſa propoſitione dicam infrà impugnando illam; ſequitur ex hac eius argumentum de lance. Lanx in ſuis partibus continentibus oppoſitas opiniones æquè probabiles, quarum vna eſt tutior vacans periculo peccati, quo non caret altera. Iam ſtatera ſtat in æquilibrio, cum pondera vtrinque ſint æqualia, & intellectus in neutram partem poteſt inclinare, cùm non ſit ratio, cur inclinet potius in vnam, quàm in alteram; vt dicit ſe probaſſe 16. ſolidiſſimis fundamentis *à num.* 125. *ad* 171. Quæ ſuo loco dante Deo euertam, & concludit. Et ideo in tali tenetur ex præcepto ſequi partem affirmantem; actum eſſe illicitum, quæ tutior eſt. *Subiungit.* Pone opiniones inæquales, lanx ſiniſtra ex leuioribus motiuis minus ponderantibus, minus inclinationis 42

Digitized by Google

tionis habet, quam quando pondera ſuſtinet æqualia parium opinionum, &c.

43 Reſpondeo probaui *Fund.* 1. *n.* 58. intellectum præſtare ſuum aſſenſum vtrique iuxta motiua ſibi propoſita. Non inuenio præceptum ſequendi opinionem tutiorem, cùm nec dabile ſit, aliter vanum eſſet, & inutile tutamentum oppoſitæ opinionis, quæ ſolum eſt tuta, & ſic eſſet tuta, & non tuta, quod implicat in ſuis terminis. Deindè ſi vna eſt tutior; ergo amiſerunt æqualitatem, & ſic aduerſarius
44 nihil librauit circa illas. Quoad librationem inæqualium opinionum nihil probat in re; ſed ſolum declarat differentiam inter opinionem probabiliorem, & minus probabilem, comparando inter ſe pondera ipſorum motiuorum, quod vnum excedit alterum, non tamen deſtruit; remanet ergo certitudo, veritas, & tutamentum, & ſecuritas in vtraque opinione, ita quod magis, & minus nequaquam deſtruunt gradum poſitiuum, in quibus eſt certitudo, &c. indicantia rectitudinem operis faciendi.

45 Duodecimum deſumitur ex 3. Eccli. num. 27. *Qui amat periculum in illo peribit.* Qui non vitat quantum poteſt periculum peccandi materialiter, adhibita ſcilicet diligentia morali, quando vitare tenetur, amat periculum, & perit in eo, ſeu peccat formaliter. Sed qui ſequitur minus probabilem non vitat periculum, peccandi materialiter, quod tenetur vitare adhibendo diligentiam; ergo peccat formaliter. Maior ab omnibus conceditur. Minorem probat; quia ex duabus opinionibus oppoſitis oportet alteram eſſe falſam, & falſitas veriſimilius ineſt minus probabili, ergo.

46 Reſpondeo ſupponit periculum peccandi in opinione probabili, quod nuſquam probauit. Minoris probationem concedo de falſitate demonſtratiua, & rei, quæ inuincibiliter ignoratur, & ideo nec exponit ſe periculo, nec peccat, *ex Fund.* 3. *num.* 27. ſed rectè operatur, cùm opinio habeat ſuam certitudinem, & veritatem moralem, quod ſufficit ad rectè operandum.

47 Decimumtertium: *Sub num.* 265. ex 3. Regum cap. 12. *Reſpondit Rex populo dura, derelicto conſilio ſeniorum, quod ei dederant, & locutus eſt eis ſecundum conſilium iuuenum.* Reprehenditur Roboam, non quia conſilium iuuenum non haberet aliquam probabilitatem, nè ſcilicet populus aſſueſceret liberè loqui, & ſeditionem excitaret, ſed quia iuniorum conſilium prætulit conſilio ſeniorum, non alia de cauſa, niſi quia melius eſt hoc, quàm illud. Confirmat id *ex cap. De quibus diſt.* 20. ibi: *Seniores Prouinciæ congrega, & eos interroga*, & cap. fin. diſt. 84. ibi: *Gloria ſenum canities*, id enim importat prudentiam, & ſapientiam; ſed qui ſequitur minus probabilem, ſequitur conſilium deterius, & minus ſapientum, ac proindè repræhendendus, &c.

Reſpondeo eſſe diſparem rationem; 48
nam conſilium iuuenum erat improbabile & iniquum, ac proindè repræhenditur Roboam, quia tale conſilium acceptauit. In caſu autem noſtro comparantur ad inuicem duæ opiniones circa idem ſecundum minorem, & maiorem probabilitatem. Ad confirmationem dico, quod etiam viri docti eſto ætate iuniores ſunt ſapientes, & prudentes, conſequenter dare poſſunt bonum conſilium, vnde Gloſ. *V. Seniores* tales intelligit non ætate, ſed ſapientia, citat *præfatum cap. fin.* Illi autem iuuenes erant tales ætate, & nullo modo ſeniores, nec ſapientia, nec ætate, & ſic non faciunt ad rem.

Decimumquartum: *ex* 2. *de Anima* 49
tex. 152. dicitur: *Intelligere in quo eſt rectè quidem prudentia, & ſcientia, & opinio vera, non rectè autem contraria horum.* Rectè autem intelligere eſt ſequi opiniones veras; qui autem ſequitur minus probabiles vt plurimum ſequitur falſas. *Confirmat*, nam ratione naturali diſcernimus quid ſit bonum, quid ſit malum, quia ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus Dei, & hoc lumen eſt lex naturæ, quæ eſt impreſſio diuini luminis in rationali creatura 1. 2. *q.* 91. *art.* 2. lumen enim naturale intellectus nihil eſt aliud, quam manifeſtatio veritatis, *ex eodem q.* 67. *art.* 1. Ad hoc etiam facit textus *in cap. Abbas ſanè* §. *Cæterum*, ibi: *Nec etiam Iudex ipſe cognita realiter veritate, pronuntiare in contrarium poſſet cum libera conſcientia, & ſecura.* De ſent. & re iud. in 6.

Reſpondeo Ariſtoteles bene lo- 50
quitur,

Digitized by Google

quitur, ſed malè citatur; verum enim eſt, quod intellectus ſi ducatur à prudentia, à ſcientia, & opinione vera, non aberrat à veritate, ſi tamen contrariis afficiatur, decipitur, vt explicant ibi Conimbr. *verſ. Non igitur idem.* Certum autem eſt, quod opinio probabilis habet in ſe veritatem, ex quo eſt probabilis. *Fund.* 1. *num.* 14. *& Fund.* 2. *num.* 67. & illi opponitur ſolum improbabilis, & falſa opinio,
51 qualis non eſt probabilis. Ad confirmationem dico, quod lumen naturale, quod eſt lex naturæ inclinat nos ad cognitionem boni, & mali, vt illud amplectamur, & hoc fugiamus, non tamen abſtergit à nobis ignorantiam, cum qua naſcimur; ſed egemus labore, quo neque vt plurimum tranſire poſſumus ab opinione ad ſcientiam. Lumen ergo naturale quod nos inclinat non manifeſtat ſemper veritatem, & licèt D. Thom. *in indice Lugdun.* 1588. dicat, quod lumen naturale intellectus nihil aliud eſt, quam manifeſtatio veritatis, hoc tamen in terminis non dicit locis citatis. Ad præcitatum caput dico, nihil contra nos, cum verè Iudex non poſſit pronuntiare contra veritatem ſibi notam, ſiue ſit moralis, ſiue demonſtratiua per euidentiam facti.

52 Decimumquintum: *ex cap. In Canonicis diſt.* 19. ibi: *In illis ſcripturis, quæ non ab omnibus recipiuntur, præponendas eſſe eas, quas plures, grauioreſque recipiunt, eis, quas pauciores, minoriſque auctoritatis Eccleſiæ tenent.* Ergo ex ſententia Auguſtini iuxta plura, & grauiora motiua eſt iudicandum, ac proindè opinio probabilior ſemper eſt ſequenda.

53 Reſpondeo primò textum loqui de Canonicis ideſt, ſacris ſcripturis recipiendis, ne verbum quidem de opinionibus. Secundò applicemus eam doctrinam ad opiniones, & tunc argumentum probat contra Aduerſarium, quia illa opinio eſt recipienda, quam plures, & grauiores recipiunt; ſed recipientes hancopinionem, quod opinio minus probabilis licitè recipi poſſit, ſunt multò plures, & grauiores, quam ſint auctores negantes poſſe licitè recipi, vt notum eſt ex dictis *in concl. per totam*; ergo ſecundum D. Auguſtinum ſequi poteſt licitè opinio minus probabilis. Deindè S. Aug. loquitur de pluralitate auctorum, non motiuorum, vnde non benè infert ſuum intentum.

Decimumſextum ex S. Ioanne 54
Chryſoſtomo Homil. 44. in cap. 23. in Matth. *Si veſtimenta empturus giras vnum negotiatorem, & alterum, & vbi meliores veſtes inueneris, & pretio viliori ab illo comparas. Quomodo non oportet populum circuire omnes Doctores & inquirere, vbi ſincera veritas Chriſti venundetur, & vbi corrupta, & veriorem eligere pluſquam veſtimentum?* Et tales eſſe inexcuſabiles, ſi errant in fide, dixerat paulò ante. Vnde redarguit Auctores dicentes, eum eſſe tutum in conſcientia, qui propoſitum habet varios Doctores conſulendi, quouſque inueniat aliquem reſpondentem iuxta ſuum deſiderium, quos citat *ſub n.* 30. cum quibus eſt Sanchez, *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 29.

Reſpondeo non facere ad rem, 55
cum ſanctus apertè loquatur de veritate fidei, vt teſtatur etiam ipſe aduerſarius, qui proindè nihil ad rem dicit.

Decimumſeptimum ex Tullio de 56
ſenect. *Magna felicitatis eſt veras opiniones in ſenectute ſaltem aſſequi.* Sed veras opiniones per rei euidentiam aſſequi non poſſumus, cùm moralia ſaltem vt in pluribus non ſint demonſtrabilia; ergo vt veras aſſequamur, magis probabiles aſſequi debemus, non minus probabiles, quę plerumque ſunt falſæ.

Reſpondeo nihil probare; quia 57
opinio probabilis ex quo eſt talis neceſſariò eſt vera non veritate euidenti, & demonſtratiua, ſed morali, vt docent etiam aduerſarij, & cùm veritas illius non deſumatur à comparatiuo, ſed à poſitiuo ipſius probabilitatis, non eſt recurrendum de neceſſitate ad probabiliorem, quæ nec Cicero dixit, probatur autem quod diximus *ex Fund.* 1. *num.* 56. *Fund.* 6. *numero* 6. *Euerſ.* 13. *&* 17. *&* 18. Nec placet quod dicit: *Cum moralia vt in pluribus non ſint demonſtrabilia.* Simpliciter enim in practicis non ſunt demonſtrabilia, aliter eſſent ſcientia, cui ſoli competit demonſtratio, non autem opinioni vt ſic, vt diſtinguatur à ſcientia, ac proindè neque opinioni probabiliori conuenit euidentia demonſtrationis.

Decimum

58 Decimumoctauum ex D. Thom. *Quolib.* 3. *art.* 10. dicente, in his, quæ ad fidem, & mores pertinent, nullum excuſari ex ſimplicitate, ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius Magiſtri, reddit rationem; quia in rebus dubiis non eſt de facili præſtandus aſſenſus. Loquitur ergo S. Thomas de dubio, quod oritur ex diuerſitate opinionum, ac ideo peccat, qui eas non examinat, vt ſequatur veras. Multa alia dicit, quæ cum his coincidunt, & ideo omittuntur.

59 Reſpondeo non facere ad rem primò; quia non loquitur de opinione probabili, ſed improbabili, ſeu conſcientia potius errante, ſeu dubia. Secundò videtur magis loqui in ordine ad fidem, & mores vniuerſæ Eccleſiæ ſpectantes, in quibus præfatæ conſcientiæ locum non poſſunt habere, non autem de licitis, nec illicitis actibus humanis.

60 Decimumnonum, *in Clem. vn. de ſumma Trin.* determinatur eſſe eligendam magis probabilem, ibi: *Opinionem ſecundam tanquam probabiliorem, &c. duximus eligendam.* Item in cap. Capellanus, de Feriis, ibi: *Sed poſterior ſententia meliori, & ſubtiliori nititur ratione.* Inſtit. de empt. ibi: *Sed Proculi ſententia dicentis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus, meritò præualuit.* Illud autem verbum *meritò* idem importat, quod rationabiliter, & de iure. Vndè ille textus probat efficaciter rationis, & iuris eſſe, vt in contrarietate opinionum præualeat probabilior; & illa ſententia Proculi dicitur verior *in ff. de contr. empt.*

61 Reſpondeo *ſuprà Fund.* 1. *num.* 55. *& in concluſ. num.* 93. Priorem opinionem in Clem. haberi pro improbabili, cum poſterior à quampluribus habeatur pro fide. Nec obſtat, quod Papa appellat poſteriorem probabiliorem, ac proindè priorem probabilem. Quia in toto diſcurſu nec illam vocat probabilem, & ideò duxit eligendam poſteriorem, quaſi excludendo à priori probabilitatem. *In cap. Capellanus,* Papa non interrogatur ſuper vſu opinionum; ſed quænam illarum ſit probabilior, & reſpondet prædictam, nullam illarum reprobando; reprobatio enim non præſumitur, niſi de ea

63 expreſsè conſtet, vt probaui *Fund.* 6. *num.* 9. *& concluſ. num.* 80. *ad* 83. *Ad Inſtit.* dico, eo tempore antiquo vtraque opinio erat probabilis, deindè facta improbabilis; quia luce poſtmodum clarius ſemper fuit permutationem, & emptionem fuiſſe duas ſpecies diſtinctas, de quibus dixi *Fund.* 1. *num.* 34. *& concl.* 78. Per hanc legem 64 aduerſarius non poterat probare ſuum intentum; quia vt dixit *ſub num.* 15. cum verſamur in materia, quæ ad fidem, vel mores non pertinet, licet vnicuique eligere opinionem etiam minus probabilem ex D. Thoma, *quolib.* 3. *art.* 10. quia hic locum habet illud Roman. 14. *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.* Fruſtra ergo miſcuit 65 illas auctoritates, ex quibus proindè nihil pro ſe intulit. Imò videtur ſibi contradicere, ſi comparentur loca citata *in concluſ. num.* 31. *&* 3. *cum præcitato num.* 15. *paulò ſuprà.*

Vigeſimum deducit ex formulis, 66 quibus vtuntur Doctores Claſſici in opinionibus eligendis, & quæſtionibus decidendis. Conſtringo ſic. *Primò,* Aliquando opiniones referunt, nullam expreſsè approbantes, & tunc tranſeunt cum vltima. *Secundò,* quandoque aliis relinquunt cogitandum, quia non audent determinare præ dubio. *Tertiò,* aliquando vnam approbant, & oppoſitam reprobant. *Quartò,* aliquando adhærendo vni, aliam cenſentur reprobare, licèt id clarè non explicent, *in cap.* 1. *de pœnis in* 6. imò approbantes probabiliorem contrariam refellunt, *ex Clem. de ſumma Trin.* Deindè *quintò* quamvis affirment aliquid eſſe probabilius, ſeu verius, non tamen indè licet inferre, vt ſenſerint contrariam eſſe probabilem, aut veram, vt perperam dicunt aliqui Recentiores. Demum *ſextò,* Legiſtæ ex duabus nunquam in ſuis lecturis dicunt vnam communem, aliam melioribus rationibus fulcitam, vnam veriorem eſſe, æquiorem alteram; vnam defendi poſſe in puncto iuris, aliam eſſe ſequendam in conſulendo, & iudicando, &c.

Reſpondeo in genere, parum re- 67 ferre præfatas Doctorum formulas, & cum non inferat ex illis ſuum intentum, & cum Doctores non faciant ius, nec obligent ad ſequendum eorum opiniones; non enim ſunt Legiſlatores. *Ad* 1. 2. *&* 3. dico, nihil contra nos. *Ad* 4. falſum eſſe, quod adhærentes

rentes vni, aliam reprobent, niſi ex-
preſsè dicant eſſe improbabilem, re-
probatio enim cum ſit odioſa debet
eſſe clara, *Fund. 6. num. 9. & Concluſ.*
68 *num.* 81. Et non poteſt dici improba-
bilis, niſi per Doctorem conuincatur
talis indubitatis argumentis, Caſtro-
pal. *part. 1. de conſcientia diſp. 2. p. 1.*
num. 2. in præcitato cap. 1. de Pœnis in 6.
ne verbum quidem de opinione.
69 *Ad 5.* falſum eſt; quando enim di-
cunt vnam opinionem eſſe probabi-
liorem, ſeu veriorem, certè licet in-
ferre contrariam eſſe probabilem; ta-
lis enim eſt natura comparatiuorum,
vt vnum non deſtruat poſitiuum in
altero, & ſic probabilitas licet maior
vnius non deſtruit alterius probabili-
tatem, relinquendo eam in ſuo gra-
du, vt dixi *ſupra hic num.* 11. Et res
ita clara eſt, vt oppoſitum ſentiens
dicatur ignorare quid ſit comparati-
uum? Si dicas, Petrum eſſe doctio-
rem Paulo, nunquid Paulus caret do-
ctrina? Nequaquam. Similiter ſi di-
cas hæc opinio eſt probabilior; ergo
per hoc contraria non erit probabi-
lis? Qui hoc negat, ignorat naturam
70 comparationis. *Ad 6.* quid dicant
Doctores circa communes opiniones
hoc parum refert; certum tamen eſt
apud omnes, quod communes opi-
niones circunferuntur etiam ab anti-
quis, & tituli inſcribuntur: *Opiniones*
communes contra communes, & commu-
niores. Patet ergo ex dictis, nihil in-
ferri contra vſum opinionis minus
probabilis.

71 Vigeſimumprimum: Opinio com-
munis eſt probabilis 1. *Topic. cap. 1.*
Probabilia enim ſunt, quæ videntur
omnibus, vel pluribus; ergo ample-
ctenda, *ex l. 1. ff. de offic. quæſt.* ibi:
Sanè crebrior apud veteres opinio eſt, &
in cap. Nouimus, de verb. Sign. Si ta-
men vnius Doctoris opinio ſit proba-
bilior, verior, & melioribus rationi-
bus firmata, tenenda eſt, non verò
communis, *ex cap. 1. de iis, quæ fiunt*
à maior. cap. Sanè diſt. 9. l. 1. §. Sed ne-
que C. de veter. iure enucl. In Nicæna
72 Synodo relata *cap. Nicæna diſt.* 31. lau-
datur opinio Paphnutij, quod Epiſ-
copi, & Presbyteri non tenerentur
ſe abſtinere ab vxoribus ductis ante
conſecrationem, quia erat probabi-
lior. Communis opinio habet vim con-
ſuetudinis, ſed conſuetudo non vin-
cit rationem *l. 2. C. quæ ſit longa conſuet.*
ergo nec communis opinio vincit ra-
tionem, *ſupple tu* ſcilicet vnius Do-
ctoris *facientis ſingularem opinionem*
probabiliorem firma ratione contra com-
munem. Non dimittitur ergo ratio
propter humanam auctoritatem. Se-
quens tamen opinionem communem
excuſatur in foro externo, non in-
terno, ex mente Innoc. Bart. *in leg.*
final. Codice de pœnis iud. quia de-
buit eligere eam, quæ validioribus ra-
tionibus firmatur. Quamobrem ſi
opinio communis eſt probabilis, &
tamen non licet eam ſequi, ſi oppoſita
ſit magis probabilis; ergo non licet
ſequi probabilem relicta probabiliore.

Reſpondeo communi opinione exi- 73
ſtente probabili, eſto ſingularis ſit pro-
babilior, amplecti adhuc poteſt com-
munis, dicit enim M. Socinus *part. 1.*
conſil. 31. num. 7. quod ſeruanda eſt,
& conſil. 67. num. 10. conſil. 95. num. 37.
quod à communi non eſt receden-
dum in iudicando, ſi ſit optima ra-
tione munita, Rota *part. 4. tom. 3.*
dec. 704. n. 6. Obtinet enim vim legis,
Rota *part. 4. tom. 2. dec. 94. n. 10.* Vndè
ab ea non eſt recedendum, Rota
part. 6. dec. 272. n. 21 part. 9. deciſ. 150. 74
n. 158. ex Rubeo, vbi plura de opinio-
ne. In noſtra ergo eſt voluntate ſequi
communem contra ſingularem licet
probabiliorem, quæ certè rarò videtur
dabilis. Ex eo autem quod continet
vim legis, habet rationem in ſe; cum
lex ſit ordinatio rationis, ac proindè
ſequens communem non dimittit ra-
tionem reſpectu ſingularis relictę con-
tra Aduerſarium. Præterea commu- 75
nis non caret ſua ratione, aliter non
eſſet probabilis; & ſi caret ratione, vt
videtur ſupponere Aduerſarius, dum
eam comparat conſuetudini, quæ non
vincit rationem, & ſic eius argumen-
tum nihil probat. In præcitata lege *de*
Quæſtorib. ſolum dicitur, quod eſt anti-
qua opinio quæſtores præceſſiſse Ma-
giſtratum. Sed quid indè? cum ſequa-
tur contra Aduerſarium, etiam illis
temporibus viguiſſe vſum opinionis
probabilis, quod tamen negat, vt vi-
ſum fuit. *In c. Nouimus,* ſolum dicitur,
quod erat in opinione, & ſit lex. *In*
capite, Nicæna, nihil ad rem, ſed ſo- 76
lum narrabitur, quod Paphuntius
ſuaſit Concilio, nè poneret legem
ſacerdotibus abſtinendi ab vxori-

bus, ne lex eſſet occaſio fornicandi. Res ergo non erat in opinione, ſed in diſpoſitione legis. Et in aliis, locis nihil concludit, nec infert pro
78 ſe. Nec Bartol. diſtinguit de foro externo, nec conſcientiæ, ſed ſolum dicit, quod opiniones legem faciunt incertam, & propter hunc errorem probabilem excuſatur, nihil ergo dicit de comparatione opinionum.

79 Vigeſimumſecundum ex Edicto Theodoſij hoc: *Vbi diuerſæ ſententiæ proferuntur, potior numerus vincat auctorum, vel ſi numerus ſit æqualis, eius partis præcedat auctoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui vt ſingulos vincit, ita cedit duobus.* Si ergo opinio probabilior ex principio extrinſeco ſequenda eſt, à fortiori ſi eſt probabilior ex vtroque.

80 Reſpondeo eam auctoritatem procedere, & locum habere in ſuffragiis dandis ex ſola aſſertione fundata in dicto ſentientis ſine argumento, & ratione, ideo non multum quadrat in re noſtra, qui agimus de opinione fundata in ratione, ſine qua non poteſt eſſe probabilis, adeo quod auctoritas nihil facit ad opinionem, quæ caret ratione, vt dixi *Fund.* 1. *num.* 14. *&* 19. Deindè id non regiſtratur in corpore iuris. Nec tenemur ſequi iura in hoc, quæ non pertinent ad animam.

81 Vigeſimumtertium. Probatio plenior abſorbet, & confundit minus plenam directè oppoſitam, *cap. Propoſuit, de cler. excom. min.* Gloſ. *V. Mentionem. cap. In noſtra, de Procur.* Ac proindè teſtes numero plures præualent paucioribus, *cap. Licet, de Probat.* In diſcordia præualet iudicium plurimorum. Duæ rationes vnam vincunt. Et ratio fortis tollit minus fortem. Probabilitati ergo ſiue ſumatur à principio extrinſeco, ſiue ab intrinſeco, ſemper præualet opinio probabilior, quæ pluribus nititur auctoribus, aut validioribus argumentis, & abſorbet, & confundit minus probabilem.

82 Reſpondeo argumentum procedere in probationibus, vt clarè colligitur ex allegatis *in prædicto*, non autem in opinionibus, in quibus proceditur per rationes, non per teſtificationes, nec per coniecturas; opinio enim propriè non pendet ab auctoritate credentis, ſed à pondere rationis, cui adiuncta auctoritas opinantis auget probabilitatem opinionis iam conſtitutæ in ſuo eſſe probabili ex ratione.

Vigeſimumquartum deducit ex 83
more, & conſuetudine ciuitatum totius Orbis, ſecundum quam decidi ſolent cauſæ ex pluralitate ſuffragiorum; & id eſt conforme iuri communi, vt in omnibus actibus vniuerſitatum ſemper præualeat ſententia maioris, & ſanioris partis, &c. Cur ergo idem dicendum non eſt in controuerſiis moralibus, vt ſententia probabilior præualeat minus probabili, quippe pars probabilior poteſt dici pars maior ex principio extrinſeco, cum habeat auctores numero plures, & grauiores. Item dici poteſt pars ſanior ex intrinſecis rationibus, ergo.

Reſpondeo argumentum probare 84
electionem eſſe faciendam ex maiori parte ſuffragiorum, quod nihil probat contra opinionem probabilem, nec pro probabiliore; quia opinio non conſtat ex ſuffragiis, ſed conſtituitur in ſua probabilitate per rationes. Deindè opinio per extrinſecam auctoritatem non fit probabilis, ſed per rationem, cui addita auctoritas auget probabilitatem, *ex Fund.* 1. *num.* 14. *&* 18. *& hic num* 80. Inſuper argumentum probat opinionem eam eſſe probabiliorem, quæ pluribus conſtat auctoribus, quod tamen non ſemper verum eſt, vt deducitur *ex l.* 1. *§. Sed neque C. de veteri iure enucl.* non enim attenditur multitudo auctorum, ſed ratio inducens probabilitatem in opinione, *ex dictu Fund.* 1. *num.* 37. 38. *&* 39. vt docet etiam ipſemet Aduerſarius *numero* 436. *&* 437.

Vigeſimum quintum deducit ex 85
Decretis nonnullarum Religionum, quæ præcipiunt ſuis ſubditis, vt ſequantur opiniones probabiliores, apud Clericos Theatinos obligantibus ad peccatum mortale ex Merenda *in Præfatione pagina* 174. *numero* 415. *&* 486. & tale Decretum eſt etiam apud Trinitarios Redemptionis Captiuorum, ne Lectores doceant opiniones minus probabiles, ſed

Digitized by Google

ſed communiores, & probatas ſententias.

86 Reſpondeo primò hæc decreta ſunt peculiaria illis religioſis, nec poſſunt per id damnare opiniones probabiles. Deindè è contra apud Dominicanos habetur hæc conſtitutio. *Tertium eſt auſteritas in conſiliis, & opinionibus, tenentur enim homines ex hoc in tantum, vt ſalutem propriam negligant, quapropter, & relaxanda eſt, quantum fieri poteſt rigiditas, & auſteritas in conſiliis, ac homines benignè tractandi ſunt.* Demum audio à perſonis regularibus ea decreta non obligare ad culpam; quod confirmatur, quia Paſqualigus, & Diana Theatini vt plurimum docuerunt opiniones minus probabiles earum amatores. Et Franciſcus de Sancto Iuliano Ordinis Diſcalceatorum Trinitatis in ſuo Tribunali Regularium plures tenet opiniones probabiles; ergo præfatum fundamentum eſt deſtructum.

87 Vigeſimumſextum deſumitur ab auctoritate Synodi Epiſcopi Graſſenſis in Gallia inſtruentis confeſſarios ad ſequendam opinionem probabiliorem pro ſuis pœnitentibus.

88 Reſpondeo pertinere argumentum ad confeſſarios illius Epiſcopi; nec indè ſequitur, vſum probabilis eſſe damnatum.

89 Vigeſimum ſeptimum deducitur ex pluribus aſſertionibus Parochorum Pariſienſium, & Rothomagenſium damnatis, præſertim hanc, contra quam agitur.

Reſpondeo vt in præcedentibus 25. & 26.

90 Vigeſimumoctauum: Imprudenter agit, qui pro regula ſuarum operationum vtitur iudicio probabili, & ſequitur opinionem, quam putat probabilem, minimè reflectens ad motiua oppoſitæ. Agit autem imprudentiùs, qui ex æqualibus ſequitur minus tutam; ergo imprudentiſſimè, qui ſequitur minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliore, & tutiore, quia tunc magis accedit ad illud extremum, quod probabilius poteſt eſſe falſum, cum eius contrarium probabilius ſit verum; opinio enim minus probabilis in concurſu probabilioris magis habet ſpeciem mali, quam boni; nam quanto ſua contradictoria apparet magis vera, tanto hæc minus probabilis apparet falſa. Multa adducit exempla, quæ ſupponunt, vel opinionem eſſe verè improbabilem, vel in eis eſſe certum periculum. Et ideò ea omitto, quia nobis non obſtant, qui probauimus *in Concluſ.* nullum dari periculum in opinione probabili. Alia congerit *à n.* 293. *ad* 297. & quia ſunt ſpeciales opiniones relinquo, cum ſolum intendam in genere defendere vſum opinionis probabilis.

Reſpondeo primò confundere concluſionem cum argumento probante; 91 nam debuiſſet probare antecedens, quod eſt concluſio impugnanda. Deindè prudenter agit, qui cognita 92 probabilitate ſuæ opinionis, operatur non facta reflexione ad oppoſitam; quia quamvis oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant; tamen ſufficienter lucent, licet minus eluceſcant; ratio enim facit clareſcere probabilitatem, & veritatem moralem in opinione, ex probatis *Fund.* 1. *num.* 48. *&* 56. *Euerſ.* 13. *&* 39. Ad rationem dico, 93 Aduerſarium loqui de vero & falſo acceptis phyſicè, & ex parte rei, quod cum à nobis ignoretur, non poteſt dici, quod ſequens probabilem magis accedat ad falſum, ſed ſolum quod eſt minus verum moraliter; ſufficiens tamen ad rectè operandum, magis enim & minus non tollunt veritatem exiſtentem in vtraque opinione, ex probatis *Fund.* 1. 94 *num.* 56. *Euerſ.* 39. ac proindè falſum eſt, quod probabilis in concurſu probabilioris habeat ſpeciem falſi, cum ex ſua probabilitate neceſſariò includat veritatem moralem, ex mox dictis. In his enim attenditur veritas moralis, quæ cognoſcitur ab opinante, quæ cum ſit in vtraque ſecundum magis, & minus, non poteſt dici, quod probabilis magis accedit ad falſitatem, ſeu appareat falſa, & probabilior magis vera, cum vtraque ex parte rei ſit inuincibiliter ignota; ſi enim cognoſceretur in ſe, iam non eſſet opinans, ſed ſciens.

Trigeſimum ſumitur ex abſurdo 95 iudicis ſequentis opinionem minus probabilem in iudicando ex rationibus leuioris momenti, relicta probabiliore, quæ nititur validioribus rationibus; ſiquidem ſecundum Baldum iudicium

dicium non poteſt flecti in illam partem, pro qua ſunt leuiota motiua, cum opinari non ſit in nobis; ideo non poteſt eligere opinionem minus probabilem. *Multa alia congerit ad hoc in ordine ad iudicem.*

96 Reſpondeo me conſentire in hoc, quod Iudex debet iudicare ſecundum opinionem probabiliorem, ad fauorem ſcilicet eius, qui habet potiora iura, quia leges & Canones hoc idem ſtatuunt. Meum intentum eſt ſolum probare, quod licet vſus opinionis minus probabilis, contra quam minus bene, minus probat aduerſarius etiam præſenti argumento ſæpius reiecto; falſum enim eſt intellectum non poſſe ſe flectere ad aſſenſum probabilis, cum moueatur à ſuo obiecto; cum ergo illi primo occurrere poſſit ratio valida, non validior, ſufficiens ad conſtituendam opinionem in probabilitate, ſequitur, quod opinans poteſt liberè dependenter tamen à voluntate elicere probabilitatem, vt etiam probaui *hic numero* 15. 21. 23. *&* 24.

97 Trigeſimumprimum accipitur ex tertio abſurdo, quod eſt de adminiſtratione ſacramentorum, in quo ſequendo opinionem minus probabilem quis exponit ſe periculo faciendi irritum ſacramentum, & ſic grauiter peccat; exemplo Scoti *in* 4. *diſt.* 11. *q.* 6. vbi dicit grauiter peccat conſecrando in amylo; quia eſt materia dubia ſacramenti. *Diſtinguit autem inter hac duo.* An aliquid liceat? & an ali-
98 quid fiat? Ad primum, ait ſufficere iudicium probabile, quod ſit licitum, quia in moralibus ſufficit certitudo ex probabilibus. Quod impugnat *ſub num.* 99. Ad ſecundum dicit, quia effectus dependet non ſolùm à noſtro iudicio, ſed etiam à determinatione, & operatione alterius, non ideo illud fiet; quia iudicamus, ſi operatio alterius aliter ſe habeat; nam ſolum iudicium non ſufficit, vbi factum requiritur, *cap. Paſtoralis, de offic. ordin.* vbi Gloſ. fin. *cap.* 1. & ibi Gloſ. V. *volun-*
99 *tatem, de eo, qui mittit in poſſeſſ.* Vnde in primo ſequens magis probabilem non exponit ſe periculo faciendi illicitum; vtique in ſecundo exponit ſe periculo non faciendi, quamvis opinionem ſequatur etiam probabiliorem, & imprudenter in confectione ſacramenti; quia cum poſſit ſequi partem certam in conficiendo ſacramentum, ſequitur probabilem, & non tutam. Ergo non tantum ex charitate, ſedetiam ex reuerentia debita ſacramento debetſequi partem certam ad faciendum ſacramentum. Et ex his 100
patet reſponſum ad Sanchez, qui *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 33. & Vaſquez 1.2. *diſp.* 29. *q.* 43. dicunt, nos poſſe in his ſequi minus probabilem; quia nullum abſurdum, nec irreuerentia infertur ſacramento, cum ſit contrarium probatum ex dictis.

Reſpondeo in ſacramentis ſpectari 101
duo, vnum ex parte ipſius compoſiti moralis ex materia, & forma certis à Deo inſtitutis, & hæc mutare, & variare; nullum ſit ſacramentum, ſi mutatio eſt ſecundum ſubſtantiam; ſi vero mutatio eſt tantum accidentalis, licet ſacramentum valeat, peccatur tamen; quia violatur præceptum de ſeruandis materia, & forma, quæ ſunt certæ, in conficiendis ſacramentis, & in his nulla opinio quæcunque ea ſit, excuſat, cum non fundetur in ignorantia inuincibili, cum ſacramentorum materiæ, & formæ ſint omnino certæ, & nobis euidentes, & in hoc ſenſu, ſi loquitur aduerſarius, bene loquitur. De his mutationibus vide S. 102
Thomam, Scotum cum ſuis *in* 4. *diſt.* 3. *q.* 2. *&* 3. Brancatum *diſp.* 2. *de ſacram. ab art.* 4. Alterum ſpectandum ſe tenet ex parte ſubiecti, & miniſtri, reſpectu quorum licitus eſt vſus opinionis relicta probabiliore, vt patebit *in ſequenti reſponſione ad Fund.* 32.

Trigeſimumſecundum: *ſub n.* 304. 103
deſumitur ex abſurdo in adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ; quia ſi Confeſſarius ſequitur opinionem pœnitentis, ipſe deſinit eſſe Iudex, & ille euadit Iudex non amplius reus, quod eſt abſurdum, in foro enim conſcientiæ Iudex cogitur ſequi iudicium rei, non reus iudicium Iudicis citatur Suarez *de pœnit. diſput.* 32. *ſect.* 5. *numero quarto.* Pontius *de matrimonio capite* 25. *numero* 8. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 5. *quaſt.* 7. *pag.* 4. *fine.* Imò Sanchez *lib.* 1. *capite* 9. *numero* 27. *&* 29. dicit, eſſe abſoluendum pœnitentem in ſua opinione minus probabili, aliàs peccat mortaliter. Amplius addit Sancius *diſputatione* 33 *numero* 54. etiam ſi Confeſſarius credat illam eſſe

falſam,

Digitized by Google

falſam, modo probabilis reputetur inter Doctores probatę auctoritatis, pręfatus Valentia cum Sanchez, hæc autem eſſe abſurda notum eſt, &c.

103 Reſpondeo nullum eſſe abſurdum, niſi imaginarium, ſi ſequatur confeſſarius opinionem probabilem pœnitentis circa agibilia, exempli gratia, de obligatione ieiunij, reſtitutionis, reſeruationis, &c. an mortale, an veniale, an valeat contractus, &c. in his enim Confeſſarius non ſolum poteſt, ſed etiam tenetur abſoluere pœnitentem ſecundum ſuam opinionem; quia eſt bene diſpoſitus, habens omnia requiſita ad dignam abſolutionem; opinio enim ex quo eſt probabilis, non facit pœnitentem indiſpoſitum, neque indignum abſolutione, cum opinio non pertineat ad actus pœnitentis. Eſt non ſolum præcitatorum opinio, ſed multorum aliorum apud illos, cum Sayro *lib.* 1. *Clauis Reg.cap.* 9. *n.* 13. & dictus Sancius citat pluſquam quadraginta, & hos ſequitur Brancaſus *diſp.* 21. *de Pœnit. num.* 171. qui *in præcedenti num.* 165.

104 ait, in iis, quæ reſpiciunt poteſtatem miniſtri, non poſſe ſequi opinionem pœnitentis; & *num.* 166. neque in iis quæ reſpiciunt eſſentiam ſacramenti, nec diſpoſitionem pœnitentis, cum enim hæc ſint eſſentialia per opinionem quamcunque non poſſunt immutari, cum ea ſit reputanda falſa, vt dixi *in præcedenti numero* 101. alios refert Diana pro ſe *part.* 2. *tr.* 13. *reſol.* 11. Neſcio qua ratione aduerſarius velit natare ſecurus in torrente cæterorum ſine ſubmerſione, cùm

105 alis careat protectionis. Ratio eius probans abſurdum nullius eſt momenti; cum pœnitens ſemper remaneat reus, & nullatenus fiat Iudex, per hoc, quod rogat, non cogit confeſſarium ad abſoluendum, ſed debet ex eo, quod ceptum iudicium perficere tenetur ad fauorem pœnitentis, ex quo probatur dignus, cum ei nihil deficiat, ex quibus dependet obligatio abſolutionis.

106 Trigeſimumtertium: *ſub num.* 306. ex abſurdo, quod bellum ſit vtrinque iuſtum, ex Sancio *diſp.* 44. *num.* 58. cum enim bellum ſit contrariorum, neceſſe eſt, vt vna pars foueat iniuſtitiam: ſi enim vnum contrariorum eſt æquum, aliud neceſſe eſt, vt ſit iniquum, *l.* 1. *ff. de his, qui ſunt ſui.* Et qui eſt in poſſeſſione dicitur habere potiora iura; etiam ſi nullum ius habeat, *l. vti frui* §. *Fortè ff. ſi vſuſfr. pet.* Caſtrenſ. *lib.* 2. *conſ.* 76. & alia congerit eiuſdem perſuaſionis, quod iniuſtus poſſeſſor manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, *ex cap. In literis, de reſtit. ſpoliat.*

Reſpondeo communiſſima opinio 107 eſt, dari poſſe vtrinque iuſtum bellum, ſi opinio verſetur circa ius, quia cum ex parte rei ſit ignota veritas phyſica à nobis inuincibilis, ideò in hoc caſu attendenda eſt opinio, quæ reſpectu vtriuſque partis eſt vera moraliter; ergo iuſtum bellum ex hoc capite: Ita quatuordecim cum Diana *part.* 1. *tract.* 13. *reſol.* 8. contra paucos, *& part.* 6. *tract.* 4. *reſol.* 24. De Lugo *diſp.* 16. *de iuſt. num.* 104. *verſ. ſecundò*, Ioſeph de Ianuario *part.* 1. *reſol.* 44. *num.* 16. *& de caſibus reſeruat. reſol.* 54. *num.* 4. Sancius *diſput.* 44. *numero* 58. rem fusè tractans, Baſſæus *V. Bellum num.* 9. Et ex his patet ad argumentum aduerſarij, nullum ſequi abſurdum ex opinione hac, cum fundetur in ratione probabilitatem tribuente opinioni, vtraque enim opinio fouet iuſtitiam ſecundum quod in vtraque parte reperitur probabiliter in eſſe opinatiuo; non autem ex parte rei, cùm id ignotum ſit inuincibiliter partibus, ac proindè excuſantur à peccato; damna verò, quæ indè ſequuntur non perueniunt ex opinione, ſed ex mala conditione militum, qui ad omne malum procliues ſunt.

Trigeſimumquartum: *ſub num.* 311. 108 deſumitur ex ſexto abſurdo, quia licitum eſt ſequi opiniones probabiles, & iudicare modo ſecundum vnam, modo ſecundum alteram; hoc autem eſt abſurdum; quia qui iudicat ſecundum vtranque in rei veritate neceſſariò ſequitur falſum, *ex* 2. *Perhierm. &* 1. 2. *quæſt.* 17. *art.* 4. Vndè aduocatus non poteſt patrocinari pro vtraq; parte ſcienter; quia ex vna parte ſemper tueretur iniuſtam cauſam ſcienter, &c.

Reſpondeo eſſe abſurdũ, circa ean- 109 dem rem, & negotium iudicare, & aduocare in fauorem vtriuſq; quia circa illud impoſſibile eſt fauere vtriq; cum reſpondendum ſit ſecundum allegata,

Digitized by Google

& probata, quæ vni ſunt fauorabilia, & alteri nociua. Circa eandem perſonam exerceri poſſunt oppoſitæ opiniones, quia id ſuadent diuerſa mo-
110 tiua, ex quibus moueatur opinans ad reſpondendum aliter. Certè aduocatus vtrique parti ſeruire non poteſt, quia prohibetur; id enim eſt ſignum auaritiæ, & iniuſtitiæ. Quod vero poſſit patrocinari contra opinionem probabiliorem, docent quindecim Doctores relati apud Dianam *part. 2. tract. 13. reſol. 4.* Vericellum *tract. 1. q. 21. n. 2.* Nihil inueni in S. Thoma.

111 Trigeſimumquintum *ſub num.* 314. ſumitur ex ſcandalo, quod oritur ex vſu opinionis probabilis; nam ſecundum hunc fas erit marito adhærere vxori ſuæ ab ea petendo debitum, ſequendo ſententiam probabilem validitatis matrimonij; modo eidem denegare illud, illamque dimittere vt concubinam, & aliam ducere ſequendo contrariam opinionem æquè, vel magis probabilem nullitatis matrimonij, *ex cap. Inquiſitioni, de ſent. excom. cap. Literas, de reſtit. ſpoliat.* Adducuntur alia exempla, quibus ſuadet eadem abſurda, quibus reſponſum iam fuit in præcedentibus.

112 Reſpondeo nullum eſſe ſcandalum, quia qui prudenter agit neminem ſcandalizat, vnde informatus ſi ſcandalizatur, dicitur ſcandalum Phariſaicum arg. eorum, quæ habet Nauar. *conſ. 89. num. 8. de Regular.* eſt doctrina D. Thomæ 2. 2. *q. 43. art. 7. in corp.* Ad caſum matrimonij plerique
113 Doctores ad mentem illorum capitum dicunt, quod coniux dubius de valore matrimonij, poſt adhibitam diligentiam conuenientem, depoſito dubio, poteſt non ſolùm debitũ reddere, ſed etiã petere, quia per eam dubitationem non fuit ſpoliatus iure ſuæ libertatis; quæ depoſita tranſit in opinionem probabilem. Refert Barb. *ad cap. inquiſitionis cit. num. 5.* cum aliis Diana *part. 10. tract. 13. reſol. 7. verſ. Sed hic notandum*, dixi etiam *concluſ. 42. & ad cap. Literas 13. de reſtit. Spoliat.* dixi *Fund. 1. num. 55. Concluſ. num. 88.* expreſsè enim Papa dicit, ſe nullam ex illis opinionibus damnare, quod
114 feciſſet, ſi ex eis oriretur ſcandalum. Falſum autem eſt, quod ſupponitur ab Aduerſario de mutatione opinionis in caſu matrimonij; nam ſi depoſito dubio petat debitum, ita ſuam firmat opinionem, vt ab ea recedere non poſſit dimittendo vxorem, & aliam ducendo, quia firmauit matrimonium, & vxori facit iniuriam.

Trigeſimumſextum: *ſub num.* 219. 115
ex octauo abſurdo, quod læditur libertas, & immunitas Eccleſiaſtica; quia Theologi quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti amplectuntur opiniones, quæ fauent iuriſdictioni ſeculari, vt grati fiant Principibus.

Reſpondeo nullum indè oriri ſcan- 116
dalum, niſi Phariſaicum, quando dant bonum conſilium, eſto contineat opinionem minus probabilem; in hoc enim ſe prudenter gerunt; ſi verò malum ſit conſilium, iam eſt extra opinionem, & ſic fundamentum aduerſarij non facit ad rem.

Trigeſimumſeptimum: *ſub n.* 320. 117
ex nono abſurdo; quia hæc doctrina reddit homines ignauos, eoſque ab omni ſtudio contemplandæ veritatis abducit; dum enim ſciunt eſſe opiniones probabiles, & habere libertatem ſequendi modò vnam, modò alteram, non curant ſtudere. *Hic eſt ſuccus huius fundamenti.*

Reſpondeo imò magis augetur ſtu- 118
dium, & labor in harum diſceptatione, quod antiquiores non multum obſeruarunt contenti vnica ſententia non vlterius procedentes. Ignorantes verò non poſſunt his incumbere propter defectum capacitatis. Argumentum ergo retorquetur contra Aduerſarium.

Trigeſimumoctauum: *ſub n.* 322. 119
ex decimo abſurdo, quod eſt de relaxatione conſcientiæ. Referendo diuerſas opiniones relaxantes, ſecundùm eius opinionem, vnam tantum refero *ſub num.* 316. Regulares probabiliter opinantur Papam non poſſe ad præſcriptum Regulæ reformationem indicere, præter conſuetudinem, quæ in religione vigebat tempore profeſſionis emiſſæ. Vnde auſi ſunt debitam obedientiam denegare mandatis Papæ, & tamen hæc opinio eſt manifeſtè falſa, & contra *cap. Ex parte, de regul. cap. recolentes, & cap fin. de ſtatu mon.* & contra concilium *cap. 1. ſeſſ. 25.*

Reſpondeo quando opinio eſt verè 120
probabilis non relaxat conſcientiam, ſed eam continet intra limites honeſtæ operationis,

Digitized by Google

operationis ; tunc enim conſcientia relaxatur,cum ſit aliquid prohibitum. Ad caſum reformationis dico, Summum Pontificem determinaſſe loca reformationis pro Nouitiis, & alia pro profeſſis ſub reformatione, & nihil determinaſſe pro manentibus in aliis conuentibus ; ergo reliquit eos viuere ſecundum conſuetudinem; quia non poteſt cogere eos ad arctiorem vitam, quam profeſſi non ſunt, vt eam amplexentur ex vi profeſſionis antiquæ vel inducendæ, vt latiùs probaui *in tract. de Paupertate Religioſa, c.21.præſertim q.14.*

121 Trigeſimum nonum *ſub n.*330. ex vndecimo abſurdo, quod eſt de effrænata multitudine probabilium opinionum. Cùm enim nulla ferè ſit veritas moralis, quæ plauſibili aliqua ratione oppugnari non poſſit, nulli dubium eſt, quin omnis regula morum poſſit euerti ex libertate opinandi, etiam in præceptis naturalibus, & diuinis, ac proinde in omnibus ſunt opiniones probabiles pro vtraque parte. Imò volunt ex ſimplici auctoritate vnius docti fieri probabilem, apud Sanchez *l.1.c.9.n.7.* Dianam *p.4.tr.4. reſol* 30. Auctor Modernus, id eſt, Caramuel, ſic probat : Sententia illa proculdubio eſt probabilis, quæ pro ſe habet quatuor ſaltem Doctores probos, & doctos ; ſed ſententia, quæ docet opinionem reddi probabilem ex auctoritate vnius Doctoris habet pro ſe quatuor ſaltem Doctores probos, quos *ſuprà* retulimus ; ergo probabilis eſt. *Infert aduerſarius* ; ergo licet ſequi omnes opiniones etiam erroneas, &c. *Alia ſubdit perſuaſiua, &c.*

122 Reſpondeo negando hanc effrænatam multitudinem opinionum ; ſi enim opinio eſt verè probabilis continetur ſub fræno prudentiæ ; experientia verò docet, quod ſicut infiniti poſſunt eſſe actus humani, ita & infinitæ de illis opiniones, quæ tamen refrænantur per rationes quibus fiunt probabiles, & cùm non omnes habeant ſuam rationem, nec omnes ſunt probabiles. Non ergo homo doctus habet libertatem faciendi omnes opiniones probabiles, ſed tantùm illas, quibus ineſt firma ratio. Vnus Doctor quamuis pius ſimplici ſua auctoritate opinionem facere probabilem ſine ratione, quæ eſt anima opinionis non poteſt, vt probaui *Fund.*1. *à n.*15. *ad* 23. Ad argumentum Caramuelis dico, ipſum probare, ſi ſupponat ineſſe rationem opinioni, quæ augeatur poſtea auctoritate extrinſeca, vt reuera ſupponit, cum dicat *ſub n.*100. & alibi, quod ea opinio eſt probabilis, quæ ratione nititur, & in terminis *ſub n* 1358. Quod infert licere ſequi etiam erroneas, erroneum eſt, hoc dicere, quia à probabilibus non infertur ad erroneas in bona conſequentia.

Quadrageſimum, *ſub n.*335. deſumitur ex duodecimo abſurdo de innumeris opinionibus falſis, temerariis, & ſcandaloſis, quæ ex libertate eligendi quaſcumque opiniones probabiles in dies prodeunt. Refert quamplures, quarum aliquæ ſuſtineri poſſunt, aliæ non; quia ſimpliciter nullam habent probabilitatem meo iudicio. 123

Reſpondeo argumentum hoc eſſe inſufficiens ; quia non omnes ſunt improbabiles, neque ex illis ex inſufficienti enumeratione infert ſuum intentum. 124

Quadrageſimum primum *ſub numero* 337. ſumitur ex Epiſtola typis excuſa ad Archiepiſcopum Mechliníenſem tranſmiſſa ad Eminentiſſimos Cardinales anno 1654. 17. Iulij, ſunt in ea opiniones decem ſeptem non tolerandæ ; & ſubiungit aliàs viginti ſex damnatas per facultatem Louanienſem ; ſex verò aliæ ab eodem relatæ damnatæ fuerunt de mandato Alexandri VII. anno 1659. 30. Ianuarij. 125

Reſpondeo nihil infertur contrà nos ; & quia hæc noſtra non exprimitur inter damnatas ab Alexandro, nec ab illis facultatibus. Et quia cenſura facta ab illis facultatibus ligat ſolum ſubditos illorum Prælatorum. 126

Quadrageſimum ſecundum & vltimum fundamentum *ſub num.*40. accipit ab auctoritate Doctorum, de quibus *ibidem.* Sed quoniam directè non infringunt ex diametro noſtram concluſionem, cum non dicant non licere opinionis probabilis vſum, ideo omittuntur ; non enim ex hoc antecedenti : S. Thomas, Scotus ſequitur hanc opinionem, quæ eſt probabilior, infertur hoc conſequens ; ergo nunquam ſequuntur 127

opinionem probabilem, aut dicunt non eſſe ſequendam.

De Opinionibus oppoſitis æqualibus in probabilitate.

Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. D. meus Fagnanus *ſub n.*125. ponit hanc concluſionem: *Qui iudicat duas opiniones oppoſitas eſſe æqualiter probabiles, vel quaſi æqualiter, non eſt moraliter certus, ſed dubius.* Eam probat decem ſeptem argumentis *à num.*126. *ad* 159. vbi incipit vltimum argumentum, quod multis confirmat vſque ad 211. poſt quod ſibi obiectis reſpondet.

128 Probat primò, *ſub n.*126. Quia eſt impoſſibile non ſolum moraliter; ſed etiam naturaliter, quod idem intellectus ſimul opinetur duas opiniones contrarias æquè probabiles. *Probat*, quia opinari eſt iudicare ex probabilibus coniecturis rem veram eſſe, illi aſſentiendo non cum omnimoda certitudine, ſed cum formidine partis oppoſitæ; eſt ergo iudicium probabile de veritate alicuius rei. Poſitis verbis

129 Ariſtotelis 2. *Anima, text.*153. Opinari non in nobis eſt, neceſſe enim falſum, aut verum dicere. *Refert differre hæc duo*, vt aliud ſit propoſitionem iudicare probabilem; & aliud eam opinari, ſeu iudicare probabiliter eſſe veram. Inter hæc quatuor ſunt differentiæ.

130 Prima, quia cum iudicamus propoſitionem eſſe probabilem, hoc iudicium non cadit ſuper illius veritate; ſed ſuper probabilitate; non enim iudicamus illam eſſe veram, ſed tantum eſſe probabilem. At contra cum propoſitionem opinamur, iudicium noſtrum eſt de illius veritate cum formidine; quia opinando putat verum eſſe.

131 Secunda differentia eſt; quia propoſitionem iudicare probabilem, non eſt illi præſtare aſſenſum opinatiuum, ſeu probabiliter illi aſſentiri tanquam veræ, cum hoc iudicium, vt prædixi, non ſit de veritate propoſitionis; ſed tantum de illius probabilitate, ideoque multas propoſitiones probabiles iudicamus, & tamen eas non ſequimur. Sed è conuerſo propoſitionem opinari, ſeu iudicare probabiliter veram eſſe vtique eſt illi aſſenſum præbere cum formidine.

Tertia, quia cum iudicamus propoſitionem eſſe probabilem, huiuſmodi iudicium eſt euidens; & ſcientificum, non opinatiuum; certò enim cognoſcimus rationes illius eſſe ſenſibiles, & non conuincentes, vnde non opinamur eſſe probabiles, ſed ſcimus; neque enim opinari, & ſcire contingit idem ſimul, 1. *Poſt.* 20. & id concedunt aduerſarij. Contra verò cum propoſitionem opinamur, ſeu veram eſſe credimus, eique aſſentimur cum formidine alterius partis, certum eſt hoc iudicium non eſſe ſcientificum; quia opinio contra diſtinguitur à ſcientia. 132

Quarta conſurgens ex prædictis eſt; quia cum vnam iudicamus probabilem, poſſumus ſimiliter alteram iudicare probabilem contradictoriam. Ratio eſt, quia cum hoc iudicium non ſit de veritate propoſitionis, ſed de eius probabilitate ex prima differentia, & probabilitas poſſit æquè conuenire vtrique contradictoriæ, & ſic intellectus poteſt iudicare vtramque probabilem; quamquam enim ſit impoſſibile, vt intellectus determinet ſe ad contradictoria, putans aliquid eſſe verum, & falſum, licitum, & illicitum, tamen hæ duæ propoſitiones. *Probabile eſt, hoc eſſe verum, & licitum. Et probabile eſt hoc eſſe falſum, & illicitum*: non ſunt contradictoriæ, quia vtrumque ſimul poteſt eſſe probabile, cum probabilitas æquè conueniat vero, & falſo, ac proinde id non implicat, cum etiam ab aduerſariis admittatur. At è conuerſo cum opinamur vnam partem contradictionis, eidemque aſſentimur opinatiuè, & probabiliter, minimè poſſumus illius contradictoriam ſimul opinari, & in praxi ſequi, quia cum iudicium opinatiuum cadat ſuper veritate propoſitionis ex prima differentia, ſicut eſt impoſſibile, vt duæ contradictoriæ ſint veræ, ita impoſſibile eſt, vt illas ſimul opinemur, ſeu veras eſſe iudicemus etiam probabiliter, & cum formidine. Confirmat ex Ariſtotele 4. Metaph. cap. 1. *Impoſſibile namque eſt quempiam idem putare eſſe, & non eſſe.* Et propè finem ſubdit: *Impoſſibile eſt ſimul eundem arbitrari eſſe, & non eſſe, ſimul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re* 133 134 135 136

haberetur

Digitized by Google

haberetur mendax. Multa alia congerit, quæ prædictorum ſunt confirmatoria, ideo nè ſim prolixus oportet prædictis reſponſum præbere.

137 Reſpondeo negando eam impoſſibilitatem; intellectus enim potens eſt ad oppoſita, vt probaui hîc *n.*15. 21. 23. 24. *&* 25. nam motiuum ſiue forte, ſiue fortius in ratione probatiui ſe offerens acceptatur ab intellectu, qui ſimul cum eo generat probabilitatem in opinione; quandoque autem poteſt motiuum minus firmum; firmum tamen ſe primo repræſentare intellectui quærenti veritatem in opinione, & altera vice occurrit ſibi fortius motiuum pro contraria opinione, quam proinde cognoſcit eſſe probabiliorem; nihil ergo prohibet, quin intellectus poſſit ſibi formare opiniones contrarias tùm inæquales, tùm æquales; dum ſibi occurrunt diuerſa motiua ſecundum

138 magis, & minus, vel æqualiter. Neque puto aduerſarium illud *ſimul* accipere ſimulctate temporis, ſed ſimultate veritatis rei, cum non poſſint eſſe ſimul veræ, & falſæ, ſecundum phyſicam veritatem, vtique verò ſunt ambæ veræ veritate morali, vt probaui *Fund.*2.*n.*16.27.*ad* 40.

139 Quod ait, aliud eſſe iudicare opinionem probabilem, & eam iudicare probabiliter veram, ex eo, quod reſpectu primi iudicium cadit ſuper probabilitate, non ſuper veritate, cum iudicium ſit de illa, non de hac, & iudicium de probabilitate eſt ſcientificum, non verò de veritate iudicium eſt ſcientificum, ſed tantum opinatiuum; iudicium de probabilitate ſtat ſimul cum veritate, & falſitate probabilitatis, iudicium veritatis ſtat cum

140 formidine. Quod ait, inquam, mox conſtrictum, nihil probat reuera, quia poſita probabilitate in opinione neceſſario ſequitur in ea veritas, quam exigit ipſa opinio, ſcilicet moralis; nam ratio firmans opinionem, vtramque illi communicat indiuiſibiliter, probabilitatem ſcilicet, & veritatem moralem, *ſuprà hîc num.*13.17.18.20. *&* 39. ſtante ergo hac indiuiſibilitate, & coniunctione ſequitur fruſtratorias eſſe præfatas differentias ad intentum probandi eam concluſionem, quam impugnamus. Addo, ad quid quærere in opinionibus probabilitatem per rationes, & argumenta, niſi eo fine, vt poſſimus deuenire in cognitionem; an opinio ſit vera, & ſufficiens ad licitam operationem, quam intendit opinans? Valet ergo ſic arguere: Opinio eſt probabilis; ergo vera: Eſt vera; ergo probabilis. Allatæ ergo differentiæ non tollunt, quod diximus, nec probant, quod intendit aduerſarius.

Diſplicet valdè, quod ſubiungit, 141
probabilitatem æquè conuenire verò, & falſo; eſt enim id apertè falſum, cum probabilitas indiuiſibilis ſit moraliter à veritate morali; ratio enim quæ conſtituit opinionem in eſſe probabili non poteſt inficere probabilitatem, aliter ratio non eſſet, ſed error, probabilitas ſiquidem eſt ad rectum non ad obliquum, *Fund.*2.*n.*67. Radix æquiuocationis conſiſtit in eo, quod confunditur veritas rei cum veritate morali; his enim cognitis, tollitur æquiuocatio. Demum Ariſtoteles loquitur de veritate, & falſitate rei, reſpectu cuius vnum ſemper verum, alterum falſum, extra moralia; ſed quid hoc ad opinantes, qui ignorant huiuſmodi ex parte rei, ideo inter moralia non veniant in conſiderationem.

Probat ſecundò, *ſub n.*139.ex Ari- 142
ſtotele, quia liberum nobis non eſt opinari; neceſſe enim eſt, vt potentia moueatur ab obiecto, vnde ſi motiua perſuadeant aliquid eſſe verum, non poteſt intellectus exiſtimare illud eſſe falſum; neque è contra, cum ex duabus opinionibus contrariis vna ſit vera, altera falſa. *Proſequitur rem hanc, & exornat.*

Reſpondeo negando defectum hu- 143
ius libertatis, vt probaui *ſub num.*137. nam intellectus moueri poteſt ab obiectis licèt inæqualibus, & iudicare ſecundum eorum exigentiam, opinionem eſſe minus, vel magis probabilem. Ariſtoteles enim non negat ſimpliciter eſſe liberum intellectui opinari; ſed eo modo, quo imaginatio imaginatur pro ſuo libito; quia mouetur, ſicut intellectus, vt dixi *hîc ſub n.*5. quod non negat aduerſarius *ſub numero* 140. Quod ait, ex contrariis opinionibus vnam eſſe veram, alteram falſam, procedit de phyſicis, vt mox dixi *n.*141. non de moralibus, vt dixi *num.* 93.

Probat tertiò, *ſub n.*142.*ex c.*9.*Topic.* 144
*l.*1. his verbis: *Sunt autem problemata, &*

Digitized by Google

& de quibus contrarij ſunt ſyllogiſmi, dubitationem enim habent, vtrum ſic ſe habeant, an non? eo quod de vtriſque ſunt rationes ſuaſibiles. Ecce textus expreſsè ponens in opinionibus dubitationem; cum enim quælibet res in ſe certa ſit, & infallibilis, intellectus tamen propter ſuam imbecillitatem non intuetur res ſicut ſunt, ideo contraria ratiocinatur dubitando; quia problemata dubitationem non habent intrinſecè, & ſecundum rei veritatem, ſed ſecundum apprehenſionem humanam; quare ſequitur, quod is, qui iudicat duas opiniones oppoſitas eſſe æqualiter probabiles, non eſt moraliter certus, ſed dubius.

145 Reſpondeo, Ariſtoteles nihil contra nos; nam ibi loquitur de dubitatione in ordine ad veritatem phyſicam & rei; quia qui eam ignorat dicitur dubitare, ſiquidem dubitans non diſtat ab ignorante, vt dixi *Fund.* 3. *n.* 16. De dubio, quod non reperitur in opinione, *Fund.* 1. *n.* 10. *&* 59. *Fund.* 2. *n.* 3. *&* 4. Loquitur ergo Ariſtoteles de dubio in ordine ad rem, quæ ignoratur, non in ordine ad opinionem de cuius aſſenſu, & veritate morali conſtat.

146 Probat quartò, *ex cap. Nerui, diſt.* 13. vbi pluribus exemplis oſtenditur, eum, qui agitatur contrariis opinionibus, & per rationes ſuaſibiles impellitur in vtramque partem, propriè habere conſcientiam dubiam, quem textum ponderat Anchar. *conſ.* 210.

147 Reſpondeo, legi totum textum, & etiam Gloſſam, & nihil inueni contra vſum opinionis, cuius nomen nec exprimitur in textu.

148 Probat quintò, *ſub n.* 149. *ex c. Fraternitatis, de frigid.* vbi lata fuerat ſententia ſeparationis thori ex errore probabili, vt patet ibi: *Sententiam diuortij per errorem licet probabilem nouimus eſſe probatam.* Et tamen Innocentius III. dicens rem tunc temporis fuiſſe dubiam, ex illis verbis: *Quamdiu articulus iſte dubitabilis erat*; ponderatur ab Oldrado *conſ.* 285.

149 Reſpondeo in eo textu ne verbum quidem de opinione propriè dicta procedente à ratione, ſed ibi ſolum ſermo eſt de obſtetricibus teſtibus in caſu ibi propoſito, quæ compertæ ſunt erraſſe non vitiosè, ſed probabiliter, id eſt, ſine materia, & peccato, protuliſſe ſuum teſtimonium, ſecundum quod ſententia lata fuit, vnde potius facit pro nobis, quod agens probabiliter licitè operatur; alium enim ſenſum non poſſunt habere verba relata, vt clarè colligitur per Gloſſ. *V. Per errorem.* Sequentia verba: *Quamdiu articulus iſte, &c.* referuntur ad ingreſſum mulieris, de cuius profeſſione dubitabatur, vt patet in textu.

Probat ſextò, *ex c. Illud, de præſumpt.* 150
vbi in articulo; an inter liberum, & ſeruum fuiſſet contractum matrimonium necnè; ponderantur rationes pro vtraque parte probabiles, & tamen res dubia æſtimatur, vt patet ibi: *In huiuſmodi dubitatione.*

Reſpondeo de opinione propriè 151
dicta ne verbum quidem, ſed ibi rem dici dubiam ob diuerſitatem iudiciorum, quæ ad ſe inuicem aduerſabantur, ideo nihil ad propoſitum, cum de nulla opinione fiat mentio.

Probat ſeptimò, efficaciter *ex c. In-* 152
quiſitioni, de ſent. excom. de quo 2. *Fundam.*

Reſpondi hîc *num.* 113. *& concluſ. num.* 42.

Probat octauò, *ex cap. Illud, de Cler.* 153
excom. min. & cap. Per venerabilem, §. rationibus: Qui filij ſint legit. c. Veniens, de Presbyt. non baptiz. de quibus dixit *in Fund.* 3. 4. *&* 5.

Reſpondeo in his textibus ne ver- 154
bum quidem de opinione; Sed tantum de rebus dubiis, obſcuris, & ambiguis, & ſic non faciunt ad rem.

Probat nonò, *ex cap. Literas, de reſtit.* 155
ſpoliat. Papa, vt videt opiniones Doctorum probabiles, reputat illam materiam dubiam, nec libenter illis detrahit.

Reſpondeo facit pro nobis; quia 156
nullam ex illis opinionibus reprobauit, vt clarè ibi dicitur, vt obſeruaui, *Fund.* 1. *num.* 55. *in concluſ. n.* 88. *& hic n.* 114. Ne mireris, ſi in totis locis mihi occurrit explicatio illius capitis; quia huius mihi occaſionem dedit dominus meus, qui idem ſolet ſæpius repetere.

Probat decimò, *ſub n.* 150. ex Ari- 157
ſtotele deducit Baldus *in l. De ſtatu, ff. de teſtam. n.* 1. Dubitatio eſt æqualitas contrariarum ratiocinationum; nam ex Sylueſtro dubitatio non habet rationem probabilem ad alteram partem

tem

tem tantum, ſed ad vtramque æqualiter, vel quaſi, &c.

158 Reſpondeo nihil probare; quia aliud eſt dubitatio, aliud opinio, vt dictum fuit *Fundam.*1. *num.*59. *Fund.*2. *num.*3. *ad* 8.

159 Probat vndecimò, quia dubium eſt, cum intellectus inter duas partes conſtitutus, quarum altera affirmat, altera negat, remanet ſuſpenſus, & neutri aſſentitur, qui non habet ſufficientia motiua magis pro vna parte, quàm pro altera, &c.

160 Reſpondeo totum eſſe verum, ſed ex eo nihil inferri poſſe; quia in ſententia omnium valdè differunt conſcientia dubia, & opinatiua, in quibus aduerſarius non aduertit.

161 Probat duodecimò, quia ex communi Theologorum ſententia, vt quis honeſtè operetur, neceſſe eſt, vt habeat certitudinem ſaltem moralem de honeſtate operationis. Talis autem certitudo non poteſt haberi de vtraque contradictoria, in qua ex vna parte affirmatur honeſtas operationis, ex altera negatur, quando vtraque eſt æquè probabilis, &c.

162 Reſpondeo conceſſa maiore, negando minorem, cuius falſitas pendet ex radice infecta illius contradictionis, quam ſæpius negaui in opinionibus probabilibus contrariis, *Fund.* 2. *n.*28. *ad* 32. cùm ergo vtraque ſit vera, conſequenter etiam eſt certa moraliter; vbi enim eſt veritas moralis, ibi eſt etiam certitudo moralis; quia habent connexionem ad inuicem, ex dictis *Fund.*2. *per totum.*

163 Probat decimo tertiò, quia vbi eſt contrarietas opinionum non poteſt quis aſſentiri vtrique, cum impoſſibile ſit, vt ſe determinet ad oppoſita probabiliter, & cum formidine, vt ſæpius *ſuprà* repetitum fuit, &c.

164 Reſpondeo negando vtramque; experientia enim docet, opinantem poſſe aſſentiri vtrique, cum motiua illum ad vtrumque inclinent; nam conſtat Doctores ſic inueniſſe opiniones contrarias, quæ aliter haberi non poſſunt.

165 Probat decimo quartò, *ſub n.*154. quia in paritate contrariarum motiuum oportet quieſcere, ideo corpus in vacuo nunquam mouebitur 4. *Phyſi.* quoniam non eſt, cum magis determinetur ad vnam partem ſpatij, quam ad alteram. Et corpus, ſi eſſet ex æquo graue, & leue, neque aſcenderet, neque deſcenderet, cum non ſit potior ratio aſcendendi, vel deſcendendi.

Reſpondeo intellectum non quieſcere, ſed motum recipere talem, qualem exigit ratio argumenti mouentis intellectum opinantis, vt probatum fuit *ſuprà hic num.*15. 21. *&* 24. Corpus autem in vacuo ſucceſſiuè moueri poteſt ex ſententia peritiorum S. Thomæ, Scoti, & omnium ferè recent. quos citat & ſequitur Ruccius de Vacuo *q.*3. *n.*21. 166

Probat decimo quintò, *ſub n.*157. quia certitudo nihil aliud, quam determinatio intellectus ad vnum, *in* 3. *ſent. diſt.*23. *q.*2. *art.*2. *q.*3. D. Thom. Non poteſt autem intellectus ſe determinare ad vnum, cum motiua hinc inde ſunt æqualia; quia non eſt ratio cur ſe determinet magis ad vnam partem, quam ad aliam, & ideo cogitur quieſcere; ergo certitudinem non habet, ſed dubitat. 167

Reſpondeo illud intelligendum eſſe de certitudine phyſica, non de aliis, cuiuſmodi eſt moralis, reſpectu cuius intellectus dicitur eſſe ad oppoſita, vt *ſuprà hic num.*25. Et ſic negatur minor; quia argumenta inducentia probabilitatem in opinionibus ſicut ſunt diuerſa, ita diuerſimodè mouent intellectum; aliter non eſſent motiua; ergo non quieſcit, ſed operatur iuxta exigentiam motiuorum. 168

Probat decimo ſextò, *ſub n.* 158. quia iudicare vtramque partem contradictionis eſſe æqualiter probabilem, eſt iudicare vtramque non minus apparere veram, quam falſam; nam quælibet ex proprio motiuo appareret vera, & ex motiuo ſuæ oppoſitæ appareret falſa; vnumquodque enim motiuum quantò magis ſuam partem facit apparere veram, tanto magis ſuam oppoſitam facit apparere falſam, *cap. Hoſpitiolum, fine diſt.*32. cum igitur ex vtraque parte motiua ſint æqualia vtraque pars æqualiter apparebit vera, & æqualiter apparebit falſa, cum opinari ſit iudicare propoſitionem veram cum ſola formidine, quod ſit falſa; ergo cum intellectus iudicat vtramque partem contradictionis eſſe æqualiter probabilem, de neutra poteſt opinari, ſed neceſſariò dubitat. 169

Reſpondeo in hoc argumento nihil probari; quia veritas rei confunditur 170

cum

cum veritate morali; hæc enim inuenitur in contrariis opinionibus ſic ſuadentibus earum motiuis, quæ illis tribuunt certitudinem, & veritatem, ſicut tribuunt probabilitatem; probatum enim eſt, vtramque opinionem quamuis contrariam ſuam vnamquamque habere veritatem, ex quo motiua ſunt vera, *Fund.* 2. *n.* 27. *& hic num.* 162.

171 Probat vltimò, *ſub n.* 159. ex Iſidoro *lib. Etymol.* Dubium eſt motus indifferens in vtramque partem contradictionis; vel ex Baldo, dubitatio eſt æqualitas contrariorum motuum mentis, & tenet medium inter errare, & ſcire. Quamuis autem aliqua opinio per ſe ſolum videatur probabiliter vera, eo quod habeat pro ſe rationes congruas; tamen cum primum apparet, oppoſitam quoque eſſe probabilem rationes illius confunduntur per rationes alterius, & fit æqualitas contrariorum motuum mentis,& ſic dubitatio,nihil aliud eſt, quam æquilibrium intellectus inter duo extrema,&c.

Reſpondeo conceſſis, quæ de du- 172
bia dicuntur; nego ſequentia de opinionibus; ex quo enim ſunt ambæ probabiles, ſunt etiam certæ, non dubiæ; veræ non falſæ, quandocumque motiuum vnius non conuincit de falſitate morali alterum. Et hæc ſatis, multa quidem alia congerit, quæ à præcedentibus parum in re differunt, quæ proinde per hactenus dicta euertuntur.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM MEMORABILIVM in hoc volumine contentarum.

Primus numerus paginam, ſecundus marginalem indicat.

A

Abſolutio.

ABſolutio ſuper venialia datur à Sacerdote nondum approbato ſecundùm Suarez. p.62.n.77

Abſurdum.

Abſurdum ſequitur ex aliquo malefacto, maledicto, vel malè intellecto. p.57.n.50

Academici.

Academici quid negabant & aiebant pro opinione probabili.p.254.n.44. & ſeqq.

Accedens.

Accedens ad ſacram communionem cum peccato mortali an peccet? p.292.n.113

Acceptio.

Acceptio perſonarum prohibetur in iudiciis. p.60.n.68

Accuſator.

Accuſatorem falſum, falſos teſtes, ac etiam Iudicem an liceat innocenti occidere,ſi alia via non poſſit damnum euitare. p.276.n.31

Actio.

Actiones humanæ in genere moris an dicantur licitæ & honeſtæ à probabilitate in gradu poſitiuo;an ſolùm in gradu comparatiuo.p.255. n.56.& ſeqq.

Actus.

Actus elicitus & imperatus quid? p.198.n.6

Actus fidei ſunt liberi. p.199. n.8.& p.201.n.18

Actus intellectus ſunt ſcire,opinari,& credere. q.198.n.5

Actus meritorius debet eſſe bonus & liber. ibid.n.7

Actus humani ſicut poſſunt eſſe infiniti, ita de illis poſſunt eſſe infinitæ opiniones. p.306.n.122

Actui debet ineſſe rectitudo, dum fit. p.159.n.59

Adam.

Adam & Eua nulla opinione probabili potuerunt ſe excuſare circa comeſtionem pomi. p.217.num.4. ad 28

Adminiſtratio.

Adminiſtratio Sacramentorum cum opinione probabili. pag. 160. numero 70

Aduocatus.

Aduocatum meliorem quærunt litigantes. p.57.n.51

Aduocatus an poſſit patrocinari pro vtraque parte. pag.305. num.108. & ſeqq.

Æqualitas.

Æqualitas motiuorum non reddit intellectum dubium. p.190.n.37 Nec impedit eius motiua.pag. 193. num.50

Agens.

Agens contra conſcientiam dubiam, eam non deponendo; an peccet. p.295.n.28

Agens probabiliter licitè operatur. p.310.n.149

Agibilia.

Agibilia ſunt obiectum rationis ſub ratione veri. p.283.n.38

Agnoſcens.

Agnoſcens verum moraliter, non po-

teſt dici dubitans, in eo quod ſcit, p.264. n.18

Alexander.

Alexander VII. quid de Immaculata Virginis Mariæ conceptione dixerit. p.271.n.7

Alexander VII. quas propoſitiones condemnauerit,& quot ſint? p.273. n.10.& ſeqq.

Amalecita.

Amalecitarum totam memoriam non deleuit Saül ex ſua malitia, non quod haberet opinionem de hac re. p.318.n.18

Ampliatio.

Ampliationes varias moralia patiuntur. p.45.n.55

Amydum.

Amydum non eſt materia conſecrabilis. p.153.n.13

Andreas.

Andreas Apoſtolus an vſus ſit opinione probabili. p.287.n.69

Angelus.

Angeli boni non poſſunt peccare, p.285.n.58

Angelus cuſtos populi Iudaïci in Perſide Gabriel. p.120.n.53

Angeli cuſtodes Perſarum & Iudæorum diſcordes in opinionibus. p.120.n.52

Antecedens.

Antecedens non negat conſequentiam negans. p.75.n.37

Antiqui.

Antiqui Canoniſtæ ſequuntur opinionem minus probabilem. p.45. num.51

Antiqui in doctrina non ſunt excellentiores modernis. ibid.n.52

Antonius Merenda.

Antonius Merenda laudatur & impugnatur. p.110.n.1.& ſeqq.

Approbatio.

Approbatio eſt de valore abſolutionis. p.275.n.26

Arbitrium.

Arbitrium non benè regulatum importat verb. *Libet.* p.135.n.54

Arbitrij liberi à nonnullis definitio. p.295.n.23

Argumentum.

Argumenta pro & contra opinionem reſoluuntur ſolùm probabiliter. p.231.n.2

Argumentum omne ſolubile. p.141. num.30

Argumentum probabile vbi eſt, ibi eſt veritas & certitudo moralis. p.262.n.64

Argumenta ſimilia ſeorſim conſiderata non concludunt niſi probabiliter. ibid.n.68

Argumentum ex argumento non conficitur ad probandam concluſionem, ſed vnumquodque ſuam habet vim ad inferendam concluſionem talem, quale eſt eius principium. ibid.

Argumentum Topicum pluribus modis fit. p.269.n.3[illegible] & ſeqq.

Ariſtoteles.

Ariſtoteles explicatur dicens non eſſe liberum opinari. p.29.n.34

Aſcendere.

Aſcendendi vel deſcendendi non eſt ratio potior. p.311.n.165

Aſſenſus.

Aſſenſus in opinione probabili eſt actus prudentiæ. p.260.n.53

Aſſenſus opinionis quibus fortior. p.264.n.21

Aſſenſus non eſt in imaginatione,ſicut in opinione. p.293.n.5

Aſſenſus in rebus dubiis non eſt de facili præſtandus. p.300.n.58

Attritio.

Attritio ſufficiens materia Sacramenti Pœnitentiæ. p.62.n.77

Auctoritas.

Auctoritas ſola dicentis non facit opinionem probabilem, pag. 250. num.19

Auctoritas ſola dicentis non probat ſine ratione. p.289.n.84

Auctoritas nihil facit ad opinionem quæ caret ratione. p.302.n.80

Auguſtinus.

S. Auguſtinus non reprobat opinionem probabilem, pag.65. num.90. pag.123. num.65. & p.225.num.1. & ſeqq.

B

Baptiſmus.

Baptiſmus fundamentum aliorum Sacramentorum. p.130. num.26

Baptizatus.

Baptizatus nondum inualidè ordinatur. p.130.n.26

Infunduntur paruulis gratia & virtutes. p.229.n.12

Digitized by Google

Beatificatio.

Beatificatio & Canonizatio quot modis fiant. p.6.n.10

Bellum.

Bellum vtrimque probabiliter iuſtum, p.244. n.76. & 77. & p.248. num.28

Beneficium.

Beneficij concurrentium æqualium eſt gratificatio Epiſcopi, pag. 81. num.5

Beneficia Eccleſiaſtica gratis non conferre an ſit contra iuſtitiam, p.276. n.35

Beneficiarius.

Beneficiarius an ſatisfaciat pro omiſſione horarum antea ex fructibus beneficij quaſcumque fecerit eleemoſynas. p.277.n.46

Benignior.

Benigniora in dubiis præferenda ſunt. p.265.n.34

Bernardus.

S. Bernardus non reprobat opinionis probabilis vſum. pag. 230. n.1. & ſeqq.

Biblia.

Biblia ſacra qua de cauſa legi prohibeatur. p.272.n.2

Bigamus.

Bigamus an ſit diſpenſabilis ad minores. p.293.n.114

Blaſphemia.

Blaſphemiæ in Deum & ſanctos an ſint eiuſdem ſpeciei. pag. 291. num.104

Bonitas.

Bonitas rectitudinis prouenit tùm à ſcientia, tùm ab opinione. p.159. num.58

Bonum.

Boni priuatio eſt peccatum. pag.156. num.35

Bonum opus à conſcientia inuincibiliter errante, malum verò ab ignorante vincibiliter. pag.11. n.13. & 14

Bonum non poteſt eſſe factum cum peccato. p.11.n.14

Bonum dicentes malum, & è contra. p.138.n.15

Bonum ex integra cauſa. pag. 158. num.46

Bonum minus poteſt eligere voluntas. p.195.n.14

Bonum & perfectum idem. pag.231. num.6

Bonum bono non opponitur, nec verum aduerſatur vero. pag. 256. num.63

C

Candidus Philalethus.

Candidus Philalethus impugnatur. p.46.& ſeqq.

Canis.

Canis Æſopi fabula. p.93.n.59

Canoniſta.

Canoniſtæ antiqui ſequuntur opinionem minus probabilem. pag. 45. num.51

Canonizatio.

Canonizatio quot modis fiat? pag.6. num.10

Carceratus.

Carceratus non peccat licèt erroneè credat ſe teneri audire Miſſam. pag.13.n.26

Caſtitas.

Caſtitas an ſit annexa eſſentialiter regulæ Monachali & ſtatui Religioſo. p.290.n.95

Caſus.

Caſus dubij reſeruatio non eſt. p. 23. num.61

Cauſa.

Cauſam diligentiſſimè inueſtigabat S. Iob. pag. 64. & ſeq. num. 84. ad 88

Cauſâ verâ datâ, datur effectus verus. p.262.n.66

Cautus.

Cautus dicitur operans ſecundùm opinionem probabilem. pag.230. num.7

Celebrans.

Celebrans in amylo an peccet? p.304. num.97

Certitudo.

Certitudo duplex demonſtratiua & moralis. pag.7. num.34. & pag.24. num.9

Certitudo moralis ſpectat ad opinionem. ibid.

Certitudo triplex. p.42.n.31

Certitudo qualis in opinione. p.142. n.39.& p.162.n.6

Certitudo alia ſcientiæ, alia coniecturæ. p.205.n.21

Certitudo & veritas in prudentia non eſt omnimoda. p.162.n.5

Certitudo in ſcientiis moralibus non eſt ita infallibilis ſicut in

Digitized by Google

ſpeculatiuis. p.165.n.22
Certitudo opinionis vocatur probabilis, non euidens, vt rectitudo ſcientiæ. p.169.n.42
Certitudo prudentialis, obiectiua & legalis eſt prudentia; opinionis verò dicitur probabilis. pag. 181. num. 116
Certitudo in prudentia ſumitur à lege, in opinione à ratione. p. 182. num. 122
Certitudo Logica & Phyſica. p. 178. num. 102. ad 116
Certitudinem omnimodam non habet prudentia. p.162.n.5
Certitudinem non dat reflexio, ſed inexiſtentem facit cognoſcere. p.174. n. 70
Certitudo triplex. p.259.n.43
Certitudo naturalis quæ? ibid.
Certitudo moralis fidei quæ? ibid. num. 44
Certitudo eſt adhæſio intellectus obiecto verè moraliter opinato per rationem inducentem opinionem probabilem. ibid.n.47
Certitudo moralis eſt neceſſaria ad rectitudinem operationis. p. 260. num. 49
Certitudo ſcientiæ eſt euidens. ibid. num. 52
Certitudo apparet per rationem illam demonſtrantem. ibid. n. 55
Certitudo moralis eſt illa quæ habetur ex variis coniecturis prudentum. ibid.
Certitudinem vt habeat ſaltem moralem de rectitudine & honeſtate operationis requiri, vt quis rectè operetur. ibid.n.56
Certitudinis & probabilitatis differentia quæ? p.261.n.59
Certitudo moralis in nullo differt à certitudine probabili. ibid.n.61
Certitudo nuncupata moralis à dicente in auribus audientis oritur ex auctoritate dicentis rem ita eſſe. ibid. n. 62
Certitudo in ordine ad opinionem, vnde recipiat ſuam certitudinem moralem. ibid.
Certitudo ex probabilibus idem eſt, ac certitudo probabilis. ibidem, num. 63
Certitudo moralis honeſtans humanam operationem idem eſt ac certitudo probabilis. ibid.n.64
Certitudo probabilis in moralibus ſufficit. p.262.n.66
Certitudo moralis ex vno tantùm medio inferri poteſt. ibid.n.68
Certitudo quid? p.279.n.9
Certitudo moralis circa eligibilia quomodo fiat. p.280.n.18
Certitudo qualis debeat eſſe circa actus humanos. p.281.n.27
Certitudo quotuplex. p.282.n.28
Certitudo ſcientiæ quid? ibid.
Certitudo quid ſit. p.311.n.167

Certior.

Certior via eſt tenenda. pag. 158. num. 48

Certus.

Certum tenendum, incertum relinquendum. p. 158. n.49. p.40.n.19. p. 41. n. 30. & p. 93. n. 59
Certus dicitur rudis alienam ſequens opinionem. p.177.n.94
Certum habere quid ſit? pag. 280. num. 16
Certum quid ſit? p.204.n.14

Chyrographus.

Chyrographus minori pretio emitur. pag. 75. num. 38. & pag. 177. num. 89

S. Chryſoſtomus.

S. Chryſoſtomi ſenſus. p. 299. n. 54

Cingulum.

Cingulum ſacerdotale an requirat benedictionem? p.292.n.111

Circunciſio.

Circunciſio an conferat gratiam iuſtificantem. p.290.n.94

Cognitio.

Cognitio operatiua non prouenit à virtute intellectuali. p.123.n.67
Cognitio opinionis incertæ. p. 165. num. 22

Collimatio.

Collimationis exemplum Candidi. p. 55. n. 40. & 41

Comparatio.

Comparatio non fit per contradictoria. p.253.n.37

Comparatiuum.

Comparatiuum non deſtruit poſitiuum. p.28.n.30
Comparatiuum an deſtruat poſitiuum. p.294.n.11
Illud ſupponit. p.216.n.27
Sumitur propriè & abuſiuè. p.207 num. 28. ad 33

Conceptus.

Conceptus duos habet opinio probabilis. p.68.n.103

Concilium.

Digitized by Google

Concilium.
Concilium Tridentinum qualiter prohibetur interpretari. p.135.n.52
Concilium Trullanum reiectum. p.134.n.48
Concluſio.
Concluſio ſequitur conditionem præmiſſarum. p.170.n.47
Concurſus.
Concurſus opinionem nihil impedit. p.208.n.36
&c. parùm refert. ibid.
Condemnatio.
Condemnatio neminis in foro externo, ob debitum dubium. pag. 19. num. 36
Conditio.
Conditio poſſidentis melior. p. 245. & ſeqq. V. *Melior*, V. *Poſſeſſio.*
Conditio melior poſſidentis habet dubium in dubiis, non in opinionibus. p. 248. n. 20
Confeſſarius.
Confeſſarij opinionem ſequi non tenetur pœnitens. p.232.n.10
Confeſſio.
Confeſſio qualis eſſe debeat. p. 275. num. 27
Congregatio.
Congregationis ſacræ reſponſa quomodo obligent. p.33.n.68.& 73
Coniux.
Coniuges debito dubio poſſunt petere & reddere debitum. pag.129. num. 21
Niſi dubium ſit de morte prioris mariti. p.131.n.32
Coniux dubius de valore matrimonij quid agere debeat. p.306.n.113
Conſcientia.
Conſcientiæ forus & externus eodem modo & paſſu currunt, niſi is fundetur in præſumptione. pag. 18. num. 26
Conſcientiæ forus non eſt rigidior foro externo. p.19.n.36
Conſcientia ſcrupuloſa quid. pag. 7. num. 37
Conſcientiæ timoratæ eſt, timere vbi non eſt timendum. p.96.n.7
Conſcientia eſt ſcientia cum alio. p.1. num. 1
Conſcientia ſpectat ad intellectum. ibid. n. 2
Conſcientia eſt habitus ratione principiorum, actus verò ratione concluſionis. ibid.n.3
Conſcientia ſpectat ad virtutem prudentiæ. p.2.n.6
Conſcientiæ definitio. ibid.n.7
Conſcientia dirigit immediatè electionem, mediatè opus. ibid. n.8
Conſcientia à quo dicatur bona vel mala. p.4.n.21
Contra conſcientiam agere peccatum eſt. p.5.n.24 ad 27
Quinque ſunt eius ſpecies. ibid. num. 27
Conſcientia recta quid. p.8.n.1
Contra conſcientiam agens peccat. ibid.n.2
Nec Deus facere poteſt, quod quis agat contra conſcientiam. ibidem, num. 3
Contra conſcientiam peccatur per vſum & exercitium, non per actum ſpeculatiuum. p.34.n.77
Conſcientia duplex ſpeculatiua & practica. p.9.n.5
Conformantur ad inuicem. ibid. num. 6
Conſcientia erronea quid? pag. 10. num. 1
Conſcientia ſtat cum ignorantia inuincibili. ibid.n.5
Conſcientia ſtat cum ignorantia vincibili, ſed peccaminoſè. ibidem, num. 6
Conſcientia quomodo dicatur recta. p. 11. n. 7
Operandum eſt ſecundum illam niſi deponatur. ibid. n.8
De fide hoc eſt. ibid.n.10
Conſcientiæ actus bonus eſt. ibidem, num. 13
Non peccat agens per ipſam, ſi errat inuincibiliter, aliter peccat. p.12. num. 15
Quale peccatum. ibid.n.18
An grauius peccetur contra illam, quam ſequi illam. ibid.n.19
Faciens aliquid, quod reuera non eſt peccatum, peccat ſolùm venialiter, niſi ſit de obiecto graui. p.13 num. 22
Vtrumque putans peccatum mortale peccat mortaliter. p.14.n.27
Obligat contra præceptum ſuperioris. ibid.n.28
Obliuio excuſat. ibid.n.29
Conſcientia dubia quid? p.15.n.1
Conſcientia ſpeculatiua & practica quid? ibid.n.2
Peccatum eſt agere cum conſcientia dubia. ibid.n.4
Dubitans ſuper vtramque partem

Digitized by Google

agendo peccat. p.161.n.6
Conſcientia dubia deponenda eſt ab eo, qui vult agere. ibid.n.7
Quomodo. ibid.n.9
Conſcientia dubia deponitur per tranſitum ad opinionem. ibidem, num. 10
Conſcientia dubia ſuam habet rectitudinem & certitudinem. pag. 7. num. 36
Conſcientia quid? p.262.n.1
Conſcientiæ diuiſio. ibid.
Conſcientia recta quæ? ibid.n.2
Conſcientia opinatiua quæ? ibidem, num. 3
Conſcientiam rectam inter & opinatiuam differentia quæ? ibid.
Conſcientia errans quæ, ibid.n.4
Conſcientia errare poteſt vincibiliter, vel inuincibiliter. ibid.
Conſcientia dubia quæ? p.263.n.6
Conſcientia ſcrupuloſa quæ? ibidem, num. 7
Conſcientiam dubiam inter & ſcrupuloſam diſcrimen quod? ibidem, num. 8
Conſcientia iudicatiua quotuplex? ibid. n. 9
Conſcientia ſpeculatiua quæ? ibid.
Conſcientia practica quæ? ibid.
Conſcientiam contra dubiam nemo poteſt agere, niſi dubium priùs prudenter deponatur per agnitionem opinionis probabilis. pag. 265. num. 30
Conſcientia dubitans eſt reprobanda. p. 292. n. 107
Conſcientiæ definitio. p.295.n.26
Conſcientia relaxatur cum fit aliquid prohibitum. p.306.n.120
Conſcientia dubia & opinatiua differunt. p.311.n.160

Conſuetudo.

Conſuetudo eſt altera natura. p. 268 num. 22
Conſuetudo vt inducatur ſufficit decennium. ibid.
Conſuetudo nulla induci poteſt contra legem naturalem, nec diuinam. ibid. n. 25
Conſuetudinem contra opinionem allegans, eam probare tenetur. ibid. n. 27
Conſuetudo eſt quid facti. ibid.
Conſuetudo facit licitum, quod alias erat illicitum. ibid.n.28
Conſuetudo non comedendi oua & lacticinia in quadrageſima, an obliget? p.277.n.45

Conſuetum.

Conſuetum fieri dicitur neceſſarium. p. 268.n.26
Conſcientia opinans quid. pag. 23. n. 1. ad 4
Conſcientia opinans non remanet poſt mortem. p.34.n.74
Conſcientiæ opinantis tenetur agens excuſare formidinem. p. 26. n. 18. & p. 34. n. 78
Conſcientia opinans ſpeculatiua & practica eſt. p.35.n.80
Conſcientia opinans quomodo differt à conſcientia errante. p.38.n.10
Si non peccat errans multò minus opinans. p.74.n.32

Conſequentia.

Conſequentiam negans non negat antecedens. p.75.n.37

Conſilium.

Conſilium prudentum ſequens rectè operatur. p. 121. & ſeqq. num. 57. ad 64
Et dicitur opinari. p. 37. n. 8
Conſilium petens ab amico & ei non credens eſt ſtultus. p.104.n.25
Conſilium & præceptum non ſunt circa idem. p.214.n.17.& ſeqq.
Conſilium iuuenum ſecutus Roboam opinatus fuit minus probabiliter. p. 65. n. 88

Conſulere.

Conſulere poſſum minus malum, quod ego facere non poſſum. p.17. n. 14. & 15
Conſulens an in dubio ſit cauſa teneatur. p.21.n.47
Conſulens tenetur de malo conſilio. ibid. n. 48

Conſtitutio.

Conſtitutio rei plura petit, quàm eius conſeruatio. p.97.n.16
Conſtitutio rei quid in moralibus. p. 99. n. 25

Contradictoria.

Contradictoria in moralibus ambo vera. p.108.n.25
Contradictoria videntur opponi melius contrariè p 183.n.2
Contradictoria non ſubduntur legibus localibus. ibid.n.3
Contradictoria quomodo verificantur. p.185.n.15
Contradictoria non habent locum in opinionibus. pag.27.n.21. & p.47. num. 7
Contradictoriæ veræ etiam reſpectu

eiuſdem intellectus ex diuerſitate tamen motiuorum. p.105.n.5
Contradictoriæ duæ non poſſunt eſſe veræ. p.308.n.135

Conuincens.

Conuincens ratio quæ dicatur. p. 30. num. 39

Copula.

Copulam cum ſoluta habens quomodo ſatisfaciat præcepto confeſſionis. p.277.n.38

Corpus.

Corpus in vacuo an poſſit moueri. p. 311. n. 165

Credens.

Credens citò eſt leuis corde. pag. 63. num. 81

Credere.

Credere, & opinari quomodo differant, ſecundùm D. Auguſtinum. p. 125. n. 65
Credere in iure ſumitur deciſiuè. p. 128. n. 17
Credere, intelligere & opinari ſunt diuerſa. p.136.n.3
Credere fidei nemo cogitur ex ſignis licèt euidentibus. p.201.n.23

Credibile.

Credibile poteſt opinari ad vtramque partem. p.200.n.16
Quomodo à credibili non infertur opinabile. p.201.n.17

Credulitas.

ad Credulitatem per quatuor gradus peruenitur. p.295.n.27

Culpa.

Culpa ibi eſt, vbi læſio formalis iuſtitiæ. p.118.n.36

D

Daniel.

Danielis viſio de diſcordia Angelorum. p.120.n.51
Danielis hiſtoria refertur circa vſum opinionis probabilis antiquiſſimum. p.285.n.56

Debitum.

Debitum ob dubium nemo in foro externo condemnatur. pag. 19. num. 36

Declaratio.

Declaratio legis per opiniones non eget noua promulgatione. p. 119. num.45

Declinare.

Declinare ad dexteram & ſiniſtram quid? p.138.n.16

Decretum.

Decretum irritans quid importet. p. 116. n. 28

Definitio.

Definitio bona non includit differentias inferiorum. p.7.n.32
Definitio exacta quid ſit? pag. 249. num. 1
Definitio omnis in iure ciuili periculoſa. ibid.n.2
Definitio eſt bona quæ conuertitur cum definito. ibid.n.3

Demonſtratio.

Demonſtratio competit ſcientiæ: p. 299. n. 57

Denunciator.

Denunciatorem inter & accuſatorem differentia. p.273.n.14

Depoſitio.

Depoſitionis conſcientiæ dubiæ initium eſt electio. p.16.n.10

Deus.

Deus an poſſit diſpenſare in aliquibus præceptis decalogi. p.8.n.4
Deus an prohibeat vſum probabilitatum. p.210.n.42
Deus vnus vnitate eſſentiæ & verè, non ſimilitudinariè, pag. 219. num. 11.
Deus non præcepit proſecutionem opinionis probabilioris. pag. 60. num. 66
Deus explicitè credendus eſt creator, iuſtificator, remunerator, & cum Chriſto redemptor. p. 273. num. 10
Deus & lex non obligant nos ad impoſſibile. p.280.n.17
Deus probabilitatem conſtituit regulam morum. p.211.n.46
Deus facere non poteſt quod quis agat contra conſcientiam. pag. 8. num. 3
Dei omnipotentia ad omne ens. p. 210. n. 41

Dictamen.

Dictamen rationis fundatur in probabilitate poſitiua, non comparatiua. p.209.n.38
Dictamen rationis quid? pag. 294. num. 19

Dictum.

Dictum de aliquo ſpecialiter non extenditur ad ſimilia. p.270.n.50

Differentia.

Differentiæ inter propoſitionem iudicare probabilem, & eam opinari quot

Digitized by Google

quot ſint? p.308.n.129
Differentia prima quæ? ibid.n.130
Differentia ſecunda quæ? ibid. n.131
Differentia tertia quæ? ibid. n. 132
Differentia quarta quæ? ibid. n. 133
Differentias inferiorum non includit bona definitio. p.7.n.32

Diligens.

Diligentem errare non eſt veriſimile. p. 296. n. 34

Diligentia.

Diligentia ſerui. p.58.n.38
Diligentia in agibilibus quæ? p. 296. num. 30

Diligentior.

Diligentior quis eſſe non tenetur. p.52.num. 27
Id enim nullibi reperitur præceptum. p.54.n.36
Deus non obligat ad præceptum. p. 60. num. 65
Diligentior cur ſit homo in temporalibus quàm in ſpiritualibus? p.73. num.28
Diligentior, nec diligentiſſimus eſſe nemo tenetur. p.296.n.32

Diſcrimen.

Diſcrimen an ſit inter iudicium certum moraliter, & opinionem? p.279.n.6
Diſcrimen inter opiniones comparatiuas. p.295.n.20

Doctor.

Doctor à iure habet facultatem interpretandi leges. p.241.n.74
Doctori ſine ratione dicenti non creditur, pag.29. num.38. & p.31. num.46
Doctor eſt teſtis iuris non facti. p.30. num.39
Doctor auget probabilitatem opinionis. p.35.n.79
Doctori ſeu vnicuique perito creditur in ſua arte. p.36.n.83
Doctor vnus contra communem facit probabilitatem. pag.101. n.1. & ſeqq.
Doctorum numerus attenditur in opinionibus. p.44.n.47
Doctor opinionem vltimam præſumitur tenere. p.104.n.88

Doctrina.

Doctrina in opinione quid ſit? p.272. num.1

Doctus.

Doctus ſicut indoctus poteſt ſequi opinionem Doctoris ſine alio examine. p.104.n.24
Docti opinantur ſine formidine actuali. p.166.n.26

Dubietas.

Dubietas eſt filia ignorantiæ, p.264. num.17

Dubitare.

Dubitare de exiſtentia legis aut promiſſionis aliud eſt à modo illis ſuppoſitis. p.20.n.41.& 43
Dubitans non eſt melioris conditionis opinante. p.74.n.33
Dubitare dicitur qui veritatem ignorat. p.310.n.145
Dubitans ab ignorante non diſtat. p.264.n.16

Dubitatio.

Dubitatio tenet medium inter errare & ſcire. p.312.n.171
Dubitatio eſt æquilibrium intellectus, ibid.
Dubitatio illata ex formidine in nullo præiudicat probabilitati opinionis. p.263.n.14
Dubitatio eſt æqualitas contrariarum ratiocinationum. p.310.n.157
Dubitatio & opinio differunt. p.311. num.158

Dubium.

Dubium & opinio differunt. p. 126. num.3
Dubium & formido diuerſa. ibid. num.5
Dubium non cadit inter æquales opiniones. ibid.n.6
Dubia quælibet quæſtio initio dicitur ante deciſionem. p.131.n.30
Dubium non poteſt ſtare cum opinione. pag.87. num.31. & pag.64. num.63
Dubium ſi non eſt mendacium eſt illi proximum. p.157.n.43
Dubium eſt quid maius formidine. p.167.n.31
Dubium, formido, & ſuſpicio ſunt diuerſa. p.167.n.35
Dubium ſpeculatiuum & practicum. p.203 n.6
Dubium refertur ad dubietatem. p.100.n.30
Dubium tollitur per diligentiam, opinionem, & poſſeſſionem. p.100. num.30
Dubium præcedit opinionem. p.23. n.1.& p.131.n.30
Dubium non ſtat cum opinione niſi apud rudes & ſcrupuloſos. p. 34. num.78
in Dubiis tutior pars eligenda. p.40. num.16

Digitized by Google

num.16
Dubium non habet locum in opinionibus. p.40.n.17.& 18
Ea regula explicatur.p.126. n.1. & ſeqq.& p.112.n.1.& ſeqq.
Dubio depoſito coniuges poſſunt petere & reddere debitum. pag.129. num.21
Dubius de ieiunio Euchariſtiam non ſumit. p.21.n.45
Dubio depoſito milites militant.p.22. num.53
Dubium non deſtruit bonam fidem. p.18.n.25
Dubio durante tutior pars eligenda. p.16.n.7.& 11
Dubium quid ſit? p.263.n.6
Dubium quotuplex? ibid.n.10
Dubium poſitiuum quid? ibid.n.11
Dubium eſt motus indifferens in vtramque partem contradictionis. p.312.n.171

Duellum.

Duella an debeant acceptari. p.273. num.11

E

Effectus.

EFfectus non debet præcedere cauſam. p.278.n.46
Effectus vnde pendeat? pag. 304. num.97

Electio.

Electio eſt eorum quæ ſunt ad finem. p.2.n.9
Electio experitur in ipſa applicatione ad opus. p.4.n.18
Electio eſt initium depoſitionis conſcientiæ dubiæ. p.16.n.10
Electio eſt tutioris partis. pag. 16. num.11
Minor pars in electione quandoque vincit. p.69.n.109
Electio voluntatis eſt libera. p. 195. num.12
Electionem immediatè, opus mediatè conſcientia diripit. p.2.n.8
Electio quis actus? p.255.n.59

Eleemoſyna.

Eleemoſynam dans licitè obligat Sacerdotem, vt Miſſam non offerat pro aliis. p.274.n.21

Ens.

Ens poſitiuum, verum, bonum & perfectum eſt opinio. pag.231.n.6. & p.233.n.17

Epiſcopus.

Epiſcopus an poſſit diſpenſare bigamum ad ordines. p.291.n.103

Epiſtola.

Epiſtolam in mortali cantans non peccat. p.232.n.12

Errans.

Errans inuincibiliter non peccat, p.229.n.11

Error.

Errorem nullum præuidere facit formido. p.176.n.83

Eſſe.

Eſſe ſimpliciter eſt priùs quàm eſſe moraliter, pag.10.n.40.& pag.68. num.102

Eua.

Eua, vide *Adam.*

Euchariſtia.

Euchariſtiam non ſumit dubius de ieiunio. p.21.n.45
Euchariſtia remittit oblita inculpabiliter, & confert primam gratiam. p.154.n.24

Euidentia.

Euidentia quid ſit in opinione? p.231. num.3
Eius Iudicium non debet eſſe euidens. p.50.n.18.& ſeq.

Excommunicatus.

Excommunicatus non eſt percutiens, quem probabiliter ignorabat eſſe Clericum. p.134.n.45

Exemplum.

Exemplum ſumptum ex hiſtoria Dauidis pro opinione probabili p.285. num.59
Exemplum aliud ſumptum ex hiſtoria Petri & Pauli pro opinione probabili. p.286.n.60.& ſeqq.
Exemplum aliud pro opinione probabili ex auctoritate Apoſtolorum erga Immaculatam Conceptionem Beatæ Mariæ Virginis.p.287. num.66

Expreſſio.

Expreſſio eorum, quæ inſunt, fruſtra ſit. p.122.n.60

F

Fabula.

FAbula canis Æſopi. p.93.n.59

Factum.

Factum faciliùs ignoratur quàm ius. p.133.n.41

Digitized by Google

Facultas.

Facultatem à iure Doctor habet leges interpretandi. p.241.n.64

Fallacia.

Fallacia compoſitionis & diuiſionis. p.206.n.26

Falſitas.

Falſitas obiectiua & apparens, p.180. num.110

Falſitas non tollit veritatem ex malitia falſificantis. p.182.n.121

Falſitatis formido quomodo ſe habeat in vtraque contradictoria. p.191.n.41

Falſitas quid ſit? p.256.n.6

Falſitatis differentia quæ? pag. 258. num.23

Falſitas Phyſica quæ? ibid.

Falſitas moralis quæ? ibid.n.24

Fides.

Fidei actus ſunt liberi. p.199. n.8. & p.201.n.18

Ex Fide quod non eſt, peccatum eſt. p.5.n.24

Fidei obiectum non poteſt eſſe opinio. p.227.n.1

Fidem habet certam Notarius.p.180. num. 112

Fidei credere nemo cogitur ex ſignis licèt euidentibus. p.201.n.23

Fidem bonam non deſtruit dubium. p. 18. n. 25

Fides, ſpes & charitas ad quid obligent. p.273.n.10

Figura.

Figuræ primæ ſyllogiſmorum fundamentum. p.207.n.28

Finis.

Finis opinantis quis ſit? pag. 266. num. 2

Forma.

Forma tota communicatur ſubiecto, & non ex parte. p.85.n.24

Formido.

Formido in opinione quid? pag. 25. à n. 12. ad 27

In ea locum non habet actualis, ſed tantùm radicalis. ibid.

Quis ſine ea opinari poteſt ex ibi dictis. ibid & p.166 n.26

Formidinis obiectum eſt malum, & tamen formidamus bonum. p. 29. num. 36

Formido radicalis opponitur certitudini reali non probabili, eſt opinionis non opinantis. p.166. n. 28. & p. 174. n. 68

Formido actualis non tollit certitudinem opinionis. ibid.n.29

Formido ſtat cum probabilitate. ibid. num. 30

Formido eſt quid minus dubitatione. p. 167. n. 31

Formido alia Logicalis, alia Moralis. ibid. n. 32

Formido differt à dubio & ſuſpicione. ibid. n. 35

Formido diſtincta in Logicalem & Moralem impugnantur. ibidem, num. 36

Formido eſt timor cum apprehenſione ſine iudicio. ibid.n.35

Formido in prudentia remotè ſe habet, in opinione proximè. p. 168. num. 37

Formido non tollit certitudinem ab opinione. p.169.n.39

Formido eſt paſſio, non eſſentia opinionis. ibid. num. 40. & pag. 172. num. 57

Formido vt ſimplex timor non tollit certitudinem ab opinione. p.174. num. 70

Formido nullum facit præuidere errorem. p.176.n.83

Formido ad errorem immediatè non refertur. ibid.

Formido eſt tremor & trepidatio ſine iudicio. ibid.

Cum Formidine non opinatur niſi indoctus. p.178.n.95

Formido in opinione non eſt temeraria, ſed legitima. p.179.n.108

Formido non tollit certitudinem opinionis, vt multis probatur. ibid. num. 109

Formido falſitatis quomodo ſe habeat in vtraque contradictoria. p. 191. num. 41

Formidinem non debet timere intellectus. p.193.n.4

Formido non reddit motiua inefficacia. p.204.n.17

Formido non tollit commenſurationem rectæ rationis. pag. 239. n.56. & ſeq.

Formido ab antiquis in definitione opinionis expreſſa. p.263.n.12

Formido in opinione quid ſit? ibid. num. 13

Formido quæ ineſt opinioni quæ ſit? p. 264. n. 21

Formido quæ ineſt iudicio probabili quæ. p.279.n.9

Formido non tollit certitudinem moralem. ibid.n.10

Formido

Digitized by Google

Formido in opinione quid reſpiciat. p. 283. n. 43.
Formido non nocet opinioni. ibid.
Formido & metus habent in ſe ignorantiam. p. 284. n. 52
Formidinem non habet hæreticus, licèt temerè opinetur. pag. 166. num. 26
Formido & dubium diuerſa. p. 126. num. 5
Sine Formidine actuali opinantur docti. p. 166. n. 26
Formidinem radicalem vtraque opinio radicalis & actualis includit. p. 224. n. 12

Forus.

Forus conſcientiæ, & externus eodem modo, & paſſu currunt, niſi is fundetur in præſumptione. pag. 18. num. 26
Forus conſcientiæ non eſt rigidior foro externo. p. 19. n. 36

Fundamentum.

Fundamentum intentionis probandum ab eo, qui in ea ſe fundat. p. 21. n. 50
Fundamentum aliorum ſacramentorum baptiſmus. p. 130. n. 26
Fundamentum ſyllogiſmorum figuræ primæ. p. 207. n. 28

G

Gabriel.

Gabriel Angelus cuſtos populi Iudaici in Perſide. p. 120. n. 53.

Genus.

Genus ſub ſe habet vnum, quod eſt menſura cæterorum. p. 168. n. 38

Gratia.

Gratia & virtutes infunduntur paruulis in Baptiſmo. p. 229. n. 12

Gratificatio.

Gratificatio Epiſcopi eſt beneficij concurrentium æqualium. pag. 81. num. 5

H

Habitus.

Habitus eſt opinio. pag. 162. num. 9

Hæreſis.

Hæreſis ſuſpectus eſt diſcordans ab Eccleſia Romana. n. 13
Hæreſis ſuſpectus eſt qui diſcedit à communi conuerſatione fidelium. ibid.

Hæreticus.

Hæreticus opinatur ſine formidine, ſed temerè. p. 166. n. 26

Hebræi.

Hebræi olim carebant vocalibus. p. 218. n. 20

S. Hieronymus.

S. Hieronymus habuit opinionem minus probabilem de nuptiis validis inter raptorem & raptam. p. 237. n. 40

Homo.

Homo dicens præſumitur dicere verum. p. 259. n. 45
Homo nullo vnquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei & charitatis, ex vi præceptorum diuinorum ad eas virtutes pertinentium, eſt falſa & quare. p. 273. num. 10
Homines in opinionibus abundant, in ſcientiis verò deficientes ſunt & inopes. p. 285. n. 54

Honeſtas.

Honeſtatis & præcepti verb. *oportet.* p. 227. n. 9

Horologia.

Horologia duo diſtantia inter ſe per quadrantem faciunt duas opiniones probabiles. p. 210. n. 44

I

Iacob.

Iacob cognouit Liam putatam vxorem ſuam. p. 9. n. 7

Iacobus.

Iacobus Apoſtolus vſus eſt opinione probabili. p. 287. n. 70
Iacobus minor Apoſtolus vſus eſt opinione probabili. p. 287. n. 72

Ieiunium.

Ieiunium Eccleſiæ frangens ex contemptu de inobedientia an peccet mortaliter. p. 276. n. 36
Ieiunium an frangat qui modicum quid ſæpius comederit. pag. 277. num. 42

Ieiunus.

Ieiunus dubitans non excuſatur. p. 20. num. 44
De ſexagenario. p. 112. n. 11

Ignorantia.

Ignorantia probabilis & opinio diuerſa ſunt. p. 132. n. 37

Digitized by Google

Ignorantia excuſat à peccato & irregularitate. ibid.

Ignorantia antecedens ſic dicta, quia ignoratur malitia ante factum. ibid. num. 39

Ignorantiam inter probabilem & improbabilem, non datur medium. p. 133. n. 40

Ignorantia facti non iuris cur excuſet. ibid. n. 41. & ſeq.

Ignorantiam expellendi maior vel minor difficultas non eſt cauſa excuſationis in facto, & non in iure. ibid. n. 41

Ignorantia iuris excuſat à peccato & cenſuris. ibid. n. 43

Ignorantia ſolùm inuincibilis ſtat cum opinione. p. 151. n. 48

Imò ſine illa eſſe non poteſt. p. 137. n. 9. & p. 223. n. 10

Ignorantia inuincibilis & vincibilis. p. 10. n. 2

Ignorantia inuincibilis & vincibilis à quibus excuſet. ibid. num. 3. & 4

Etiam in rebus fidei. pag. 227. n. 8

Ignorantiam quamlibet excludit opinio, excepta inuincibili. pag. 229. num. 11

Ignorantia quæ ex formidine ineſt opinanti quæ? p. 265. n. 26

Ignorantiæ cum inaduertentia comparatio. p. 267. n. 17

Ignorantia eſt defectus intellectus. p. 284. n. 52

Ignorantia in intellectu hominis cauſata per peccatum. ibid. n. 53

Illegitimus.

Illegitimus in dubio non eſt. pag. 22. num. 59

Imaginari.

Imaginari liberum eſt nobis quod volumus. p. 293. n. 4

Impoſſibilia.

Impoſſibilium nulla obligatio. p. 38. num. 11

Impreſſio.

Impreſſio libri non dat probabilitatem opinioni. pag. 33. n. 67

Inaduertentia.

Inaduertentia excuſat. pag. 14. n. 29

Incertitudo.

Incertitudo non ſtat cum certitudine. p. 225. n. 23

Incertum.

Incertum dimittendum. p. 40. n. 19. & n. 30

Inclinatio.

Inclinatio ad aſſenſum vndè fiat? p. 294. n. 19

Indoctus.

Indoctus poteſt ſequi opinionem Conſiliarij. p. 104. n. 24

Infantes.

Infantes baptizare an liceat inuitis parentibus. p. 291. n. 102

Infirmus.

Infirmus in fide, quia Nouitius eſt in religione aſſumendus eſt in opinione. p. 287. n. 67

Infirmi quærunt meliorem medicum. p. 57. n. 50. & 51

Innocentius.

Innocentius IV. ſcripſit ſuper Decretales. p. 238. n. 46

Intellectus.

Intellectus agit neceſſariò & obiecta proponit voluntati. p. 8. n. 40

Intellectus mouetur ab obiecto etiam minus forti. pag. 28. num. 31. ad 34. pag. 46. n. 6. pag. 70. n. 9. & p. 77. num. 48

Intellectus opinatur contradictoria. p. 105. n. 5

Intellectus mouetur ab inæqualibus, & æqualibus opinionibus. pag. 107. num. 23

Intellectus vtramque veram opinari poteſt. p. 148. n. 33

Intellectus excæcatur à malitia. p. 159. num. 52

Intellectus retinet in ſe ſuam opinionem, dum voluntas vult operari per contrarium. p. 20. n. 33. & ibid. num. 36

Intellectus duo habet obiecta, neceſſarium & contingens. pag. 156. num. 32

Intellectus inclinat æquè ad omne verum. p. 194. n. 8

Intellectus opinatur de vtraque. p. 194. n. 1. & ſeqq.

Intellectus ſpeculatiuus & practicus concordant, & ille influit in hanc probabilitatem. pag. 9. num. 6. p. 111. n. 4. ad 14. & p. 124. n. 75. & p. 203. n. 7

Intellectûs actus ſunt ſcire, opinari, & credere. p. 198. n. 5

Intellectûs actus eliciuntur ab eo, & imperantur à voluntate. pag. 198. num. 6

Intellectum dubium non reddit motiuorum æqualitas. p. 190. n. 37

Intellectûs obiectum ens in eſſe poſitiuo

Digitized by Google

tiuo, non comparatiuo. pag. 28. num. 31
Intellectum determinat obiectum morale, licèt minus vrgens. ibid. num. 32
Intellectus opinans, tam determinatur ab obiecto minus forti, quàm à fortiore. ibid.
Intellectum mouet voluntas, vt cogitet etiam minus probabilia. ibid. n. 33. & 34
Intellectus ſcientificus & opinatiuus verſantur circa idem obiectum. p. 257. n. 9
Intellectus multipliciter ignoratur. p. 267. n. 9
Intellectus humanus an habeat libertatem opinandi? p.293.n.3
Intellectus ab Ariſtotele diſtinctio. p. 295. n. 24. & 25
Intellectus mouetur à ſuo obiecto. p. 303. n. 95
Intellectus non intuetur res ſicut ſunt. p. 310. n. 144
Intellectus inter duas partes remanet ſuſpenſus. p.311.n.159
Intellectus an poſſit ſe determinare ad vnam. ibid.n.167

Intelligere.

Intelligere, credere & opinari diuerſa. p. 136. n. 3

Intenſio.

Intenſionis & remiſſionis effectus. p. 250. n. 13

Intentio.

Intentio eſt ad finem, electio eorum, quæ præcedunt finem. p.2.n.9
Intentionis fundamentum probandum ab eo qui in ea ſe fundat. p.21. num. 50

Interpretatio.

Interpretatio triplex. p.135.n.51
Interpretatio legis benignior facienda. p.241.n.64
Interpretatio in dubiis conuentionibus fit contra dantem. pag. 265. num. 33
Interpretationem benigniorem in re dubia ſequi iuſtius & tutius eſt. ibid. num. 35
Interpretationem vitio carentem aſſumimus in ambiguis. p.266.n.45

Iob.

Iob ſanctus cauſam diligentiſſimè inueſtigabat. pag. 64. & ſeqq. n. 84. ad 88

Ioannes.

Ioannes Chryſoſtomus non reprobauit opinionem probabilem. p. 80. n. 64. & p. 226. n. 6

Irregularitas.

Irregularitas in dubio incurritur. p.22. n. 54. p. 127. n. 12. & 14. & p.129. num. 22. & 24

Iter.

Iter agentes equitando an excuſentur à præcepto. p.277.n.44

Iudex.

Iudex ſequitur probabiliorem. p. 57. & ſeqq. n. 52. ad 70
Iudex ſecundùm allegata & probata iudicat. p.58.n.58
Iudex ſententiando non facit ius, ſed illud explicat. ibid.n.59
Iudex cur ſequi debeat probabiliorem & non alij. ibid.& ſeqq. n. 56. ad 65
Iudex inter æquales opiniones quid agat. pag. 81. num. 3. & pag. 191. num. 43
Iudex an poſſit accipere pecuniam pro ferenda ſententia in fauorem vnius pro alio, quando litigantes habent pro ſe opiniones æquè probabiles. p.277.n.39
Iudex an poſſit pronuntiare contra veritatem ſibi notam. pag. 299. num. 51

Iudicare.

Iudicare aliquid probabiliter verum, an ſit in nobis. p.293.n.10

Iudicium.

Iudicium de probabilitate, & de veritate rei idem, non debet eſſe euidens. p.50.n.18.& 19
Iudicium probabile generat opinio probabilis. p.76.n.42
Iudicium plurimorum præualet in diſcordia. p.302.n.81
Iudicium non ſufficit vbi factum requiritur. p.304.n.97
Iudicium probabilitatis quid? p. 309. num. 139
Iudicium iuſtum nemo vendere poteſt. p.277.n.39
Iudicium probabile in actibus humanis ad mores non pertinentibus an ſit ſufficiens ad prudenter agendum. p.280.n.12
Iudicium de ſimilibus idem eſt habendum. p.282.n.30
Iudicium probabile an poſſit aſſumi pro regula rectè operandi. p. 284. num. 51
Iudicia indubitata probabilitatem non perdunt. p.289.n.90

Digitized by Google

Iuniores.

Iuniores poſſunt dare bonum conſilium. p.298.n.48

Iuramentum.

Iuramentum dubium quoad ſuam exiſtentiam non obligat. p.19 n.35. ad 40.

Dubitans de eius honeſtate. p. 20. num. 42

Iuramenti obiectum opinio eſſe poteſt. p.205.n.20

Iurare.

Iurare inducens eum qui putat non eſſe peccatum non peccat. pag.15. num. 33

Ius.

Iuris non facti teſtis eſt Doctor. p.30. num.39

Iuribus partium obſcuris, fauendum potiùs reo, quàm actori. pag. 265. num. 36

Iura an dicatur habere potiora qui eſt in poſſeſſione. p.305.n.106

Iuſtitia.

Iuſtitiæ læſio formalis vbi eſt, ibi eſt culpa. p.118.n.36

L

Labor.

Labor an ſit compatibilis cum ieiunio. p.277.n.43

Lanx.

Lanx quid? p.297.n.42

Lazarus.

Lazari reſurrectio ab omnibus non fuit credita. p.201.n.22

Legatum.

Legatum annuum pro anima relictum, an duret pluſquam per decem annos. p.278.n.56

Legiſlator.

Legiſlatores præeunt ea quæ ſemel aut bis accidunt. p.267.n.11

Legitimus.

Legitimus in dubio quis cenſetur. p. 22. n. 59

Leuis.

Leuis eſt corde credens citò. p. 63. num. 39

Lex.

Lex qualis eſſe debeat? pag. 266. num. 3

Legis proprium quid? ibid.

Lex obligat ſubditos. ibid.n.4

Legis obligatio quid requirat? ibid. num. 5. & 6

Lex antequam obliget, neceſſaria eſt eius acceptatio. p.267.n.7

Lex plures habens ſenſus, non eſt lex. ibid. n. 8

Lex recipiens duos ſenſus ſine hæſitatione, benignior & mitior eligendus eſt. ibid.n.10

Lex potiùs adaptatur iis, quæ frequenter & facilè eueniunt, quàm iis quæ rarò. ibid.n.11

Leges & ſtatuta ſufficit vt contineant quæ plerumque accidunt. ibidem, num. 12

Legis deciſionem habet qui habet pro ſe veriſimilitudinem. ibidem, num. 13

Legis inuincibilis ignorantia excuſat à peccato. ibid.n.17

Lex admittit exceptionem cauſæ rationabilis. ibid.n.14

Lex fundata in præſumptione non ligat in conſcientia, quando adeſt veritas in contrarium. p. 268.n.19

Legis ceſſante fine, ceſſat ipſa lex. ibid. n. 20

Legum interpres optima eſt conſuetudo. ibid.n.22

Leges & ſtatuta ſi extant ſeruanda ſunt, ſi non inueniantur, nihil ſeruandum. p.269.n.33

Lex vbi deficit, auctoritas Doctorum pro lege habetur. ibid. n. 34

Leges pœnales quoad pœnas potiùs pendent à voluntate quàm à ratione. p.270.n.45

Lex eſt ordinatio rationis. pag. 301. num. 74

Lex dubia quoad ſui exiſtentiam non obligat. p.18.n.32

Lex obligat in dubio acceptationis. p. 19. n. 34

Legis promulgatio neceſſaria. p. 33. num. 69

Etiam pro declaratiòne. ibidem, num. 70

Lex in dubiis non dicitur exiſtere. p. 248. n. 17

Lex æterna quid ſit. p.168.n.40

Lex pœnalis excuſat à culpa, non diuina, ſed humana. p.217.n.9

Lex diuerſimodè obſeruatur ſecundùm opiniones, ſed non eſt contra mentem Legiſlatoris. p. 241.n.62

Non poteſt præuidere, nec comprehendere omnes caſus. p. 242. num. 66

Legis declaratio per opiniones, non eget noua promulgatione.p.119.n.45

Leges

Digitized by Google

Leges interpretandi Doctor à iure facultatem habet. p.241.n.64
Legis interpretatio benignior facienda. p.241.n.64
Legi æternæ conformatur opinio. p. 168. n.40
Legis auctoritate peccans non peccat. p.37.n.8.

Lia.

Liam putatam vxorem ſuam cognouit Iacob. p.9.n.7

Libertas.

Libertas eſt in opinione voluntate imperante opinanti. pag.28.& ſeq. n. 33. & 35. & p. 46. n. 6

Libet.

Libet importat arbitrium non bene regulatum. p.35.n.54

Liber.

Libri impreſſio non dat probabilitatem opinioni. p.33.n.67
Libros prohibitos legendo nemo debet ſibi fidere. p.268.n.21

Ligatus.

Ligatus non liberatur niſi per ſolutionem. p.278.n.57

Litigantes.

Litigantes quærunt meliorem Aduocatum. p.57.n.51

Locus.

Locum non habet dubium in opinionibus. p.40.n.17.& 18

Lucas.

Lucas Euangeliſta vſus eſt opinione probabili. p.288.n.75

Ludus.

Ludus cum læſione, & ſine læſione. p. 55. n. 40. & 41

Lumen.

Lumen naturale intellectus quid ſit? p. 298. n. 49
Lumen naturale eſt lex naturæ. p.299. num. 51

M

Malum.

MAlorum duorum minus eligendum. pag.16.& ſeq. n.11. ad 16
Malum non habet locum in opinionibus. p.125.n.81
Malum minus voluntas eligere poteſt. p. 195. n. 14
Malum minus poſſum conſulere, quod ego facere non poſſum. p. 17. num. 14. & 15

Maritus.

Maritus an propria auctoritate vxorem in adulterio deprehenſam poſſit occidere. p.276.n.32
Maritus ab vxore petens debitum, ſi recuſet, an poſſit illam dimittere & aliam ducere. p.306.n.111

Materia.

Materia conſecrabilis non eſt amydum. p.153.n.13
Materia ſufficiens Sacramenti Pœnitentiæ attritio. p.62.n.77
Materia Sacramentorum non debet eſſe dubia. p.160.n.60
Materia prudentiæ quæ? pag. 283. num. 37

Matrimonium.

Matrimonium ſuſtinetur per opinionem ſingularem. p.237.n.41
Matrimonium valet inter raptam & raptorem vſque ad Tridentinum. ibid. n. 42

Mathæus.

Mathæus Apoſtolus vſus eſt opinione probabili. p.288.n.73

Mathias.

Mathias Apoſtolus vſus eſt opinione probabili. p.288.n.74

Medicus.

Medicus quæ medicamenta det. p.57. n. 50. & 51. & p. 143. n. 46
Medicum meliorem quærunt infirmi. p. 57. n. 50. & 51

Medium.

Medium non habent voluntarium & inuoluntarium. p.133.n.40
Medium non datur inter ignorantiam probabilem & improbabilem. ibid.

Melior.

Melior nemo tenetur eſſe. p. 37. n.9. & p. 52. n. 27

Mendicantes.

Mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate. p. 275. n. 25

Meritorius.

Meritorius actus debet eſſe bonus & liber. p.198.n.7

Milites.

Milites militant depoſito dubio. p.22. n. 53. & p. 244. n. 76. & pag. 248. num. 18
Milites ad omne malum procliues. p. 305. n. 107

Minimum.

Minimum in obſcuris eſt ſequendum. p. 265. n. 37

Miſſa.

Miſſam celebrare ante Matutinum non eſt peccatum. pag. 45. n. 51. & p. 177. n. 90. & 91

Miſſam audire licèt erroneè credat ſe teneri carceratus non peccat. p. 13. n. 26

Miſſa vna celebrata an ſatisfaciat pro pluribus eleemoſynis receptis. p. 272. n. 3

Miſſalis.

Miſſalis Rubricæ, aliæ præceptiuæ, aliæ directiuæ. p. 177. n. 91

Modernus.

Modernus librorum auctor quis dicatur. p. 251. n. 24

Mollities.

Mollities, Sodomia & beſtialitas an ſint peccata eiuſdem ſpeciei. p. 277. n. 37

Moneta.

Moneta minus purgata quomodo ſatisfit. pag. 54. num. 37. & pag. 62. num. 80

Moralia.

Moralia patiuntur varias ampliationes & reſtrictiones. p. 45. n. 55

Mores.

Morum regulam Deus conſtituit probabilitatem. p. 211. n. 46

Mori.

Mori melius eſt, quam peccare p. 216. num. 28

Mors.

Mors nomen ſine eſſentia. pag. 137. num. 10

An poſt mortem maneat opinio. p. 34. n. 74

Mors ſpiritualis animę eſt maior morte naturali. p. 289. n. 90

Motiuum.

Motiuum intrinſecum & extrinſecum in opinione. p. 189. n. 34

Motiua æqualia non impediunt operationem intellectus. p. 190. n. 37. & p. 192. n. 50

Motiuorum æqualitas non reddit intellectum dubium. p. 190. n. 37

Motiua inefficacia non reddit formido. p. 204 n. 17

Multitudo.

Multitudo auctorum an attendatur in opinione. p. 302. n. 84

Mutatio.

Mutatio opinionis licet. p. 26. n. 20. & p. 32. n. 60

Mutationis opinionis motiua. p. 32. num. 61

Mutatio & electio quid? p. 271. n. 1

Mutatio & electio circa quid verſantur. ibid n. 3

Mutatio in opinionibus quotuplex? ibid. n. 4

Mutuans.

Mutuanti aliquid vltra ſortem exigere an ſit licitum, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem vſque ad certum tempus. p. 278. n. 55

N

Natura.

Natura veritatis & falſitatis p. 294. n. 16

Notarius.

Notarius fidem habet certam. p. 180. num. 112

Numerus.

Numerus Doctorum attenditur in opinionibus. p. 44. n. 50. & pag. 69. num. 106

Numerus facit opinionem communem. p. 31. n. 48

O

Obedientia.

Obedientia limitatur ad regulam. p. 230. n. 8

Obedientiæ præceptum non facit opinionem magis probabilem. p. 78. n. 54

Obedientia ex opinione probabili. p. 119. n. 48

Obedire.

Obediendum eſt ſuperiori etiam ſequenti minus probabili. pag. 78. num. 53

Obediendum eſt ſuperiori in dubiis. p. 120. n. 49

Obiectum.

Obiectum intellectus neceſſarium & contingens. p. 156. n. 32

Obiectum idem materiale prudentiæ & opinionis. p. 169. n. 43

Obiectum verum mouet intellectum, qui æquè inclinat ad omne. p. 194. num. 8

Obiectum

Digitized by Google

Obiectum intelligibile quotuplex. p. 259. n. 33
Obiecto intelligibili correſpondet triplex veritas. ibid.
Obiecti qualis eſt natura, talis debet eſſe eius cognitio. p.260.n.48
Obiectum prudentiæ eſt variabile. p. 283. n. 36
Obiectum cognoſcibile potentiæ intellectiuæ quotuplex? p.284.n.46
Obiectum opinabile quid? ibid.
Obiectum an inferat vim intellectui. p. 294. n. 15
Scientiæ & opinionis diuerſa.p.24. num. 7
Obiectum intellectus ens in eſſe poſitiuo non comparatiuo. pag. 28. num. 31
Obiectum morale licet minus vrgens determinat intellectum. ibidem, num. 32
Obiectum fidei non poteſt eſſe opinio. p.227.n.1
Obiectum formidinis eſt malum, & tamen formidamus bonum. p. 29. num. 36
Obiectum contingens opinionis.p.48. num. 13
Obiectum commune habet cum prudentia opinio. ibid.

Obligatio.

Obligatio dubia ſtrictè interpretatur. p. 19. n. 37
Obligatio eſt effectus naturalis promiſſionis. ibid.n.39
Obligatio nulla impoſſibilium. p. 38. num. 11
Obligatio ex fidelitate quæ? p. 274. num. 20
Obligatio ex iuſtitia. p.275.n.22

Obliuio.

Obliuio excuſat, nè quis faciat contra conſcientiam. p.14.n.29

Obſcurè.

Obſcurè dictum habetur pro non dicto. p.265.n.39
Obſcurè ſcriptum pro non ſcripto habetur. ibid.n.40
Obſcurè reſpondere & nihil reſpondere paria ſunt. ibid.n.41

Obſcurus.

in Obſcuris inſpicitur quod eſt veriſimilius, nec quod plerumque fieri conuenit. p.265.n.38

Officialis.

Officialis præſumitur rectè geſſiſſe ſuum officium. p.21.n.15

Officium.

Officium Paſchale recitans in die Palmarum, an ſatisfaciat præcepto. p. 278. n. 47

Omnipotentia.

Omnipotentia Dei ad omne ens. p. 210. n. 41

Operari.

Operari cum conſcientia dubia, an ſit peccatum. p.266.n.48

Operans.

Operans ſecundum opinionem probabilem dicitur cautus. pag. 230. num. 7
Operans contra conſcientiam ſcrupuloſam an peccet. p.295.n.28

Operatio.

Operationem intellectus non impediunt motiua æqualia. p.190.n.37. & p. 192. n. 50
Operatio vt ſit honeſta, quid requiratur. p.279.n.5
Operationis rectitudo à quo accipiatur. p.294.n.11

Opinabile.

Opinabile quomodo à credibili non infertur. p.201.n.17

Opinari.

Opinari, credere & ſcire diuerſa. p. 136. n. 3
Opinari ſemper cum vitio ex D. Auguſtino. ibid.n.4
Opinari an liceat in ſpeculatiuis. p. 282. n. 29
Opinandum quid ſit de aſſaſſino & mandante aliquem interfici.p.289. num. 89
Opinari ſimpliciter an tollant magis & minus. p.293.n.5
Opinari quid ſit. p.294.n.12
Opinari an nobis ſit liberum. ibid.
Opinari non eſt in nobis. pag. 305. num. 94
Opinari eſt iudicium probabile de veritate alicuius rei. p.308.n.128
Opinari non eſt ſcire. ibid. n. 132
Opinari non eſt ſcire, ideo obiectum eius inuincibiliter ignoratur.p.137. num. 9
Opinari liberum eſt. p. 141. n. 33. & 34.p.46.n.6.p.70. n. 9.p.77. n. 48. & p. 105. n. 4
Opinari & credere quomodo differant ſecundum D. Auguſtinum. p. 125. n. 65
Opinari poteſt credibile ad vtramque partem. p.200.n.16
Opinamur ſine formidine. p.25.n.14

Digitized by Google

Opinans.

Opinans eſt melioris conditionis dubitante. p.34.n.33
Opinans poteſt vtramque opinari ſpeculatiuè non practicè. ibidem, num.34
Opinans cum dubio non peccat operando, quà opinans, ſed quatenus dubitat. p.224.n.22
Opinans probabiliter eſt certus. pagina 260.n.55
Opinans in tantum cognoſcit ſuam actionem futuram eſſe bonam & honeſtam, in quantum priùs ſpeculatur, & inuenit probabilitatem in opinione ſpeculatiua, vt deinde rectè & honeſtè poſſit operari. p.263.n 9
Opinans probabiliter an dubitet. p.283.n.50
Opinans putat ſuam eſſe probabiliorem. p.123.n.71
Opinans intellectus tam determinatur ab obiecto minus forti, quàm à fortiore. p.28.n.32

Opinio.

Opinio quid ſit? p.23.n.5
Opinio quotuplex? p.28.n.28
Opinio, vt ſit probabilis, quid requiratur. p.29.n.37
Opinio quid tuta & tutior. p.30.n.40. p.94.n.1.p.215.n.20
Opinio an omnis probabilior ſit etiam tutior. p.30.n.41
Opinio quid ſingularis. ibid.n.42
Opinio communis. p.31.n.48
Opinio communis communi aduerſatur. ibid.n.49
Opinionem communem conſtituentium Doctorum numerus. ibid. num.48
Opinio communiſſima, quæ ferè nullum habet contradictorem. ibid.n.50
Opinione à communi non eſt recedendum. n.51
Niſi ab ignaro. ibid.n.52
Opinio magis communis eſt, quæ alium excedit numero Doctorum. ibid.n.53
Opinio tractata ſcholaſticè. ibid. num.54
Opinionis obiectum contingens. pagina 48.n.13
Opinionis vſus antiquiſſimus. p.114. num.20
Opinionem probabilem non reprobat S. Auguſtinus. pag.65. n.90. & p.123.n.65
Opinionum concurſus nihil impedit. p.208. n.36
Opinionis probabilitatem Doctor auget. p.35.n.79
Opinio & dubium differunt.pag.126. num.3
Opinionem præcedit dubium. p.23. n.1.& p.131.n.30
Opinio non poteſt eſſe obiectum fidei. p.227.n.1
Opinio verſatur circa ea quæ nondum ſunt definita. ibid.n.2
Opinio & ignorantia probabilis diuerſa ſunt. p.132.n.37
Opinionem Conſiliarij ſequi poteſt indoctus. p.104.n.24
Opinionem probabilem non reprobauit Sanctus Chryſoſtomus. p.80. num.64
Opinio poteſt eſſe obiectum iuramenti. p.205.n.20
Opinionem quando dicatur reprobare Papa. p.33.n.68
Opinio & prudentia miſcentur in præmiſſis,& ſequitur concluſio opinatiua. p.173.n.65
Opiniones ſublatas à Pontifice habebat regula prima S. Franciſci. p.131.n.34
Opinionum contrarietas vbi eſt, an ſit aſſentiendum vtrique. p. 311. num. 163
Opinionis probabilis ſectator Scotus. p.151.n.1.& ſeqq.
Opinionem probabilem non reprobat ſacra Scriptura. pag.216. n.1. & ſeqq.
Opinionem minus probabilem ſequitur S.Thomas. p.41. n.24. p.63. num.83. pag.102. n.13.& pag.105. num.11
Opinionem tutiorem ſequi duplici ratione eſt melius. p.214.n.19
Opinionis probabilitas vnde oriatur. p.28.n.28
Opinionis probabilitas oritur ex motiuis intrinſecis & extrinſecis.p.30. num.42
Opinionis probabilitas augetur tribus. ibid.n.44
Opinio impugnata non perdit ſuam probabilitatem. pag. 32. num. 57. ad 60
Opinio non eſt probabilis carens motiuis rationabilibus. pag. 25. num.11
Opinionem probabiliorem non deſtruit

Digitized by Google

ſtruit probabilis. p.52.n.29
Opinio nulla probabilis eſt contra legem. p.177.n.88
Opinionem eſſe probabilem eſt rem licitè fieri poſſe. p.142.n.38
Opinio probabilis, & improbabilis generat diuerſos effectus. pag. 37. num.6
Opinio probabilior in actu ſignato minus probabilis in actu exercito. p.60.n.60
Opinio non fit probabilis ex præcepto Superioris. p.78.n.54
Opinio eſt libera in opinante. p. 23. n.2. & n.33
Explicatur Ariſtoteles dicens non eſſe liberum opinari. pag. 29. num.34
Certificat opinantem quod licitè agat. p.24.n.6
Opinio habet ſuam veritatem moralem. ibid.n.7
Opinio habet ſuam certitudinem moralem. ibid.n.8
Quæ ſcire debeat opinans, vt peccet. p.25.n.10
Opinio an maneat poſt mortem. p.34.n.74
Opinio ſequenda reputanda eſt vera. p.48.n.11
Opinio vtraque vera cenſeri poteſt ab eodem intellectu. ibid. num.12.& p.67.n.99
Opinio formido quid? p.25. & ſeqq. n.12. ad 27
Opinio duplex radicalis & actualis. p.165.n.24
Sine formidine actuali opinantur docti. p.166.n.26
Opinio vtraque includit formidinem radicalem. p.223.n.12
Opinio eſt habitus. p.162.n.9
Opinio eſt virtus. p.163.n.10
Opinio obiectum habet commune cum prudentia. p.163.n.13
Opinio eſt prudentia. ibid.
Opinio reducitur ad eam ſcientiam cuius eſt. ibid.n.15
Opinio quomodo habet obiectum incertum & differt à prudentia ſecundum Ariſtotelem. pag. 164. num.17
Opinio conſtans eſt ex parte opinantis. p.165.n.21
Opinio ſemper eſt ad verum. ibid. n.20.& p.144.n.50
Opinionis cognitio incerta. p.165. num.22
Opinio legi æternæ conformatur. p.168.n.40
Opinio habet ſua principia, vt prudentiæ ſpecies eſt. pag. 173. num.62
Opinio miſcetur in præmiſſis cum altera prudentiæ in ſpecie inferendo concluſionem probabilem. ibid. num.65
Opinio omnem excludit errorem. p.174.n.70
Opinio perficit intellectum. p. 175. num.81
Opinio eſt de genere relatiuorum. p.177.n.88
Opinio ſtat cum certitudine. p. 205. n.19.ad 21
Opiniones duas contradicentes intellectus opinari poteſt. pag. 34. num.75
Opinio ſpeculatiuè & practicè ſpectatur. p.187.n.20
Opinionis genus eſt ad minùs probabilem & probabiliorem. pag. 206. num.24
Opinionem prohibens nullum reperitur præceptum. pag. 212. num.52
Opinio eſt verax & ſtabile conſilium. p.208.n.34
Opinio non poteſt habere pro obiecto fidem definitam. p.227.n.1. & p.136.n.5
Opinio excludit quamlibet ignorantiam excepta inuincibili. pag. 229. num.11
Opinio habet ſuam eſſentiam & Deo non diſplicet. pag.138. n.12. & 13
Opinio conſtituitur ex ſuis principiis, non ex oppoſitis. p.141.n.31
Opinio per ſe tendit ad verum non ad falſum. p.144.n.50
Opinio non eſt contra legem. p.116. n.27. p.180. n.114 p.220. n.32. & p.146.n.19
Opinio quomodo ſe habeat ad verum & falſum. p.152.n.7
Opinio hodie vera, cras falſa. ibid. num.8
Opinio non eſt conſuetudo. pag.115. num.22
Opinio conuincibilis non eſt. p.117. num.34
Opinio non eſt inter virtutes intellectuales. p.118.n.39
Opinionis vſus eſt prius ſua poſſeſſione. p.116.n.26

Digitized by Google

Opinionem reprobans opinatur minus probabiliter contra ſuam intentionem. p.173.n.77
Opinionis mutatio licet. p. 26. n. 20. & p.32.n.60
Opinionis mutationis motiua. p. 32. num.61
Quænam eligendæ. ibid.n.62
Opinio præferenda quæ eſt fauorabilior & benignior. ibid.n.63
Opinio fauorabilior quæ fauet immunitati Eccleſiæ. p.33.n.64
Opinio benignior quæ maiori nititur pietate. ibid.n.65
Quæ animæ fauet. ibid.n 66
Opinio illa eſt æquior quę ſtat pro valore actus. p.35 n.81
Opinio illa eſt melior diſtinguens & reconcilians. ibid.n.82
Opinio quæ ſequenda quando Doctores ſunt diuerſarum perfectionum. p.36.n.83
Opinio antiquior ſequenda. ibid.
Opinio Gloſſæ æquiualet communi. ibid.n.84
Opinio non poteſt ſtare cum dubio. p.91.n.52. vide *Dubium*.
Opinio eſt ens poſitiuum, verum, bonum, & perfectum. pag.231.n.6.& p.233.n.17
Opinionum concurſus non tollit probabilitatem. p 233. n.19. p.134. & p.136. n.36. p.237. n.39. & p. 240. num. 60
Opinio benignior præfertur. p. 234 num.22
Opinionis vſum licitum non facit poſſeſſio, ſed ſupponit & indicat. p.243.n.72
Opiniones recentiorum ſunt veriores. p.45.n.49
Opinionem vltimam præſumitur Doctor tenere. p.104.n.88
Opinio non obligat vti lex. pag. 36. num.86
Opinio cedit veritati. ibid.n.87
Opinio quando dicatur reprobata à Papa. ibid.n.88
Opinio, ſicut ſe habet diuiſio in probabilem & probabiliorem, ita ſe habet in tutam & tutiorem p.216. num.29
Opinio propriè non dicitur comparatiuè ad oppoſitam falſam. p.224. num.19
Opinionem probabilem quis ſequitur relicta probabiliore. pag. 37. n. 1. & ſeqq.
Opinio probabilis quid ſit? pag.249. num.4
Opinio non eſt, ſed opinatio quæ caret probabilitate. ibid.n.5
Opinio vnde ſuam probabilitatem deducat. p.250.n.12.& ſeq.
Opinionis probabilitas. pag.249. n.1. & ſeqq.
Opinio quælibet ab vno initium ſui eſſe habet. p.250.n.17
Opinionis diuiſio. p.251.n.26
Opinio omnis vocatur ſingularis ratione initij & originis. ibidem, num.27
Opinio probabilis, prout opponitur probabiliori quæ? p.252.n.34
Opinio probabilior quæ? ibid.
Opinio tuta & ſecura idem eſt quod probabilis. p.256.n.62
Opinio quæ prodeſt actionibus humanis demonſtrans illarum honeſtatem, & licitum vſum, qualis eſſe debeat. ibid.n.1
Opinio quid ſit ſecundùm diuerſos auctores. ibid.
Opinio omnis probabilis non eſt aſſenſus verus. p.258.n.26
Opinio quandoque confunditur cum fide humana. p.259.n.39
Opinio in ſuo eſſe probabilitatis per quid conſtituatur. ibid.n.40
Opiniones quot ſunt, tot diuerſa ſunt argumenta probantia in ſingulis probabilitatem. pag. 262. num.67
Opinio omnis ſpeculatiuè probabilis eſt etiam practicè. p.263.n.9
Opiniones contrariæ rem faciunt dubiam? ibid.n.12
Opinionem mutare dicitur, qui iam electam & amplexatam relinquit, vtendo alia illi oppoſita. pag. 271. num.2
Opiniones quandoque diſpares fiunt pares & æquales in probabilitate. p.271.n.4
in Opinione quid ſpectetur? p. 272. num.1
Opinio in tantum damnatur, in quantum eius probabilitas non cognoſcitur. ibid.n.5
Opinio practica vnde recipiat ſuam probabilitatem. ibid.n.6
Opinio probabilis quomodo poſſit condemnari. ibid.n.7
Opinionis ſine formidine definitio. p.279.n.7
Opinione probabili vtens an incurrat

Digitized by Google

rat periculum ſalutis. p. 280. n. 15
Opiniones falſas an liceat eligere. p. 282. n. 32
Opinionem tutiorem eligere an teneatur non ſolùm dubitans, ſed etiam opinans. p. 283. n. 41
Opinionis in electione an potiùs ſtandum ſit veteribus auctoribus numero pluribus, quàm modernis. p. 284. n. 45
Opinio recentiorum auctorum probabilior eſt opinione veterum. ibid. num. 47
Opinio probabilis circa contractus emptionis. p. 288. n. 78
Opinio nulla non cenſetur, nec præſumitur reprobata, niſi de eius reprobatione conſtet. ibid. n. 81
Opinio priùs recipiat probabilitatem à ratione, poſtea ab authore. p. 289. num. 84
Opinio probabilis perſuadet veritatem. ibid.
Opiniones tres circa conuerſionem aquæ cum vino in ſanguinem Chriſti. ibid. n. 87
Opinio de celebrandis nuptiis quænam melior, prior an poſterior. p. 290. n. 91
Opiniones duæ circa baptiſmum paruulorum. p. 290. n. 93
Opinio authoris contra Baronium. p. 291. n. 98
Opinio communiſſima ſtat pro lege. p. 291. n. 101
Opinionibus ex duabus oppoſitis vnâ eſt vera & altera falſa. p. 294. n. 12. & p. 298. n. 45
Opinionum oppoſitarum natura quæ? p. 294. n. 13
Opinionum veritas vndè colligatur. ibid. n. 16
Opinio vndè dicatur probabilis? p. 295. n. 10
Opinio Tullij Ciceronis. pag. 299. num. 56
Opinio de ſumma Trinitate. p. 300. n. 60. & ſeq.
Opinione communi exiſtente probabili, ſi ſingularis eſt probabilior, an adhuc poſſit amplecti communis. p. 301. n. 73
Opiniones legem faciunt incertam. p. 302. n. 78
Opinio à quo pendeat? ibidem, num. 82
Opinio an conſtet ſuffragiis. ibidem, num. 84
Opinio Theatinorum & Trinitariorum. ibid. n. 85
Opinio circa ſacramentum Pœnitentiæ. p. 304. n. 102
Opinio non pertinet ad actus pœnitentis. p. 205. n. 103
Opinio verè probabilior continetur ſub fræno prudentiæ. pag. 307. num. 122
De Opinionibus oppoſitis æqualibus in probabilitate. ibid. n. 127
Opinionem communiorem ſequens non peccat. p. 37. n. 7
Opinionem alienam poſſumus ſequi. p. 70. n. 4
Opinio quod adſit præceptum faciendi aliquid ſub mortali dabilis eſt contra aliam, quæ dicit eſſe peccatum facere illud. p. 125. n. 82
Opinionem ſingularem ſequi poſſumus contra communem. pag. 101. num. 4. & 5
Opinio ſingularis teneri poteſt à docto & indocto. ibid. n. 5
Opinio probabilis habet duos conceptus. p. 68. n. 103
Opinio quod ſit probabilis, priùs eſt quàm probabilior. p. 71. n. 10
Opinio vtraque ſimpliciter probabilis. p. 72. num. 23. & p. 73. n. 29
Opinionis maior probabilitas non deſtruit minorem. p. 74. n. 32
Opinio probabilis generat iudicium probabile. p. 76. n. 42
Opinio ſi eſt probabilis non poteſt eſſe falſa. p. 233. n. 11
Opinio non eſt cenſutabilis neque temeraria ſi probabilis. pag. 238. num. 47
Opinio eſt talis ſimpliciter. ibidem, num. 48
Opinio probabilis, ſiuè in concurſu, ſiuè extra concurſum probabilioris eſt regula morum. pag. 239. num. 55
Opiniones ex numero fiunt probabiliores. p. 45. n. 50
Opinionum æqualium ſequi poſſumus quam volumus. p. 80. n. 1
Opinionibus in æqualibus eſt dubium ſuper æqualitate, conſcientia tamen eſt certa de earum probabilitate. ibid. n. 2
Opiniones poſſumus ambas opinari ſine dubio. pag. 87. num. 31. & 33. p. 92. n. 57. p. 93. n. 59. & p. 94. num. 63
Opiniones inæquales, quomodo moueant

Digitized by Google

ueant æqualiter intellectum.p.107. num. 23

Oportet.

Oportet, verbum honeſtatis & præcepti. p.227.n.9

Oppoſita.

Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. p.284.n.48

Oppoſita iuxta ſe poſita, licèt magis eluceſcant, ſufficienter tamen lucent, licèt minus eluceſcant.p.303. num. 92

Opus.

Opus bonum à conſcientia inuincibiliter errante, malum verò ab ignorante vincibiliter. p. 11. n. 13. & ſeq.

Oſculum.

Oſculum habitum ob delectationem carnalem, an ſit veniale. p. 278. num. 53

P

Pactio.

PActio obſcura interpretatur contra proferentem. p.265.n.42

Panis.

Panis coctus an ſit materia conſecrabilis. p.293.n.115

Papa.

Papa quando dicatur reprobare opinionem. p.33.n.68

Papa non poteſt errare in Canonizatione ſanctorum. p.229.n.10

Papa aliter ſentiendo, vtrùm poſſit reprobare aliorum opiniones. p.272. n. 9

Paphnutius.

Paphnutij opinio refertur. pag. 301. num. 72

Pars.

Pars tutior eligenda durante dubio. p. 16. n. 7. & 11

Pars tutior quando ſequenda. p. 30. num. 30

Pars tutior non habet locum in opinionibus. p.40.n.17.& 18

Pars tutior eſt pro vtroque foro.p.213. num. 11

Pars tutior eſt eligenda, tractatur hæc regula, & explicatur. p. 94. n. 1. & ſeqq.

Paruuli.

Paruulis gratia & virtutes infunduntur in Baptiſmo. p.229.n.12

Paſſio.

Paſſio eſt formido, non eſſentia opinionis. pag. 169. n. 40. & pag. 172. num. 57

Paulus.

Paulus Apoſtolus nouit opinionis probabilitatem. p. 113. n. 13. & p. 114. num. 20

Peccatum.

Peccatum ex malitia grauius quam ex ignorantia culpabili. pag. 12. num. 21

Peccatum eſſe mortale non ita facilè iudicandum. p. 13. n. 22. & p.148. num. 29

Non peccat opinans ſpeculatiuè, ſed practicè. p.34.n.77

Peccatum committens authoritate legis non peccat. p.37.n.8

Peccatum eſt priuatio boni. pag. 156. num. 35

Peccati abſtinentiam præcipi, & eſſe peccatum exequi, dabilis eſt vtraque opinio. p.125.n.82

Peccatum eſt contra conſcientiam agere. p.5. n. 24.ad 27

Peccatum eſt quod non eſt ex fide. p. 5. n. 24

Peccatum non eſt Miſſam celebrare ante matutinum. p.45.n.51

Peccatum eſt agere cum conſcientia dubia. p.15.n.4

Peccatum quod putat faciens, peccandi periculo ſe exponit. p. 266. num. 48

Peccata in confeſſione omiſſa ſeu oblita, ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam, non tenemur in ſequenti confeſſione exprimere. p.268.n.23

Percutiens.

Percutiens quem probabiliter ignorabat eſſe Clericum, non eſt excommunicatus. p.134.n.45

Perfectum.

Perfectum & bonum idem. pag. 231. num. 6

Periculum.

Periculum amans in illo perit. p. 15. num 4

Si ſit proximum. p.27.n.26

Periculum in opinionibus locum non habet. pag. 26. num. 18. & p. 62. num. 80

Peritus.

Perito cuilibet in ſua arte creditur. p. 32. n. 63

Digitized by Google

Index Rerum.

Permutatio.

Permutatio & emptio differunt. p. 300. n. 63

Perſona.

Perſonarum acceptio in iudiciis prohibetur. p.60.n.68

Petitio.

Petitio principij. p.113.n.16

Pœnitens.

Pœnitens non tenetur ſequi opinionem Confeſſarij. p.232.n.10

Pœnitens confeſſus etiamſi potens, an poſſit alius ſatisfacere pro eo. p. 292. n. 105

Pœnitens ſemper remanet reus. p. 305. n. 105

Pœnitentia.

Pœnitentiæ ſacramenti materia ſufficiens attritio. p.62.n.77

Pœnitentiam acceptare negans an ſit abſoluendus. p.292.n.112

Pondus.

Pondus additum mutat iudicium. p. 293. n. 7

Pontifex.

Pontifex quid circa reformationem determinaue it. p.306.n.120

Populus.

Populi vox, vox Dei, vox vana. 102. num. 21

Populus abſque vlla cauſa non recipiens legem à Principe promulgatam an peccet? p.277.n.41

Poſitiuum.

Poſitiuum comparatiuum non deſtruit. p.28.n.30

Poſitiuus ſupponitur à comparatiuo. p. 216. n. 27

Poſitiuum præcedit negatiuum. p.213. num. 8

Poſſeſſio.

Poſſeſſio quid? p.246.n.6

Vbi de regula: Melior eſt conditio poſſidentis, in dubio facit conditionem meliorem deponendi dubium. p.17.n.20

Extenditur etiam ad alias virtutes. ibid. n. 22

Poſſeſſio debet incipere bona fide. p. 18. n. 24

Dubium non deſtruit bonam fidem. ibid.n.25

Poſſeſſio moralis oritur ex diligentia & opinione. p.100.n.30

in Poſſeſſione ſuæ libertatis quando homo dicatur eſſe. ibid.n.32

Poſſeſſio oritur ex vſu opinionis.p.116. n. 26. & 27

Quid operetur hæc regula in opinionibus. p.243.n.72.& 73

Poſſeſſio non facit vſum opinionis licitum, ſed ſupponit & indicat. p. 243. n. 72

Poſſeſſor.

Poſſeſſor iniuſtus an ſit manutenendus in ſua poſſeſſione. pag. 365. num. 106

Poſſidens.

Poſſidentis melior conditio exponitur. pag. 100. num. 28. & pag. 245. & ſeqq.

Poſſidens aliquam rem bona fide, poſtea incipiens dubitare an ſua ſit, vel alterius, ſi adhibita ad inueſtigandum verum dominum magna diligentia non inuenit, poteſt eam ſibi retinere. p.266.n.46

Potentia.

Potentia intellectus pendet à voluntate. p.295.n.22

Poteſtas.

Poteſtas diſpenſandi ſuper voto caſtitatis competit Pontificibus. p.291 num. 99

Præceptum.

Præceptum & conſilium non ſunt circa idem. pag. 214. num. 18. & ſeqq.

Præceptorum duorum eligitur maius. p. 17. n. 16. ad 20

Præceptum non facit opinionem probabiliorem. p.78.n.54

Præceptum ſuperioris iuſtificatur ex probabilitate opinionis in ſubdito. p. 119. n. 48

Præceptum eſt illicitum non lex. p. 120. n. 49

Præceptum non facit opinionem minus probabilem. p.78.n.54

Præceptum nullum reperitur prohibens opinionem. p.212.n.52

Præcepto duplici an quis vnico officio ſatisfacere poſſit. pagina 278. num. 48

Præmiſſæ.

Præmiſſarum conditionem ſequitur concluſio. p.170.n.47

Praxis.

Praxis damnatur, damnata probabilitate. p.113.n.12

Principium.

Principium probatiuum non habet certitudinem demonſtratiuam. p. 261. n. 62

Priuati.

Priuati.

Priuati non debent eſſe melioris conditionis lectoribus. p.282.n.34

Principij petitio. p.113.n.16

Principia ſua habet prudentia certa obiectiuè, quæ communicat ſingularibus. p.173.n.62

Priuatio.

Priuatio boni eſt peccatum. p. 156. num. 35

Probabile.

Probabile quid ſit ſecundum Ariſtotelem. p.122.n.64

Probabile & veriſimile idem. p. 244. num. 74

Probabile & veriſimile quid. p. 187. num. 21

Probabile non eſt contra ius naturæ, nec diuinum. p.244 n.74

Probabile & verum opinari ſunt diuerſa. p. 186.n.19

Probabile logicum & phyſicum quid? pag. 178. & ſeqq. numero 102. ad 107

Probabile infert verum. pag. 187. num. 21

Probabile eſſe, & eſſe licitum ſunt idem. p.50.n.19

Probabile generat probabilitatem. p. 107. n. 19

Probabile ſimpliciter & ſecundùm quid reiicitur. p. 82. n. 15. & p.85. num. 23

Probabile eſſe & eſſe verum idem. p. 88. n. 35

Probabilia quæ? p.253.n.39

Probabile ab Academicis pro quo ſumatur. p.254.n.47.& ſeq.

Probabile longè differt à vero. p.261. num. 60

Probabile eligens non agit temerè, ſed prudenter. p.279.n.2

Probabilia ſunt quæ videntur omnibus vel pluribus. p.301.n.71

Probabilitas.

Probabilitas in opinione oritur ex ratione. p.30.n.44

Probabilitas maior non tollit minorem. p. 28. n. 29. & p. 211. n. 48. & 49

Probabilitas ex tribus conſtituitur. p. 27. n. 25

Probabilitas augetur ab auctoribus. ibid. n. 25. & p. 32. n. 59

Numerus facit opinionem communem. p.31.n.48

Probabilitas eadem in ſpeculatiua & praxi. p.32.n.60

Probabilitas per rationem conuincentem amittitur. ibid.n.59

Probabilitatem ad conſtituendam non eſt neceſſaria tractatio ſcholaſtica. p.31.n.56

Probabilitas non augetur præcepto Superioris. p.78.n.54

Probabilitas non augetur conſilio Doctoris. p.32.n.57

Probabilitas in opinione vndè oriatur? p.249 n.7

Probabilitas non oritur à ſalute animæ. p.250.n.12

Probabilitas in opinione regulat actiones humanas. p.285.n.54

Probabilitas licèt maior vnius non deſtruit probabilitatem alterius. p. 301. n. 69

Probabilitas eſt ad rectum, non ad obliquum. p.309.n.141

Probabilitas ſuam habet certitudinem. pag. 142. num. 39. & 40. pag. 204. num. 13. & pag. 205. num 19

Probabilitas ſuam habet veritatem. p.204.n.18

Et vniuocè. p.206.n.25

Probabilitas in ratione poſitiui non comparatiui regulat mores. p.207. num.30

Probabilitate in poſitiuâ fundatur dictamen rationis non comparatiua. p.209.n.38

Probabilitas eſt conformis legi æternæ. ibid.

in Probabilitate duo ſpectantur forma & comparatio. ibid.n.39

Probabilitas indifferens ad actum virtutis. p.210.n.45

Probabilitatem conſtituit Deus regulam morum. pag. 211. numero 46

Probabilitas dat ſecuritatem non peccandi. pag. 212. & ſeq. num. 4. ad 9

Probabilitas æqualium eſt talis ſimpliciter. pag. 90. num. 44. & p. 112. num.8

Probabilitas ſpeculatiua ordinatur ad practicam. pag. 112. num. 11. & 12

Probabilitate damnata, damnatur etiam praxis. p.113.n.12

Probabilitas præcipientis fit ſubditi obedientis. p.113.n.12

Probabilitas ſignificat rectitudinem rei faciendæ. p.152.n.6

Probabili

Digitized by Google

Probabilitatem opinionis Doctor auget. p.35.n.79
Probabilitatem non tollit concurſus opinionum. p.233.n.19
Probabilitatem opinionis nouit Paulus Apoſtolus.p.113.n.13.& p.114. num.20
Probabilitatem generat probabile. p.107.n.19

Probate.

Probate omnia, exponitur. pag. 221. num.36

Profeſſio.

Profeſſio in dubio valet. p.22.n.52.& p.246.n.5

Promiſſio.

Promiſſio dubia quoad ſuam exiſtentiam non obligat. pag. 19. numero 35
Promiſſionis naturalis effectus eſt obligatio. ibid.n.39

Promulgatio.

Promulgatio legis neceſſaria. pag.33. num.69

Proprium.

Proprium eſt Papæ munus damnandi propoſitiones & opiniones probabiles habitas. p.272.n.5

Prudentes.

Prudentum conſilium ſequens rectè operatur. pag.121. & ſeq.n.57. ad 64.

Prudenter.

Prudenter agens neminem ſcandalizat. p.306.n.112

Prudentia.

Prudentia quomodo in intellectu & voluntate ſit. p.2.n.6
Prudentia quid ſit? pag. 161. numero 1
Prudentia eſt virtus intellectus quatenus dirigit, & voluntatis quatenus eligit. ibid.n.2
Prudentia conſiliat ex parte intellectus, eligit ex parte voluntatis. p.162.n.4
Prudentia omnimodam certitudinem & veritatem non habet. pag. 162. num.5
Vocantur probabiles, ſi non ſunt reales ex obiecto. ibid.n.6
Prudentia commune obiectum contingens habet cum opinione.p.163. num.13
Idem materiale obiectum. p. 169. num.43
Prudentia habet ſua principia certa obiectiuè, quæ communicat ſingularibus. p.173.n.62
Prudentia verſatur circa vniuerſalia ac ſingularia. p.173.n.64
Prudentia miſcetur, & opinio in præmiſſis & ſequitur concluſio opinatiua. p.173.n.65
Prudentiæ modum impone, explicatur. p.216.n.26
ad Prudentiæ virtutem ſpectat conſcientia. p.2.n.6
Prudentia eſt opinio. pag.161. n.102. & ſeqq.
Prudentia ibi eſt, vbi vis eſt opinandi. p.260.n.54
Prudentia hominis non eſt omnino recta, propter variabilitatem ſingularium. ibid.
Prudentiæ à nonnullis definitio quæ? p.281.n.22
Prudentia habet aliquod iudicium certum & infallibile. ibid.n.25
Prudentia in obiecta fallibilia infallibiliter tendit. ibid.

Q

Quæſitum.

QVæſitum à pluribus ſapientibus facilius inuenitur. pag. 284. num. 45

Quæſtio.

Quæſtio quælibet initio dicitur dubia ante deciſionem. pag. 131. num.30

Qualitas.

Qualitas aſſerta probanda eſt. p. 21 num. 46

R

Radix.

RAdix æquiuocationis quid ſit? p.309.n.141

Ratio.

Ratio concurſus opinionum probabilis & probabilioris. pag. 30. numero 39
Ratio efficacior quænam dicatur. ibid.n.43
Ratio conuincens quæ dicatur. p.30. num.39
Rationis dictamen fundatur in probabilitate poſitiua non comparatiua. p.209.n.38

Digitized by Google

Rationis vſus non præſumitur ante ſeptennium. p.20.n.40
Rationes vbi ſunt æquales, ibi debet eſſe idem ius. p.270.n.46
Ratio deſtruit mendacij præſumptionem. p.289.n.84
Ratio mouet intellectum ad aſſenſum. p.293.n.5
Ratione naturali diſcernitur bonum & malum. p.298.n.49

Rectitudo.

Rectitudo debet ineſſe actui, dum fit. p. 159. n. 59
Rectitudinis bonitas prouenit, tùm à ſcientia, tùm ab opinione. p.159. num. 58
Rectitudinem rei faciendæ ſignificat probabilitas. p.152.n.6
Rectitudo operationis à quo accipiatur. p.294.n.11

Reductio.

Reductio pars eius ad quod reducitur. p. 7. n. 38

Reducibile.

Reducibilia non ſunt contraria ad inuicem. p.8.n.41

Reflexio.

Reflexio ad certitudinem in opinione quid? p.171.n.50
Reflexio non patitur vt opinans formidet niſi imprudenter. pag. 172. n. 55
Reflexio defenditur. p. 174. à n. 68. ad 70
Reflexio non dat certitudinem, ſed inexiſtentem facit cognoſcere. ibid. num. 70

Regula.

Regula prima S. Franciſci habebat opiniones ſublatas à Pontifice. p. 131. n. 34

Religioſus.

Religioſo vel Clerico an ſit licitum calumniatorem grauia crimina de ſe, vel ſua Religione ſpargere minantem occidere. p.276.n.30
Religioſus an poſſit armis honorem ſuum defendere. ibid.
Religioſus remanens Religioſus an ſit indiſpenſabilis. p.290.n.96

Reprobatio.

Reprobatio debet eſſe clara. p. 301. num.67

Res.

Res corporales non ſolùm poſſidentur, ſed etiam incorporales. p. 266. num.47

Reſtitutio.

Reſtitutio an ſit impoſita beneficiatis non recitantibus horas Canonicas. p.276.n.33

Reſeruatio.

Reſeruatio caſus dubij non eſt. p.23. num.61

Reſtrictiones.

Reſtrictiones varias moralia patiuntur. p.45.n.95

Reſurrectio.

Reſurrectio Lazari ab omnibus non fuit credita. p.201.n.22

Reuocatio.

Reuocatio eſt reprobationis ſpecies. p.288.n.81

Roboam.

Roboam ſecutus conſilium iuuenum opinatus fuit minus probabiliter. p.65.n.88.& p.219.n.26
Roboam ſequendo conſilium iuuenum vſus eſt opinione minus probabili. p.298.n.47

Rubrica.

Rubricæ Miſſalis aliæ præceptiuæ, aliæ directiuæ. p.177.n.91
Rubrica Eccleſiaſtica directiua non obligat ad mortale. pag. 270. num 48

S

Sacerdos.

SAcerdos an poſſit ſatisfacere Miſſæ celebrandæ per alium collato illi minori ſtipendio, alia parte ſibi retenta. pag. 274. numero 19

Sacramentum.

Sacramentorum adminiſtratio cum opinione probabili. pag. 160. num.70
Sacramentorum materia non debet eſſe dubia. ibid.n.60
Sacramenti Pœnitentiæ materia ſufficiens attritio. p.62.n.77
Sacramentum conficiens in peccato mortali peccat mortaliter. p.250. num.10
Sacramentum mutata ſubſtantia an conficiatur. p.304.n.100
Sacramentorum fundamentum Baptiſmus. p.130.n.26

Sapientia.

Sapientia & prudentia non in nobis naſcuntur, ſed experientia longi temporis

Digitized by Google

temporis à nobis acquiruntur. p.284.n.49

Saül.

Saül non deleuit totam memoriam Amalecitarum ex ſua malitia non quod haberet opinionem de hac re. p.218.n.18

Scholaſticè.

Scholaſticè rem tractare quid? p.31. num.54

Scientia.

Scientia cum alio eſt conſcientia. p.1. num.1

Scientia quid ſit? p.281.n.20

Scientia moralis eſt vera ſcientia. p.283.n.39.

Scientia in Adamo fuit perfectiſſima omnium rerum. p.284.n.53

Scotus.

Scotus ſectator opinionis probabilis. p.151.n.1.& ſeqq.

Scotus vſus eſt opinione probabili. p.292.n.109

Scotiſtæ.

Scotiſtæ opinantur ſine formidine. p.166.n.26

Scriptura.

Scriptura Sacra non reprobat opinionem probabilem. pag.216. num.1. & ſeqq.

Scrupuloſus.

Scrupuloſa conſcientia quid? pag. 7. num.37

conſcientia Scrupuloſa differt ab erronea. ibid.n.39

Securitas.

Securitas in opinione probabili. pagina 204.n.13.& p.205.n.19

Securitas accipitur à probabilitate. p.212.n.4.ad 9

Securitas ex quo eſt tuta ſine comparatione reddit ſecurum. p. 213. num.9

Senex.

Senex quilibet dicitur poſt ann. 70. p.251.n.23

Sententia.

Sententia habens quatuor Doctores; an ſit probabilis. p. 307.n.121

Sententia circa ſeparationem thori. p.310.n.148

Sermo.

Sermone in ambiguo non vtrumque dicimus,ſed id dumtaxat quod volumus. p.266.n.44

Seruus.

Serui diligentia. p. 54.n.38

Seruus à Chriſto reprehenſus de pigritia ſuper talento non negotiato. p.215.n.25

Species.

Species tot ſunt quot differentiæ genus diuidentes. p.6.n.29

Statera.

Statera inclinat in eam partem in qua grauius eſt pondus. pag. 293. n.3

Statera quid? p.297.n.42

Stipendium.

Stipendium duplicatum pro eadem Miſſa an poſſit recipere Sacerdos. p.274.n.18

Stipendium pro pluribus ſacrificiis accipere, & vnum ſacrificium offerre an ſit contra iuſtitiam. ibid. num.20

Stupa.

Stupa apud ignem facilè incenditur. p.278.n.54

Subditus.

Subditus in dubio tenetur obedire. p.21.n.49

Subditus obediendo ſecundum opinionem ſuperioris propriam ſuſpendit. p.113.n.12

Subditus non debet eſſe melioris conditionis ſuperiore. p.239.n.51

Subiectum.

Subiecto communicatur forma tota, & non ex parte. p.85.n.24

Superior.

Superioris præceptum iuſtificatur ex probabilitate opinionis in ſubdito. p.119.n.48

Suſpicio.

Suſpicio differt à dubio & formidine. p.167.n.35

Suſpicio dubium & formido ſunt diuerſa. p.167.n.35

Syndereſis.

Syndereſis quid ſit? p.1.n.4

T

Teſtimonium.

TEſtimonium ex Iure Ciuili de vſu opinionis probabilis. pagina 288. num.77

Teſtimonia ex Iure Canonico de vſu opinionis probabilis. ibid. num. 80

Teſtis.

Teſtis iuratus præſumitur dicere verum, & ſic eius dictum eſt certum, non probabile. pag. 163. num.12

Digitized by Google

Teſtes contrarij ſunt improbabiles. p. 198. n. 24
Teſtis eſt iuris non facti doctor. p.50. num. 39
Teſtes numero plures præualent paucioribus. p.302.n.81

Thomas.

Thomas S. ſequitur opinionem minus probabilem. p.41. n.24. p.63. n. 83. p. 102. n. 13. & p. 105. n. 11
Thomas Apoſtolus vſus eſt opinione probabili. p.287.n.71
D. Thomas Angelicus Doctor vſus eſt opinione probabili. p.290.n.94

Thomiſtæ.

Thomiſtæ opinantur ſine formidine. p. 166. n. 26

Timere.

Timere vbi non eſt timendum eſt conſcientiæ timoratæ. pagina 96. num. 7

Timor.

Timor eſt imaginarius, timere vbi non eſt timendum. pagina 215. num. 24
Timor eſt formido cum apprehenſione ſine iudicio. pagina 167. num. 35

Topica.

Topica opinio quid ſit? pagina 266. num. 1

Tractatio.

Tractatio ſcholaſtica non eſt neceſſaria ad conſtituendam probabilitatem. p.31.n.56

Traditio.

Traditio Apoſtolica non eſt contra opinionem. p.44 n.46

Tremor.

Tremor eſt formido & trepidatio ſine iudicio. p.176.n.83

Tridentinum.

Tridentinum Concilium qualiter prohibetur interpretari. pag. 135. num. 52

Trullanum.

Trullanum Concilium reiectum. p.134 n.48

Tutus.

Tuta & tutiſſima dici poteſt etiam minus probabilis. p.30.n.40

Tutior.

Tutior opinio ſequenda contra non tutam. p.130.n.29
Tutior pars eligenda durante dubio. p. 16. n. 7. & 11
Tutior pars dicitur in cuius proſecutione non poteſt eſſe periculum peccati. p.16.n.8
Tutior pars quando ſequenda. p. 18. num. 30
Non eſt præceptum niſi in dubio, ſed conſilium. ibid.n.31
Non habet locum in opinionibus. p. 40. n. 17. & 18. p. 126. num. 7. & ſeq.
De conſilio. p.127.n.10
Eſt pro vtroque foro. pagina 213. num. 11
Tutior pars eſt eligenda, tractatur hæc regula, & explicatur contra Candidum. pagina 94. numero 1. & ſeqq.
Contra Merendam. pag. 126. n. 1. & ſeqq.
Contra Mercorum. pag. 212. n. 1. & ſeqq.
Tutior & tuta dicitur vtraque opinio. p. 214. n. 16
Imò tutiſſima, ſi omni caret periculo etiam imaginario, ibidem, num. 18
Tutiorem ſequi duplici ratione eſt melius. p.214.n.19
Tutior & tuta quid ſit. pagina 215. num. 20
Tutiorem reprobat aduerſarius. ibid. n. 22. & 23
Tutior accipitur comparatiuè non aduerſatiuè. p.216.n.27

V

Verbum.

Verba generalia pariunt ambiguitatem. p.266.n.43
Verba nigra quando ſunt clara, non recipiunt declarationem à Rubrica. p. 270. n. 48
Verbum *Chriſtus* quid importet? p. 282. n. 35
Verbum omne in ore duorum, aut trium teſtium ſtat. pagina 285. num. 55

Veriſimile.

Veriſimile eſt quod plerumque fit. p. 257. n. 14
Veriſimile quod non eſt habet imaginem falſitatis. ibid.n.15
Veriſimile idem eſt, quod probabile. p. 244. n. 74

Veriſimilitudo.

Veriſimilitudo eſt veritas moralis. p. 257. n. 14
Veriſimilitudo cùm approximetur veritati

Digitized by Google

veritati phyſicæ, magnam habet potentiam in probationibus quibuſcunque. ibid.
Veriſimilitudo eſt cognata naturæ & inſtar præſumptionis iuris. ibid.

Veritas.

Veritas naturalis & moralis. pag. 24. num. 7
Veritas recipit magis & minus in opinione. p.29.n.35
Veritas per noſtrum affirmare vel negare quomodo non mutetur. p.152. num. 8
Veritas dependet ab obiecto, quando eſt rei vt eſt, non probabilis, & apparens à ratione pendet. pag. 158. num. 45
Veritas duplex realis & formalis, apparens ſeu probabilis. p. 162. n. 6. & p. 180. n. 100
Veritas obiectiua quomodo opponatur probabili. ibid. n. 111
Veritas & certitudo in prudentia non eſt omnimoda p.162.n.5
Veritati cedit opinio. pagina 36. num. 87
Veritatem omnimodam non habet prudentia. p.162.n.5
Veritas quid ſit? p.256.n.6
Veritatis diſtinctio. ibid.
Veritas formalis quæ? pagina 257. num. 7
Veritas obiectiua quæ? ibid.
Veritatis phyſicæ effectus. ibidem, num. 9
Veritas moralis quæ? ibid.n.10
Veritatis eſſentia eſt indiuiſibilis. p. 257. n. 17
Veritas non admittit conſortium falſitatis. ibid.n.20
Veritate ſua morali non caret probabile. p.258.n.27
Veritas moralis licèt diuerſa à veritate phyſica, non tamen eſt aduerſa & contraria. p.258.n.29
Veritas credibilis quæ? p.259.n.35
Veritatis credibilis ſubdiuiſio. ibid.
Veritas diuina in quo conſiſtat? ibid. num. 37
Veritas rei confunditur cum veritate morali. p.311.n.170

Verum.

Verum opinari, & probabile iudicare diuerſa. p.186.n.19
Verum eſt obiectum prudentiæ. p. 279. n. 3

Via.

Via ſequenda duplex. p.64.n.86
Via certior eſt tenenda. pagina 158. num. 48
Via certior ad vitandum peccatum quæ? p.297.n.40.& 41

Videor.

Videor, verbum dubitatiuum. p. 130. num. 28

Vincentius.

Vincentius Baronius quid ſenſerit de opinione probabili. pag. 290.n.97

Virtus.

Virtus quid? p.163.n.10
Virtutes & gratia infunduntur paruulis in baptiſmo. p.229.n.12
Virtus eſt opinio. p.163.n.10
Virtutis ad actum probabilitas indifferens. p.210.n.45
Virtus intellectus eſt prudentia quatenus dirigit, & voluntatis quatenus eligit. p. 161.n.2

Viſio.

Viſio Danielis de diſcordia Angelorum. p.120.n.51

Vitium.

Vitium ſupponitur aliquando pro peccato. p.136.n.6

Vnum.

Vnum eſſe & eſſe probabile idem. p. 244. n. 74
Vnum habet ſub ſe genus quod eſt menſura cæterorum. p.168.n.38

Vocales.

Vocalibus carebant olim Hebræi. p. 218. n. 20

Voluntas.

Voluntatis electio eſt libera. p. 195. n. 12
Voluntas cæca eſt. p.11.n.9
Voluntas debet ſequi iudicium intellectus etiam errantis inuincibiliter. ibid. n. 12
Voluntas mouet intellectum vt cogitet etiam minus probabilia. p. 28. n. 33. & 34. p. 46. n. 6. p. 70.n.9. pag. 77. num. 48. pag. 105. n. 6. & n. 10
Voluntas poteſt eligere minus malum. p.195.n.14
Voluntas non fertur in præcognitum. p. 295. n. 23

Voluntarium.

Voluntarium & inuoluntarium non habent medium. p.133.n.40

Votum.

Votum quoad ſuam exiſtentiam dubiam

biam non obligat. p. 19. num. 35. ad 37
Dubitans de eius materia licita. p. 20. n. 42

Vox.

Vox populi, vox Dei, vox vana. p. 102. n. 11

Vſus.

Vſum opinionis probabilis non exprobat S. Bernardus. pag. 230. n. 1. & ſeqq.
Vſus rationis non præſumitur ante ſeptennium. p. 20. n. 40
Vſus opinionis antiquiſſimus. p. 114. num. 20
Vſus opinionis eſt priùs ſua poſſeſſione. p. 116. n. 26
Vſus in opinione quid? pagina 272. num. 1
Vſus probabilis opinionis eſt antiquiſſimus. p. 284. n. 50
Vſus opinionis probabilis an fuerit tempore Apoſtolorum. pag. 286. num. 65

Vt plurimum.

Vt plurimum: Id eſt pluribus vicibus. p. 210. n. 42

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google